MISSALE ROMANVM,

Ex Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtitutum,

ET PII V. PONT. MAX. iuſſu editum.

AL DVS

VENETIIS, M. D. LXXIIII.
Ex Bibliotheca Aldina.


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca

PIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

QVo Primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, vireſque noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipſo adiuuante, omnia, adhibito ſtudio, efficere contendimus. Cumque inter alia ſacri Tridentini Concilij decreta, nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris: Cathechiſmo, Miſſali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionem Cathechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes Breuiario caſtigato: omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens, (cum vnum in eccleſia Dei pſallendi modum, vnum miſſæ celebrandæ ritum eſſe maximè deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo, quam primum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtræ Vaticanæ bibliothecæ, aliiſque vndique conquiſitis emendatis atque incorruptis codicibus: necnon veterum conſultis ac probatorum autorum ſcriptis, qui de ſacro eorundem rituum inſtituto monumenta nobis reliquerunt, ad priſtinam Miſſale ipſum ſanctorum patrum normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, & caſtigatum, matura adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cęptoque labore fructus omnes percipiant, Romæ quamprimum imprimi, atque impreſſum edi mandauimus: nempe, vt ſacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quaſque ceremonias in miſſarum celebratione retinere poſthac debeant. Vt autem à ſacroſancta Romana Eccleſia cęterarum eccleſiarum matre & magiſtra, tradita vbique amplectantur omnes, & obſeruent, ne in poſterum perpetuis futuris tempo-

ribus in omnibus Chriſtianis orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorum, tam virorum, quàm mulierum, etiam militiarum regularibus, ac ſine cura eccleſiis, vel Cappellis, in quibus miſſa Conuentualis alta voce cum choro, aut demiſſa celebrari iuxta Romanæ eccleſię ritum conſueuit, vel debet, alias, quàm iuxta Miſſalis à nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam ſi eędem eccleſiæ quouis modo exemptæ apoſtolicæ ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel alijs quibuſuis facultatibus munitæ ſint: niſi ab ipſa prima inſtitutione à ſede apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos miſſarum celebrandarum in eiſdem eccleſiis aſsiduè obſeruata ſit: à quibus, vt præfatam celebrandi inſtitutionem vel conſuetudinem nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, iiſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Prælati, Capitulique vniuerſi conſenſu, vt quibuſuis non obſtantibus iuxta illud miſſas celebrare poſsint, permittimus: ex alijs vero omnibus eccleſiis prę ſatis eorundem Miſſalium vſum tollendo, illaque penitus, & omnino reiiciendo, ac huic Miſſali noſtro, nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtrę pœna, ac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes ac diſtrictè omnibus, & ſingulis eccleſiarum prædictarum Patriarchis, Adminiſtratoribus, aliiſque perſonis quacunque eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales, aut cuiuſuis alterius gradus, & prę eminentiæ fuerint, illis in virtute ſanctæ obedientię præcipientes, vt cæteris omnibus rationibus, & ritibus ex aliis miſſalibus quantumuis vetuſtis hactenus obſeruari conſuetis, in poſterum penitus omiſsis, ac planè reiectis, miſſam iuxta ritum, modum, ac normam, quæ per miſsale hoc à nobis nunc traditur, decantēt, ac legant: neque in Miſsæ celebratione alias ceremonias, vel preces, quam quæ in hoc Miſsali continentur, addere vel recitare præſumant. Atque vt hoc ipſum Miſsale in miſsa decantanda, aut recitanda in quibuſuis eccleſiis abſq; vllo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum pœnarum ſententiarum & cenſurarum incurſu poſthac omnino ſequantur, eoque liberè & licitè vti poſsint & valeant, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium etiam perpetuò concedimus, & indulgemus. Neve Præſules, adminiſtratores, Canonici, Cappellani, & alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri ſeculares, aut cuiuſuis ordinis re-

gulares,

gulares, ad miſsam aliter, quàm à nobis ſtatutum eſt, celebrandam teneantur: neque ad Miſsale hoc immutandum à quolibet cogi, & compelli, præſentesve litteræ vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari poſſint, ſed firmæ ſemper & validę in ſuo exiſtant robore, ſimiliter ſtatuimus & declaramus: Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſinodalibus concilijs editis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon eccleſiarum prædictarum vſu, longiſsima, & immemorabili præſcriptione, non tamen ſupra ducentos annos roborata, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque. Volumus autem, & eadem autoritate decernimus, vt poſt huius noſtræ conſtitutionis, ac Miſsalis editionem, qui in Romana adſunt Curia presbyteri poſt menſem, qui verò intra montes, poſt tres, & qui vltra montes incolunt, poſt ſex menſes, aut cum primùm illis Miſsale hoc venale propoſitum fuerit, iuxta illud miſsam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum ac mendis, & erroribus purgatum præſeruetur, omnibus in noſtro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Dominio mediatè, vel immediatè ſubiecto commorantibus impreſsoribus, ſub amiſsionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum; Alijs vero in quacunq; orbis parte conſiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrij noſtri pænis, nè ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Apoſtolici Commiſsarij in eiſdem partibus à nobis conſtituendi, ac niſi per eundem Commiſſarium eidem impreſſori Miſsalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipſo impreſsore erit accipienda norma, cum Miſsali, in Vrbe ſecundum magnam impreſſionem impreſso, collatum fuiſse, & concordare, nec in nullo penitus diſcrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel præſumant autoritate apoſtolica, & tenore præſentium ſimilibus inhibemus. Verum quia difficile eſset præſentes literas, ad quæque Chriſtiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri illas ad Baſilicæ principis apoſtolorum, ac Cancellariæ apoſtolicæ, & in acie campi Floræ, de more publicari, & affigi, ac earundem literarum exemplis etiam impreſſis, manu alicuius publici tabellionis ſubſcriptis, necnon ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum haberi præcipimus, quę præſentibus haberetur ſi oſtenderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ permiſſionis, ſtatuti, or-

dinationis, mandati præcepti, conceſſionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prꝺſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo. Pridie Idus Iulij. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius. H. Cumin.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo. Indictione Decimatertia, die verò Vigeſimanona menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius quinto, retroſcriptę literę publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Baſilicæ principis apoſtolorum ac Cancellarię Apoſtolicæ, & aeie campi Floræ, vt moris eſt, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis, Curſores.

Scipio de Octauianis Magiſter Curſorum.

Tabula literarum Dominicalium, incipientium ab Anno 1573.

D	C	B	A	F	E	D	C	A	G	F	E	C	B
			G				B			D			
A	G	E	D	C	B	G	F	E	D	B	A	G	F
		F				A			C				E

IN tabula ſupraſcripta, literam Dominicalem ſingulis annis hoc pacto inuenies: Primam literam, quæ eſt D, tribue anno 1573. ſequentem, quæ eſt C, tribue anno 1574, ſicq; deinceps progredere quouſq; peruenias ad numerum anni, cuius literam ſcire vis: quia litera ſuper quam cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis. Quæ ſi vnica decurrerit, annum communem eſſe intelliges: ſi duplex, biſſextilem. Et tunc prior, ideſt ſuperior, vſque ad feſtum Sancti Matthiæ Apoſtoli deſeruiet: inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Sciendum autem, quod finitis 48 annis, redeundum eſt ad principium cum annis tunc currentibus.

Cyclus decemnouennalis Aurei numeri incipientis ab eodem Anno 1573.

xvj. xvij. xviij. xix. j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xj. xij. xiij. xiiij. xv.

SImili modo, vt dictum eſt, de litera Dominicali, depræhendes etiam Aureum numerum in ſupraſcripta numerorum ſerie. Nam primum numerum, qui eſt xvj. tribue anno 1573 ſequentē, qui eſt xvij. tribue anno 1574, & ſic deinceps donec ad annum tuum peruenias, & finitis decē & nouem annis, regredere iterum ad principium.

De Nouilunio.

AVreum numerum in Calendario ſingulis menſibus ita accommodatum inuenies, vt ibi ſemper intelligas eſſe Nouilunium, vbi cadit numerus illius anni, cuius Nouilunium ſcire deſideras.

De anno, & eius partibus.

ANnus Menſes habet duodecim, Hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum, Dies vero trecentos ſexagintaquinque & ſex horas: tanto enim temporis interuallo Sol Zodiacum perluſtrat. Quater autem ſex horæ ſingulis quaternis annis diem conſtituunt: hinc annus ille Intercalaris, Biſſextus vel Biſſextilis dicitur.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

ADuentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto ſancti Andreę, vel ipſa die ſancti Andreæ, ſi in dominica venerit.

Quatuor tempora.

QVatuor Tempora celebrantur iiij. & vj. feria, ac Sabbato poſt tertiam Dominicam Aduentus, Poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, Poſt Pentecoſten, Et poſt feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis.

Nuptiæ quando poſſint celebrari iuxta decretum Concilii Tridentini.

A Die ſeptimo Ianuarij, qui eſt primus poſt Epiphaniam incluſiuè, vſque ad diem Cinerum excluſiuè. Et à feria ſecunda poſt octauam Reſurrectionis, vſque ad Sabbatum ante primam Dominicam Aduentus incluſiuè, Nuptiæ rite celebrari poſſunt.

AD maiorem autem commoditatem poſita eſt ſequens tabula perpetua, ad inuenienda feſta mobilia, in qua primum quære Aureum numerum anni currentis, ſub quo literam Dominicalem anni eiuſdem quæ prima tibi occurrerit. Nam ex eius directo habebis Feſta mobilia ipſius anni, quoto ſcilicet die menſis celebrentur: qui dies eius menſis eſt, cuius nomen proxime ſupraſcribitur. Verum in anno Biſſextili ex geminis literis Dominicalibus capienda eſt poſterior: quæ ſcilicet poſt ſancti Matthiæ feſtum anno ſeruit. Sed tunc Septuageſima, & etiam Quadrageſima, ſi intra Februarium ceciderit, celebranda eſt poſtridie, quam Tabula indicabit.

A ſiniſtro latere eiuſdem Tabulę exiſtunt etiam literę Martyrologij, Aureo numero accommodatæ, vt eo habito deprehendas è regione literam Martyrologij tali anno debitam. Hoc anno 1573. cum Aureus numerus ſit 16. litera Martyrologij erit Q. Sequenti Anno 1574. Quia Aureus numerus curret 17. erit litera Martyrologij R. &c. Finitis 19. annis redeundum eſt ad principium cum annis currentibus.

Tabula perpetua ad inueniendum Feſta Mobilia.

Lr̃æ marty.	Aur. nu.	Lr̃æ do.	Sep- tuag.	Dies cine.	Pa- ſcha.	Aſcen- ſio.	Peñte- coſt.	Corp. dñi.
c	5	d	18 Ianu.	4 Feb.	22 Mar.	30 April.	10 Maij.	21 Maij.
		c	19	5	23	1 Maij.	11	22
n	13	f	20	6	24	2	12	23
b	2	g	21	7	25	3	13	24
		A	22	8	26	4	14	25
k	10	b	23	9	27	5	15	26
		c	24	10	28	6	16	27
f	18	d	25	11	29	7	17	28
g	7	e	26	12	30	8	18	29
		f	27	13	31	9	19	30
p	15	g	28	14	1 Apr.	10	20	31
d	4	A	29	15	2	11	21	1 Iunij.
		b	30	16	3	12	22	2
m	12	c	31	17	4	13	23	3
A	1	d	1 Feb.	18	5	14	24	4
i	9	e	2	19	6	15	25	5
		f	3	20	7	16	26	6
r	17	g	4	21	8	17	27	7
f	6	A	5	22	9	18	28	8
		b	6	23	10	19	29	9
o	14	c	7	24	11	20	30	10
c	3	d	8	25	12	21	31	11
l	11	e	9	26	13	22	1 Iunij.	12
		f	10	27	14	23	2	13
t	19	g	11	28	15	24	3	14
h	8	A	12	1 Mar.	16	25	4	15
		b	13	2	17	26	5	16
		c	14	3	18	27	6	17
		d	15	4	19	28	7	18
		e	16	5	20	29	8	19
		f	17	6	21	30	9	20
		g	18	7	22	31	10	21
		A	19	8	23	1 Iunij.	11	22
		b	20	9	24	2	12	23
q	16	c	21	10	25	3	13	24

Elucidatio Calendarij.

IN Calendario locatur primò Aureus numerus, deinde literę Dominicales feriarum: tertiò numerus Calendarum, Nonarum, & Iduũ: quartò duodecim Menſiũ iuxta numerũ: vltimò ponunt feſta Sãctorũ.

IN ſequenti etiã Calendario poſt finẽ vniuſcuiuſq; menſis indicãtur incrementa, & diminutiones dierum, ac noctium in decimum quẽque eiuſdẽ per horas duntaxat integras, & quartas horę partes: In quibus deſignãdis, præpoſito dierum numero priori alterorũ, qui ſunt horarum, horę; altero quartæ ſignificãtur. Diẽ aũt hoc in loco appellamꝰ, ab ortu Solis ad occaſum: reliquũ verò tẽporis ſpatiũ appellamꝰ noctẽ.

IANVA.

IANVARIVS

xix	A	Calendis.	1	Circunciſio Domini. duplex. folio 67.
viij	b	iiij no.	2	Octaua ſancti Stephani, duplex cum commemoratione octauarum.
	c	iij no.	3	Octaua ſancti Ioannis, duplex. cum commem. octa.ſanctorum Innocentum, eodem.
xvj	d	Prid. no.	4	Octaua ſanctorum Innocentum, duplex.
v	e	Nonis.	5	Vigilia. 68.
	f	viij id.	6	Epiphania Domini. duplex. 69.
xiij	g	vij id.	7	De octaua.
ij	A	vj id.	8	De octaua.
	b	v id.	9	De octaua.
x	c	iiij id.	10	De octaua.
	d	iij id.	11	De octaua. & cõm. S.Hyginij papę & mar. 362.
xviij	e	Prid. id.	12	De octaua.
vij	f	Idibus.	13	Octaua Epiphanię, duplex. 73.
	g	xix. cal.	14	Hilarij epiſco. & confeſſo.ſemidupl. fuit heri: cum comme S.Felicis in Pincis martyr. 362.
xv	A	xviij cal.	15	Pauli primi Eremitę, ſemiduplex fuit 10 huius. cum commem. S.Mauri Abbatis. eodem.
iiij	b	xvij cal.	16	Marcelli papę & martyris. ſemiduplex. 363.
	c	xvj cal.	17	Antonij Abbatis. duplex. 363.
xij	d	xv cal.	18	Cathedra S. Petri Romę, duplex, commemor. S. Priſcę virginis & martyris. eodem.
j	e	xiiij cal.	19	Marij, Marthæ, Audifax, & Abachũ mart. 365.
	f	xiij cal.	20	Fabiani & Sebaſtiani mart. duplex. 366.
ix	g	xij cal.	21	Agnetis virginis & martyris. duplex. eodem.
	A	xj cal.	22	Vincentij:& Anaſtaſij martyr.ſemiduplex. 367.
xvij	b	x cal.	23	Emerentianæ virginis & martyris. eodem.
vj	c	ix cal.	24	Timothei epiſcopi & martyris. eodem.
	d	viij cal.	25	Conuerſio ſancti Pauli Apoſtoli. duplex. 368.
xiiij	e	vij cal.	26	Polycarpi epiſcopi & martyris. 370.
iij	f	vj cal.	27	Ioannis Chryſoſtomi epiſ.& conf. duplex. 370.
xj	g	v cal.	28	Agnetis ſecundo. 371.
	A	iiij cal.	29	
xix	b	iij cal.	30	
viij	c	Prid. cal.	31	

Ianuarij dies	1	Horas habet	9	1	Nox	14	3
	10		9	2		14	2
	20		9	3		14	1

FEBRVARIVS

¶ Anno biſſextili additur vnus dies, & fit dierum 29. ſed Feſtum Sancti Matthiæ celebratur die 25. & tunc dicitur bis ſexto Calendas. hoc eſt 24. & 25. die, & ſic litera Dominicalis mutatur in ſuperiorem. vt ſi ſit D, in C, ſi ſit C, in B, ſimiliter & in alijs.

	d	Calendis.	1	Ignatij epiſcopi & martyris, ſemiduplex. 372.
xvj	e	iiij no.	2	Purificatio beatæ Mariæ. duplex. 374.
v	f	iij no.	3	Blaſij epiſcopi, & martyris. 376.
	g	Prid. no	4	
xiij	A	Nonis	5	Agathę virginis & martyris. ſemiduplex. eodem.
ij	b	viij id.	6	Dorotheæ virginis & martyris. 377.
	c	vij id.	7	
x	d	vj id.	8	
	e	v id.	9	Apollonię virginis & martyris. eodem.
xvii	f	iiij id.	10	
vij	g	iij id.	11	
	A	Prid. id.	12	
xv	b	Idibus.	13	
iiij	c	xvj cal.	14	Valentini presbyteri & martyris. eodem.
	d	xv cal.	15	Fauſtini & Iouitæ martyrum. eodem.
xij	e	xiiij cal.	16	
j	f	xiij cal.	17	
	g	xij cal.	18	Simeonis epiſcopi & martyris. eodem.
ix	A	xj cal.	19	
	b	x cal.	20	
xvij	c	ix cal.	21	
vj	d	viij cal.	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. duplex. eodem.
	e	vij cal.	23	Vigilia. eodem.
xiiij	f	vj cal.	24	Matthiæ apoſtoli. duplex. eodem.
iij	g	v cal.	25	
	A	iiij cal.	26	
xj	b	iij cal.	27	
	c	Prid. cal.	28	

Februarij dies	1	Horas habet	10		Nox	14	
	10		10	2		13	2
	20		11			13	

MARTIVS

xix	d	Calendis		1	
viij	c	vj	no.	2	
		v	no.		
xvj	g	iiij	no.	4	
v	A	iij	no.	5	
	b	Prid. no.		6	
xiij	c	Nonis.		7	Sancti Thomæ de Aquino confeſſoris. duplex.& commem.SS.Perpetuæ,& Felicitatis mar. 378.
ij	d	viij	id.	8	
	e	vij	id.	9	Quadraginta martyrum, ſemidup. 379.
x	f	vj	id.	10	
	g	v	id.	11	
xviij	A	iiij	id.	12	Gregorij papę & confeſſoris, & eccleſię Doctoris. duplex. 380.
vij	b	iij	id.	13	
	c	Prid. id.		14	
xv	d	Idibus.		15	
iiij	e	xvij	cal.	16	
	f	xvj	cal.	17	
xij	g	xv	cal.	18	
j	A	xiiij	cal.	19	Ioſeph confeſſoris,duplex. eodem.
	b	xiij	cal.	20	
ix	c	xij	cal.	21	Benedicti abbatis, duplex.381.
	d	xj	cal.	22	
xvij	e	x	cal.	23	
vj	f	ix	cal.	24	
	g	viij	cal.	25	Annunciatio beatæ Mariæ. duplex. eodem.
xiiij	A	vij	cal.	26	
iij	b	vj	cal.	27	
xj	c	v	cal.	28	
	d	iiij	cal.	29	
xix	e	iij	cal.	30	
viij	f	Prid.cal.		31	

Martij dies	1	Horas habet	11 ½	Nox	12 ½
	10		12		12
	20		12 ½		11 ½

APRILIS

	g	Calendis.	1	
xvj	A	iiij no.	2	
v	b	iij no.	3	
	c	Prid. no.	4	
xiij	d	Nonis.	5	
ij	e	viij id.	6	
	f	vij id.	7	
x	g	vj id.	8	
	A	v id.	9	
xviij	b	iiij id.	10	
vij	c	iij id.	11	Leonis papę, & confeſſoris. duplex. 382.
	d	Prid. id.	12	
xv	e	Idibus.	13	
iiij	f	xviij cal.	14	Tiburtij, Valeriani, & Maximi marty. 383.
	g	xvij cal.	15	
xij	A	xvj cal.	16	
i	b	xv cal.	17	Aniceti Papę, & martyris. eodem.
	c	xiiij cal.	18	
ix	d	xiij cal.	19	
	e	xij cal.	20	
xvij	f	xj cal.	21	
vj	g	x cal.	22	Sotheris, & Caij pontificum & martyrum, ſe-miduplex. eodem.
	A	ix cal.	23	Georgij martyris, ſemiduplex. eodem.
xiiij	b	viij cal.	24	
iij	c	vij cal.	25	Marci euangeliſtæ. duplex. 384.
	d	vj cal.	26	Cleti, & Marcellini pontificum & martyrum, ſemiduplex. 385.
xj	e	v cal.	27	
	f	iiij cal.	28	Vitalis martyris. eodem.
xix	g	iij cal.	29	
viij	A	Prid. cal.	30	

Aprilis dies	1	Horas habet	13	Nox	11
	10		13 2		10 2
	20		14		10

MAIVS

xvj	b	Calendis	1	Philippi, & Iacobi Apoſto. duplex. 385.
v	c	vj no.	2	Athanaſij epiſcopi & confeſſo. duplex. 387.
	d	v no.	3	Inuentio S. Crucis.duplex. & commemor. SS.Alexandri, Euentij, Theoduli martyrum,ac Iuuenalis epiſcopi,& confeſſo. 388.
xiij	e	iiij no.	4	Monicæ viduę. 389.
ij	f	iij no.	5	
	g	Prid. no.	6	Ioannis ante portam latinam, duplex. 390.
x	A	Nonis	7	
	b	viij id.	8	Apparitio S.Michaelis. duplex. eodem.
	c	vij id.	9	Gregorij Theologi epiſcopi,& conf. duplex.eodē.
xviij	d	vj id.	10	Gordiani, & Epimachi martyrum. eodem.
vij	e	v id.	11	
	f	iiij id.	12	Nerei, Archilęi,& Pancratij martyrum. 391.
xv	g	iij id.	13	
iiij	A	Prid. id.	14	Bonifacij martyris. 391.
	b	Idibus	15	
xij	c	xvij cal.	16	
j	d	xvj cal.	17	
	e	xv cal.	18	
ix	f	xiiij cal.	19	Pudentianæ virginis. eodem.
	g	xiij cal.	20	
xvij	A	xij cal.	21	
vj	b	xj cal.	22	
	c	x cal.	23	
xiiij	d	ix cal.	24	
iij	e	viij cal.	25	Vrbani papæ & martyris. 392.
xj	f	vij cal.	26	Eleutheri papæ & martyris. eodem.
	g	vj cal.	27	Ioannis Papę,& martyris. eodem.
	A	v cal.	28	
xix	b	iiij cal.	29	
viij	c	iij cal.	30	Felicis papæ, & martyris. eodem.
xvj	d	Prid. cal.	31	Petronillę virginis. eodem.

Maij dies	1	Horas habet	14	1	Nox	9	3
	10		14	2		9	2
	20		14	3		9	1

IVNIVS

v	c	Calendis.	1	
	f	iiij no.	2	
xiij	g	iij no.	3	
ij	A	Prid. no.	4	
	b	Nonis.	5	
x	c	viij id.	6	
	d	vij id.	7	
xviij	e	vj id.	8	
vij	f	v id.	9	Primi, & Feliciani martyrum. 393.
	g	iiij id.	10	
xv	A	iij id.	11	Barnabę Apoſtoli, duplex. eodem.
iiij	b	Prid. id.	12	Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij marty. 394.
	c	Idibus.	13	
xij	d	xviij cal.	14	Baſilij epiſcopi & confeſſoris. duplex. 390.
j	e	xvij cal.	15	Viti, Modeſti, & Creſcentię martyrum. 396.
	f	xvj cal.	16	
ix	g	xv cal.	17	
	A	xiiij cal.	18	Marci, & Marcelliani fratrum martyrum. 396.
xvij	b	xiij cal.	19	Geruaſij & Protaſij martyrum. eodem.
vj	c	xij cal.	20	Siluerij papæ & martyris. 397.
	d	xj cal.	21	
xiiij	e	x cal.	22	Paulini epiſcopi & confeſſoris. 398.
iij	f	ix cal.	23	Vigilia. 399.
	g	viij cal.	24	Natiuitas S. Ioannis Baptiſtę. dup. 400.
xj	A	vij cal.	25	De octa. Natiuitatis S. Ioannis Bapti.
	b	vj cal.	26	Ioannis, & Pauli martyrum, ſemiduplex, cum comme. Octauę Natiuit. S. Ioannis. 400.
xix	c	v cal.	27	De octaua Natiuit. S. Ioannis. 402.
viij	d	iiij cal.	28	Leonis ſecundi papæ & confeſſo. ſemiduplex. cum comme. Octauę. 402. Vigilia eodem.
	e	iij cal.	29	Petri, & Pauli apoſtolorum. duplex. 402.
xvj	f	Prid. cal.	30	Commemoratio S. Pauli apoſtoli. duplex. cum commemo. Octauæ S. Ioannis. 405.

Iunij dies	1	Horas habet	15	Nox	9
	10		15		9
	20		15		9

IVLIVS

	g	Calendis.	1	Octaua ſancti Ioannis Bapt. duplex, cum commemo. octa. Apoſto. 406.
	A	vj no.	2	Viſitatio beatæ Marię. dup. cum comme. oct. Apoſt. & SS. Proceſſi, & Martiniani m̃. eodem.
xiij	b	v no.	3	De octaua Apoſtolorum. 408.
ij	c	iiij no.	4	De octaua.
	d	iij no.	5	De octaua.
x	e	Prid. no.	6	Octaua apoſt. Petri, & Pauli. dup. eodem.
	f	Nonis.	7	
xviij	g	viij id.	8	
vij	A	vij id.	9	
	b	vj id.	10	Septem fratrum martyrum, & SS. Ruffinę, ac Secundę virg. & marty. ſemiduplex. 409.
xv	c	v id.	11	Pij papæ & martyris. 410.
iiij	d	iiij id.	12	
	e	iij id.	13	Anacleti papæ & martyris, ſemiduplex. eodem.
xij	f	Prid. id.	14	Bonauenturæ pont. & confeſſ. ſemidup. eodem.
j	g	Idibus.	15	
	A	xvij cal.	16	
ix	b	xvj cal.	17	Alexij confeſſoris. 411.
	c	xv cal.	18	Symphoroſę cum ſeptem filijs marty. eodem.
xvj	d	xiiij cal.	19	
vj	e	xiij cal.	20	Margaritę virginis & martyris. 412.
	f	xij cal.	21	Praxedis virginis. eodem.
xiiij	g	xj cal.	22	Marię Magdalene. duplex. 413.
iij	A	x cal.	23	Apollinaris epiſcopi & marty. ſemidup. 414.
xj	b	ix cal.	24	Vigilia & cõme. S. Chriſtinæ virgi. & m. 415.
	c	viij cal.	25	Iacobi Apoſtoli, duplex, & comme. S. Chriſtophori mart. in miſſis priuatis. eodem.
xix	d	vij cal.	26	
	e	vj cal.	27	Pantaleonis martyris. 416.
viij	f	v cal.	28	Nazarij, Celſi, & Victoris papę martyrum: & Innocentij papę & confeſſ. ſemiduplex, eodem.
xvj	g	iiij cal.	29	Marthę virgi. ſemidup. & cõ. SS. Felicis papę, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis mart. eodem.
v	A	iij cal.	30	Abdon & Sennen martyrum. 417.
	b	Prid. cal.	31	

Iulij dies	1	Horas habet	14	3	Nox	9	1
	10		14	2		9	2
	20		14	1		9	3

AVGVSTVS

xiij	c	Calendis	1	Petri ad vincula. dup.& comme.SS.Machabęorũ.
ij	d	iiij no.	2	Stephani papę & martyris. 419. (martyr. 418.
	e	iij no.	3	Inuentio S. Stephani protomar. ſemiduplex. 419.
x	f	Prid. no.	4	Dominici confeſſoris. duplex eodem.
	g	Nonis	5	Dedicatio S.Mariæ ad Niues. duplex. 420.
xviij	A	viij id.	6	Transfiguratio Domini.dup. & cõm. SS. Xiſti ſecundi papę, Feliciſſimi,& Agapiti mar.eodem.
vij	b	vij id.	7	Donati epiſcopi,& martyris. 421.
	c	vj id.	8	Cyriaci,Largi,& Smaragdi mar. ſemiduplex.422.
xv	d	v id.	9	Vigilia,& comme. ſancti Romani martyris. 423.
iiij	e	iiij id.	10	Laurentij martyris. duplex. 424.
	f	iij id.	11	De octaua ſancti Laurentij.cum commemor. SS.Tyburtij, & Suſannę martyrum. 425.
xij	g	Prid. id.	12	De octa. & commemor. S.Clarę virginis. eodem.
j	A	Idibus	13	De octa. & commemor. ſancti Hypoliti & ſociorum eius, & Caſſiani martyr. eodem.
	b	xix cal.	14	De octa.cum cõm. vigilię,& S.Euſebij confeſ.425.
ix	c	xviij cal.	15	Aſſumptio beatæ Mariæ virg. duplex. 426.
	d	xvij cal.	16	De octa.Aſſumpt.cum cõm. octa.S. Laurentij.
xvij	e	xvj cal.	17	Oct.S.Laurentij. dupl.& cõm. oct.Aſſumpt. 427.
vj	f	xv cal.	18	De octaua. & comme.ſancti Agapiti marty. 428.
	g	xiiij cal.	19	De octaua.
xiiij	A	xiij cal.	20	Bernardi abba. dup.cum cõ.oct.Aſſumpt.eodem.
iij	b	xij cal.	21	De octaua.
	c	xj cal.	22	Octaua Aſſumptionis beatę Marię. dupl.& cõm. SS.Timothei Hippol.& Symphoriani.m̃. eodẽ.
xj	d	x cal.	23	Vigilia. eodem.
xix	e	ix cal.	24	Bartholomęi Apoſtoli. duplex. Romę celeb. 25 eiuſdem fol. 429.
	f	viij cal.	25	Ludouici regis Francię confeſſoris. 430.
viij	g	vij cal.	26	Zephyrini papę & martyris. eodem.
	A	vj cal.	27	
xvj	b	v cal.	28	Auguſtini epiſcopi,& confeſſo.& Eccleſiæ Doctoris, dupl. cum comm. S.Hermetis mar.eodem.
v	c	iiij cal.	29	Decollatio ſancti Ioannis Baptiſtę.duplex. & cõmemor. ſanctæ Sabinæ martyris. 431.
	d	iij cal.	30	Felicis & Adaucti martyrum. 432.
xiij	e	Prid. cal.	31	

Auguſti dies	1	Horas habet	14		Nox	10	
	10		13	2		10	2
	20		13			11	

SEPTEMBER

ij	f	Calendis	1	Egidij abbatis. & commemo. Sanctorum martyrum duodecim fratrum. 433.
	g	iiij no.	2	
x	A	iij no.	3	
	b	Prid. no.	4	
xviij	c	Nonis	5	
vij	d	viij id.	6	
	e	vij id.	7	
xv	f	vj id.	8	Natiuitas beatæ Mariæ, duplex, & commemor. S. Adriani martyr. in miſſis priuatis. 433.
iiij	g	v id.	9	De octaua Sanctæ Mariæ. & commemo. S. Gorgonij martyris. 435.
	A	iiij id.	10	De octaua.
xij	b	iij id.	11	De octa. & cõm. SS. Proti & Hiacynthi m̃. eodẽ.
j	c	Prid. id.	12	De octaua.
	d	Idibus	13	De octaua.
ix	e	xviij cal.	14	Exaltatio Sanctæ Crucis. duplex. cum comme. Octauæ Natiuitatis Sanctæ Mariæ. eodem.
	f	xvij cal.	15	Octaua Natiuitatis beatæ Marię, duplex. cum comme. Sancti Nicomedis martyr. 436.
xvij	g	xvj cal.	16	Cornelij, & Cypriani pont. & mart. ſemi. & cõm. SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani m̃. eodem.
vj	A	xv cal.	17	
	b	xiiij cal.	18	
xiiij	c	xiij cal.	19	
iij	d	xij cal.	20	Vigilia, & cõm. S. Euſtachij, & ſociorum. m̃. 437.
xj	e	xj cal.	21	Matthæi apoſtoli. duplex. 438.
	f	x cal.	22	Mauritij, & ſociorum martyrum. 438.
xix	g	ix cal.	23	Lini papæ & martyr. ſemiduplex, & commemo. S. Teclę virginis & martyr. eodem.
	A	viij cal.	24	
viij	b	vij cal.	25	
	c	vj cal.	26	Cypriani, & Iuſtinæ martyrum. eodem.
xvj	d	v cal.	27	Coſmę, & Damiani martyr. ſemiduplex. 439.
v	e	iiij cal.	28	
xiij	f	iij cal.	29	Dedicatio S. Michaelis archangeli. dupl. eodem.
ij	g	Prid. cal.	30	Hieronymi presby. conf. eccl. doctor. dupl. 441.

Septembris dies		Horas habet			Nox	
	1		12	2	11	2
	10		12		12	
	20		11		13	

OCTOBER

	A	Calendis		1	Remigij epiſcopi & confeſſoris. 442.
x	b	vj	no.	2	
	c	v	no.	3	
xviij	d	iiij	no.	4	Franciſci confeſſoris. eodem.
vij	e	iij	no.	5	
	f	Prid.	no.	6	
xv	g	Nonis		7	Marci papæ & confeſſoris. & cõm. SS. Sergij Bacchi, Marcelli, & Appuleij, marty. 443.
iiij	A	viij	id.	8	
	b	vij	id.	9	Dionyſij, Ruſtici, & Eleutheri mar. ſemi. 443.
xij	c	vj	id.	10	
j	d	v	id.	11	
	e	iiij	id.	12	
ix	f	iij	id.	13	
	g	Prid.	id.	14	Calliſti papæ & martyris ſemiduplex. 444.
xvij	A	Idibus		15	
vj	b	xvij	cal.	16	
	c	xvj	cal.	17	
xiiij	d	xv	cal.	18	Lucæ Euangeliſtę. duplex. 445.
iij	e	xiiij	cal.	19	
	f	xiij	cal.	20	
xj	g	xij	cal.	21	Hilarionis Abbatis. & commem. SS. Vrſulæ, & ſociarum virginum, & martyrum. 446.
	A	xj	cal.	22	
xix	b	x	cal.	23	
viij	c	ix	cal.	24	
	d	viij	cal.	25	Chryſanthi, & Darię martyr. eodem.
xvj	e	vij	cal.	26	Euariſti papę, & martyris. eodem.
v	f	vj	cal.	27	Vigilia. 447.
	g	v	cal.	28	Simonis & Iudæ apoſtolorum. dupl. 448.
xiij	A	iiij	cal.	29	
ij	b	iij	cal.	30	
	c	Prid.	cal.	31	Vigilia Omnium ſanctorum. 448.

Octobris dies	1	Horas habet	11		Nox	13	
	10		10	2		13	2
	20		10			14	

NOVEMBER

	d	Calendis.	1	Feſtum Omnium ſanctorum. duplex, 449.
	e	iiij no.	2	Commemoratio Omnium fidelium defunctorum. dup. 523. & de octaua Omnium ſancto.
xvij	f	iij no.	3	De octaua.
vij	g	Prid. no.	4	De octaua, cum commem. ſanctorum Vitalis & Agricolæ martyrum. 450.
	A	Nonis	5	De octaua.
xv	b	viij id.	6	De octaua.
iiij	c	vij id.	7	De octaua.
	d	vj id.	8	Octaua Omnium ſanctorum. duplex. & comm. SS. Quatuor Coronatorum marty. 450.
xij	e	v id.	9	Dedicatio Baſilicę Saluatoris, duplex. & commemor. S. Theodori martyris. eodem.
j	f	iiij id.	10	Tryphonis, Reſpicij, & Nymphæ mart. eodem.
	g	iij id.	11	Martini epiſcopi & confeſſoris duplex. & cōm. ſancti Menæ martyris. 451.
ix	A	Prid. id.	12	Martini papæ & martyris, ſemiduplex. eodem.
	b	Idibus	13	
xvij	c	xviij cal.	14	
vj	d	xvij cal.	15	
	e	xvj cal.	16	
xiiij	f	xv cal.	17	Gregorij Thaumaturgi epiſcopi, & confeſſ. eodē.
iij	g	xiiij cal.	18	Dedicatio Baſilicarum Petri, & Pauli dup. 453.
xj	A	xiij cal.	19	Pontiani Papę, & martyris. eodem.
	b	xij cal.	20	
xix	c	xj cal.	21	
viij	d	x cal.	22	Cœciliæ virginis & martyris. ſemidup. eodem.
	e	ix cal.	23	Clementis papæ, & martyris, ſemidup. & comm. S. Felicitatis martyris. 453.
xvj	f	viij cal.	24	Chryſogoni martyris. 454.
v	g	vij cal.	25	Catherinæ virginis & marty. duplex. eodem.
	A	vj cal.	26	Petri Alexandrini epiſcopi, & martyris. eodem.
xiij	b	v cal.	27	
ij	c	iiij cal.	28	
	d	iij cal.	29	Vigilia, & commemora. Sancti Saturnini martyris. 356.
x	e	Prid. cal.	30	Andreæ Apoſtoli duplex. 357.

Nouembris dies	1	Horas habet	9	3	Nox	14 1
	10		9	2		14 2
	20		9	1		14 3

DECEMBER

	f	Calendis	1	
xviij	g	iiij no.	2	Bibianæ virginis & martyris. 358.
vij	A	iij no.	3	
	b	Prid. no.	4	Barbaræ virginis & martyris. commemo. eodem.
xv	c	Nonis	5	Sabbæ abbatis. commemo. eodem.
iiij	d	viij id.	6	Nicolai epiſcopi, & confeſſoris, ſemidup. eodem.
	e	vij id.	7	Ambroſij, epiſc. & confeſſ. & eccl. doct. dupl. 359.
xij	f	vj id.	8	Conceptio beatæ Mariæ, duplex. 360.
j	g	v id.	9	
	A	iiij id.	10	Miltiadis papæ & martyris. commemo. eodem.
ix	b	iij id.	11	Damaſi papæ & confeſſoris. ſemiduplex. eodem.
	c	Prid. id.	12	
xvij	d	Idibus	13	Luciæ virginis & martyris, duplex. 360.
vj	e	xix cal.	14	
	f	xviij cal.	15	
xiiij	g	xvij cal.	16	
ij	A	xvj cal.	17	
	b	xv cal.	18	
j	c	xiiij cal.	19	
	d	xiij cal.	20	Vigilia. 361.
xix	e	xij cal.	21	Thomæ apoſtoli, duplex. eodem.
iij	f	xj cal.	22	
	g	x cal.	23	
xvij	A	ix cal.	24	Vigilia. 53.
v	b	viij cal.	25	Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti. duplex 54. & comme. S. Anaſtaſiæ virg. in ſecunda miſſa.
	c	vij cal.	26	Stephani protom. dup. & commem. Oct. Nat. 58.
xiij	d	vj cal.	27	Ioannis apoſtoli, & Euangel. dup. & comme. 60.
ij	e	v cal.	28	Sanctorũ Innocẽtium mar. dup. & cõm. Octa. 61.
	f	iiij cal.	29	Thomæ Cantuar. epiſcopi & martyris ſemidupl & commemo. Octauarum. 62.
x	g	iij cal.	30	De Dominica infra Octauam Natiuitatis. vel de octaua, cum comme. octauarum. 64.
	A	Prid. cal.	31	Sylueſtri papæ & confeſſoris. dup. cum commemoratione. Octauarum. 66.

Decembris dies	1	Horas habet	9	Nox	15
	10		9		15
	20		9		15

Rubricæ generales Miſſalis.

MIſſa quotidie dicitur ſm ordinem Officij, de Feſto duplici, vel ſemiduplici, vel ſimplici: de Dominica, vel feria: de vigilia, vel de octaua: & extra ordinẽ Officij, Votiua, vel pro Defunctis.

¶ De Duplici.

MIſſa dicitur de Duplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur, hæc nota, Duplex: & in feſtis mobilibus, qñcũq; Officium ſit dupl.

¶ In duplicibus dicitur vna tantum Oratio, niſi aliqua cõmemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in ꝓpriis miſſis aſſignatum eſt. Qñ dici debet Gloria in excelſis, & Credo, inferius dicitur in propriis rubricis.

¶ De Semiduplici, & ſimplici.

MIſſa de Semiduplici dicitur qñ in Calẽdario ponitur hęc vox, Semiduplex. Præterea, in Dñicis, & diebus infra Octauas: In ſemiduplicibus, tam in feſtis, q̃ Dñicis, & infra Octauas dicuntur plures Orõnes, vt infra dicetur in rubr. de Oratione.

¶ Infra Octauam dicitur miſſa ſicut in die Feſti, niſi propriam miſſam habuerit: in Dñicis verò, ſicut in ꝓpriis locis, aſſignatur. De ſimplici dr̃ miſſa ſicut de ſemidupl. vt ſuis locis ponit̃.

¶ De Feria, & Vigilia.

MIſſa de Feria dicitur, quando non occurrit feſtum, vel octaua, vel ſabbatum, in quo fit Officium B. Mariæ. In feriis tamen Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam ſi duplex, vel ſemidup. feſtum, vel octaua occurrat in Eccleſiis collegiatis dñr duæ miſſæ, vna de feſto, alia de feria.

¶ In vigiliis autem, quæ veniunt infra octauam, miſſa dicitur de vigilia cum cõmemoratione octauæ. Si feſtum, habens vigiliam, celebretur feria ij. miſſa vigiliæ dicitur in Sabbato, ſicut etiam fit officiũ, excepta vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ. Miſſa vigiliæ in Aduen. occurrentis, dicitur cum commemoratione Aduentus, licet de ea non ſit factum officium.

¶ Si in Quadrageſima, & Quatuor Temporibus occurrat vigilia, dicatur miſſa de feria cum cõmemo. vigiliæ.

¶ Toto tempore Paſchali non dicitur miſſa de vigilia, niſi in vigilia Aſcenſionis, quæ tamen non ieiunatur, ſicut nec vigilia Epiphaniæ.

¶ De miſſis Votiuis S. Mariæ, & aliis.

IN Sabbatis, nõ impeditis feſto duplici, & ſemiduplici, dicitur miſſa de S. Maria ſm varietatem tẽporum, vt in fine Miſſalis ponitur.

¶ Si ſabbatum fuerit impeditum feſto duplici, vel ſemiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quatuor Temporum & quadrageſimæ, miſſa principalis dicitur ſecundum officiũ diei. In Aduentu autem, licet officium non fiat de S. Maria in ſabbato, dicitur tamen miſſa principalis de ea cũ commemoratione Aduentus, niſi fuerint Quatuor Tempora, vt ſupra.

¶ Aliis diebus infra Hebdomadã quãdo officiũ fit de feria (exceptis Feriis Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici poteſt aliqua Miſſa Votiua, etiam in principali miſſa, quæ dicitur Conuentualis, ſecundum ordinẽ

dierum, in fine Miſſalis aſſignatũ. Quæ tamen miſſę, & alię quæcunque votiuæ, in miſſis priuatis dici poſſunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officium nõ eſt duplex. Id vero paſſim nõ fiat, niſi rationabili de cauſa: &, quo ad fieri poteſt, Miſſa cũ officio ꝯueniat.]

¶ **De Miſſis Defunctorum.**

PRima die cuiuſque menſis (extra tempus Paſchale) non impedita officio duplici & ſemiduplici, dicitur Miſſa principalis generaliter pro defunctis ſacerdotibus, benefactoribus, & aliis. In eccleſiis autem collegiatis dicãtur duę miſſę, vna pro defunctis, alia de feſto ſimplici ſi occurrerit, vel de feria, ſi propriam habeat miſſam, vel reſumenda ſit miſſa, de Dominica præcedenti, quæ fuit impedita, cum infra Hebdomadam nõ occurrit alius dies, in quo reſumi poſſit miſſa de Dominica. Sed in eccleſiis non collegiatis dicatur miſſa de die cum commemoratione generaliter pro defunctis.

¶ Præterea Feria ſecũda cuiuſque Hebdomadæ in qua officium fit de Feria, miſſa principalis dici poteſt pro defunctis. Si autẽ fuerit propria miſſa de Feria, vel de feſto ſimplici, in collegiatis Eccleſiis dicantur duæ miſſę: alioqnin, in miſſa de die fiat commemoratio, (vt dictum eſt) pro defunctis. Excipitur tamen totum tempus Paſchale: & quando per annum officium eſt duplex, vel ſemiduplex: quibus temporibus non dicitur miſſa principalis pro defunctis niſi in die Depoſitionis defuncti, & in Anniuerſario pro defunctis.

¶ Et ſimiliter, niſi fuerit duplex, quocunque die dici poſſunt priuatæ miſſæ pro defunctis, præterquam in Dñicis.

¶ In die Commemorationis omnium defunctorum, & in die Depoſitionis, & in Anniuerſario defuncti, dicitur vna tantum Oratio: in aliis miſſis plures, vt in rubrica de commemorationibus & Orationibus dicetur.

¶ Sequẽtia pro defunctis dicitur in die omnium fidelium defunctorum, & Depoſitis defuncti. In Anniuerſario autẽ, & miſſa communi pro defunctis dicatur pro arbitrio Sacerdotis.

¶ **De tranſlatione Feſtorum.**

IN dicendis miſſis ſeruetur ordo Breuiarij de Tranſlatione feſtorum duplicium, & ſemiduplicium, quãdo maiori aliquo Feſto, ſeu Dñica impediuntur. In Eccleſiis autem, vbi titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus populi ad celebrandum Feſtũ, quod transferri debet, poſſunt cantari duę miſſæ, vna de die, alia de feſto: aut ſaltem commemoratio fieri de feſto, ſi eo die de feſto in illa eccleſia officium fieri non debeat.

¶ **De Commemorationibus.**

COmmemorationes in miſſis, fiũt ſicut in Officio. De feſto ſimplici fit cõmemoratio in miſſa, quãdo de eo in officio facta eſt cõmemoratio in veſperis. Quando autem de eo fit cõmemoratio tantum ad laudes, in miſſa ſolenni nulla fit commemoratio de eo, ſed in miſſis tãtũ priuatis. ¶ De Dñica fit commemoratio, quando in ea fit de feſto duplici. ¶ De octaua fit cõmemoratio, quãdo infra octauã fit de aliquo feſto, niſi illud feſtum fuerit de exceptuatis in Rubrica Officij de Commemorationibus. Item quando infra octauam fit de Dominica. ¶ De Feria fit cõmemoratio in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus, Rogatio-

nibus, & Vigiliis, quando miſſa dicenda eſt de feſto duplici vel ſemiduplici illis temporibus occurrente. Sed in eccleſiis Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrãt, in Feriis, Rogationibus, & Vigiliis prædictis, quæ habent miſſas proprias, dicuntur duæ miſſæ, vna de Feſto, alia de Feria, Rogationibus, & vigilia prædictis: abſque vlla vtrornmq; cõmemoratione. Quando infra Hebdomadam dñr miſſę votiuæ: poſt primam orationẽ ſemper dicatur Oratio eius, de quo fit officiũ. ¶ Quando fit cõmemoratio de Feria Quatuor Temporũ: pro ferię cõmemoratione dr̃ prima oratio, quæ cõcordat cũ officio.

¶ In faciendis cõmemorationibus ſeruetur ordo vt ĩ Breuiario: de Dñica ante feſtũ ſemiduplex, quod infra octauã celebrat̃: de feſto ſemiduplici ante octauã: de octaua ante Ferias prędictas: de Feriis prędictis ante feſtum ſimplex: de feſto ſimplici ante orationes Votiuas.

¶ Si facienda ſit cõmemoratio pro Defunctis, ſemper ponit̃ penultimo loco.

¶ In aliis commemorationibus à prędictis ſeruetur dignitas orationum, vt de Spiritu ſancto ante beatã Mariã, de Angelis ante Apoſtolos, & ſimiliter ĩ aliis.

¶ In miſſis defunctorũ, nulla fit cõmemoratio pro viuis, etiam ſi Oratio eſſet commnnis pro viuis, & Defunctis.

¶ Quando dicũtur plures orões, prima tantũ & vltima cũ ſua concluſione terminatur: & ante primam & ſecundam orationẽ tantum dicitur Oremus, ante primã dicitur etiam Dñs vobiſcũ. Cum vero dicuntur plures orationes, & vna oratio eadem ſit cum alia, ibidẽ dicenda, oratio huiuſmodi, illa ſcilicet, quæ eadẽ eſt, nõ aliæ, cõmutetur cũ alia de cõmuni vel ꝓprio, q̃ ſit diuerſa.

¶ De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis.

INtroitus ſemper eodẽ modo dicitur cũ Gloria patri, vt in Ordinario præterquã tempore Paſſionis, & in miſſis Defunctorum, vt etiã ibi annotatũ eſt. Kyrie eleiſon dicitur nouies poſt Introitũ, alternatim cũ miniſtro, ideſt, ter, Kyrie el. ter Chriſte el. ter Kyrie el. Gloria in excelſis dicitur quandocunq; in Matutino dict⁹ eſt hymnus Te deũ. pręterquam in miſſa Ferię quintę in cęna domini, & Sabbati ſancti: in quibus Gloria in excelſis dicitur. In miſſis votiuis nõ dr̃, niſi in miſſa B. Marię, & Angelorum: & niſi miſſa votiua dicẽda ſit pro re graui, vel ꝓ publica eccleſiæ cauſa. Neque dr̃ in miſſis Defunctorum.

¶ De Orationibus.

IN feſtis duplicibus, dr̃ vna tantum Oratio, niſi facienda ſit aliqua commemoratio, de qua dictum eſt ſupra.

¶ In feſtis ſemiduplicib⁹, occurrentibus ab octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentum, & à Purificatione vſque ad Quadrageſimam dicitur ſecunda oratio A cunctis: tertia ad libitum.

¶ In feſtis ſemiduplicibus, occurrentibus ab octaua Epiphaniæ vſq; ad Purificationẽ, dr̃ ſecũda oratio, Deus, qui ſalutis: tertia, Eccleſiæ, vel pro Papa.

¶ In feſtis ſemiduplicib⁹ à Feria quarta Cinerũ vſq; ad Dominicam Paſſionis: ſecunda, de Feria: tertia, A cunctis.

¶ In feſtis ſemiduplicib⁹, à Dñica Paſſionis vſq; ad Dñicã Palmarũ, ſecũda orõ, de Feria: tertia, Eccleſię: vel pro Papa.

¶ In feſtis ſemiduplicibus ab octaua Paſchæ vſque ad Aſcenſionem, ſecunda orõ, de ſancta Maria, Concede: tertia,

Eccleſiæ, vel pro Papa. In feſtis ſemiduplicibus, infra Octauas occurrentibus, ſecũda oratio dicitur de Octaua: tertia, quæ ſecundo loco infra octauã dicitur.

¶ Infra octauas Paſchæ, & Pentecoſtes quando miſſa dicitur de octaua, dicuntur duæ tantum Orationes, vna de die, alia Eccleſię, vel pro Papa.

¶ Infra alias octauas, & in vigiliis, quę ieiunantur (excepta viglia Natiuitatis domini, & Pentecoſtes) dicũtur tres, vna de die, ſecũda de ſancta Maria, tertia Eccleſiæ, vel ꝑ Papa. Sed infra octauas ſanctæ Mariæ, & in vigilia, & infra oct. Omnium ſanctorum ſecunda oratio, dicitur de Spiritu ſancto, alia Eccleſiæ vel pro Papa.

¶ In dominicis, infra octauas occurrentibus, dicuntur duæ orationes: vna de Dominica, ſecunda de octaua. In die octaua dicitur vna tantum oratio, niſi aliqua commemoratio facienda ſit.

¶ In dñicis dicuntur tres, vt in ordinario aſſignantur, quibuſdam exceptis, vt ſuis locis aſſignatur.

¶ In feſtis ſimplicibꝰ, & feriis p annum, dñr tres, vt in ſemiduplicibus: poſſunt etiã dici quinque, vel ſeptem ad libitũ.

¶ In feriis Quatuor Tẽporũ, & vbi plures legũtur lectiones, huiuſmodi plures orões dñr poſt vltimã orõnẽ ante epiſtolã: & aliæ orões cũ lectionibus, vt ſuis locis in proprio Miſſarũ de tẽpore.

¶ In miſſis votiuis quando dñr pro re graui, vel pro publica eccleſiæ cauſa, dicitur tantum vna oratio: ſin aliter, dicuntur plures, vt in feſtis ſimplicibus. Sed in votiuis beatæ Mariæ, ſecũda orõ dr̃ de Spiritu ſctõ, & ĩ votiuis de Apoſtolis quando dr̃ orõ A cunctis, eius loco dr̃ oratio de ſancta Maria, Concede.

¶ Si, quando plures dicuntur orationes, occurrat fieri commemoratio alicuius ſancti, ea ponitur ſecundo loco, & tertia oratio dicitur, quæ alias ſecundo loco dicenda erat.

¶ In cõcluſione orationum hic modus ſeruatur. Si oratio dirigatur ad patrẽ, concluditur Per dominum noſtrũ &c. ſi ad filium. Qui viuis & regnas cũ deo prẽ, ſi in principio orationis fiat mentio filij, concluditur. Per eundem: ſi in fine orationis eius fiat mentio, Qui tecum viuit. ſi facta ſit mentio Spiritus ſancti, ĩ cõcluſione dicitur In vnitate eiuſdem Spiritus ſancti deus &c. Alia quoq; in dicendis orationibus ſeruentur, quę ſuperius in rubrica de commemorationibus dicta ſunt.

¶ De Epiſtola, Graduali, Alleluia, & Tractu, ac de Euangelio.

POſt vltimã orationẽ, dicitur Epiſtola: qua finita, à miniſtris dicitur Deo gratias. Poſt epiſtolam dicitur Graduale, quod ſemper dicitur, pręterquã Tempore Paſchali, cuius loco tunc dicuntur duo verſus, vt dicitur in rubrica Sabbati in Albis. Poſt Graduale, dicuntur duo Alleluia: deinde Verſus, & poſt verſum vnum Alleluia: Tempore Paſchali quando nõ dicitur *Graduale*, dicitur aliud. Alleluia. Poſt ſecundum Verſum, & quando dicitur Sequentia, nõ dr̃ poſt vltimũ verſum, ſed poſt Sequentiã. A Septuageſi. vſq; ad Sabbatũ ſanctũ, nõ dr̃ Allã: neq; dicitur in Miſſis de feria in Aduentu, Quatuor temporibus, & vigiliis, quæ ieiunantur: exceptis Vigilia Natiuitatis dñi ſi venerit in Dñica, & vigilia Paſchæ & Pentecoſtes, ac Quatuor tẽporibus Pẽtecoſtes, Nec dicitur in feſto Innocentũ, niſi ve-

nerit in Dñica. A Septuageſima vſq; ad Paſcha, eius loco diciturTractus, qui Tractus prædicto tēpore in aliquibus Feriis nō dicitur: vt ſuis locis ponitur: neq; etiā in Feriis a Septuageſima vſq; ad Quadrageſimam, qñ reperitur miſſa Dñicæ. DictoGraduali, ſeuAlſa, ſeu Tractu, dr̃Euangeliũ. Et in principio euangelij diciturDñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. deinde,Sequentia ſancti Euangelij ſecũdum M. ℟Gloria tibi domine. In fine Euãgelij a miniſtris diciturLaus tibi Chriſte. Poſtea, ſi dicendum eſt, diciturCredo.

¶De Symbolo.

Symbolũ dicitur poſt euangeliũ in omnibus Dñicis per annũ, etiā ſi in illis fiat de feſto, ĩ quo alias nō diceret, In trib⁹ miſſis de Natiuitate dñi, & deinceps vſq; ad octauā beati Ioānis, apoſtoli, incluſiue. In Epiphania, & ꝑ octauā. Feria v. in Cęna Dñi. In Paſcate Reſurrectionis, & ꝑ octauā. In Aſcēſione Dñi: & ꝑ octauam. In Pentecoſte: & ꝑ octauā. In feſto Corporis Chriſti: & ꝑ octauā. In oĩbus feſtis beatæ Mariæ: & per octauas. In omnibus feſtis Apoſtolorũ, & Euangeliſtarum, & per octauas. In feſtis Quatuor doctorum, videlicet, Gregorij, Ambroſi, Auguſtini, & Hieronymi: addito feſto ſancti Thomæ de Aquino. Item in feſtis Doctorum, Baſilij, Athanaſij, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi. In vtraque Cathedra ſancti Petri: & in feſto ſancti Petri ad Vincula. In feſtis Conuerſionis, & Commemorationis ſancti Pauli apoſtoli. In feſto Sancti Ioannis ante portā Latinā. In feſtis Inuentionis & Exaltationis ſanctę Crucis. In feſtis Angelorũ. In feſto ſancti Barnabæ apoſtoli. In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ. In Transfiguratione Dñi. In die octauarũ S. Ioānis Baptiſtæ, & ſancti Laurētij. In feſto Oĩum ſanctorũ, & per octauā. In Dedicationibus S. Saluatoris & Sctõrũ apoſtolorũ Petri & Pauli. In Anniuerſario Dedicationis propriæ Eccleſiæ: & ꝑ octauā. In die Conſecrationis Eccleſię, vel altaris. In feſtis Sanctorũ, quibus dedicata eſt Eccleſia: & vbi habetur corpus, vel inſignis reliquia ſancti, de quo agitur. In die Creationis, & Coronationis ſummi Pōtificis: & in Anniuerſario eiuſdē diei. Item, in oĩbus feſtis, quæ in Dñicis, & per octauas celebrant̃, in quibus rōne Dñicę & Octauę dici debet. Itē in Feſto patroni alicuius loci, vel tituli Eccleſiæ: & in feſtis principalibus ordinũ: & ꝑ eorũ octauas, ĩ eccleſiis tm̃ illius ordinis. Itē dicit̃ Credo, in Miſſis votiuis, quę ſolemniter ꝓ re graui, vel pro publica Eccleſiæ cauſa celebrãtur.

¶De Offertorio, Secretis, Præfationibus, & Canone.

Poſt Symbolũ, vel ſi nō ſit dicendũ, poſt euangeliũ, dicit̃Dñs vobiſcũ. deindeOffertoriũ. poſtea fit oblatio cũ orationibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta, dicũtur orōnes ſecretæ, ſm̃ numerũ orōnũ, quæ palam dictæ ſunt: ſed ante primā orōnē nō dicit̃ Dñs vobiſcũ. nec aliquid aliud: ſed dicto ſuſcipiat dñs ſacrificiũ, abſolute dicunt̃: nec que etiā ante ſcdam orōnē dr̃ Oremus. Terminat̃ aũt prima, & vltima oratio, vt dictũ eſt ſupra, ĩ rubrica de orōnib⁹: & ſecreto dñr vſq; ad illa verba in concluſione. Per oĩa ſęcula ſæculorum: q̃ clara voce ꝓferunt̃, & incipitur. Præfatio præfationes aũt dñr, vt ĩ ordinario adnotatum eſt: & quæ in Quadrageſima,

Tẽpore Paſchali, & infra octauas propriæ aſſignãtur, dñr etiã in Dñicis, & ĩ feſtis, quę illis tẽporibus celebrantur: niſi illa feſta propriam Præfationem habeant. In miſſis Votiuis dicitur etiam Pręfatio propria, ſi propriam habeant. Et quando aliqua Miſſa votiua pro publica cauſa ſolemniter celebratur, dicitur in cantu ſolemni, vt in duplicibus. Poſt Præfationẽ incipitur Canon Miſſę, ſecretò, in quo ſeruentur omnia, vt in ordinario. Vbi vero Cõmunicantes, Infra actionẽ, vel alia variari contingit, ſuo loco in propriis miſſis adnotatur.

¶ De cõmunione, Poſt communionẽ, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino, ac de Benedictione, & Euangelio Sancti Ioannis.

EXacto Canone, & aliis omnibus vſque ad cõmunionem, ea peracta, dicitur cõmunio: & orationes poſt cõmunionem, eodem modo & ordine vt in principio Miſſę: & repetito Dñs vobiſcum: dicitur, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino: pro temporis ratione. Ite miſſa eſt. dicitur quandocunq; dicitur: Gloria in excelſis. Cum nõ dicitur, eius loco dicitur. Benedicamus domino. ℞. Deo gratias. In miſſis defunctorum dicitur. Requieſcant in pace. ℞. Amen. Dicto, Placeat, datur Benedictio, quæ à celebrãte ſemper datur in Miſſa, præterquam in miſſis Defunctorum. Deinde dicitur Euang. S. Ioãnis, In principio: præmiſſo, Dominus vobiſcum. & Initium ſancti euang. vt moris eſt, quod Euangelium nũquam prętermittitur in Miſſa: niſi quando fit de feſto in aliqua Dominica, vel Feria, quę habet Euangelium proprium: tũc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia miſſa de die Natiuitatis Domini dicitur Euangelium de Epiphania. Cum natus eſſet Ieſus.

¶ De ordinanda Miſſa ex ſupradictis rubricis.

SVpradictis rubricis cognitis, ſi quis velit ordinare miſſam diei, recurrat ad Ordinarium miſſarum de Tempore, vel de Sanctis ſecundum qualitatem officij. Si proprium non habet, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum ſit, & propria miſſa non fuerit de Feria, dicatur miſſa præcedẽtis Dominicę, omiſſis, Gloria in excelſis, & Symbolo: præterquam tempore Paſchali, in quo ſemper dicitur Gloria in excelſis, vt ſupra, excepta miſſa Rogationum: & in Aduentu, quo tempore prætermittitur Alleluia poſt Graduale cum ſuo verſu. Si dicenda ſit Miſſa Votiua, requiratur poſt Commune ſanctorum ſuo loco. Si plures orationes dicendæ ſint, requirantur poſt miſſas votiuas ſuo loco de ſingulis rebus ſingulę. Si pro Defunctis dicenda ſit miſſa, habetur poſt miſſas votiuas, cum collectis diuerſis, circa finem Miſſalis. Ordinarium totius miſſę, cũ Præfationibus, Canone, & aliis dicendis, habetur ſuo loco, cum Proprio Miſſarum de tempore.

DE PRÆPARATIONE Sacerdotis celebraturi.

SAcerdos celebraturus, ſeruatis iis, quæ ſeruanda ſunt, quo ad præuiam Confeſſionem, & horas Canonicas, Matutino ſaltem abſoluto, orationi aliquantulum

vacet,& orationes,inferius poſitas,pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacriſtia, vel alibi præparatum,vbi paraméta, aliaque ad celebrationcm neceſſaria habentur: accipit Miſſale, perquirit miſſam, perlegit,& ſignacula ordinat ad ea, quæ dicturus eſt. Poſtea lauat manus, dicens orationẽ, inferius poſitam. Deinde præparat calicem,ponens ſuper eius os purificatorium,& ſuper illud patenam cũ hoſtia, quam tegit parua palla, & velo ſerico: ſuper velo ponit burſam coloris paramentorũ, intus habens corporale implicatũ. Quibus ita diſpoſitis, accedit ad paraméta, vbi, calceatus pedib9, &, indutus veſtibus ſibi conuenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis attingat, induit ſe, ſi ſit Prælatus ſecularis, ſupra rochettum: ſi ſit Prælatus regularis, vel alius ſacerdos ſecularis, ſupra ſuperpelliceum, ſi cõmode haberi poſſit: alioqn, ſine eo ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula, ſingulas orationes, inferius poſitas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates & chordulas, oſculatur in medio, & ponit ſuper caput, & mox declinat ad collum, & eo circumcirca veſtium collaria tegens, ducit chordulam ſub brachiis, & circunducens per dorſum ad ventrẽ reducit, & ligat. Tum Alba induitur, caput ſubmittens, deinde manicã dextrã brachio dextro, & ſiniſtram ſiniſtro imponens: Albam ipſam corpori adaptat, eleuat ante, & à lateribus hinc inde, & Cingulo per miniſtrum à tergo ſibi porrecto, ſe cingit. Miniſter eleuat Albam ſupra cingulum circum circa, vt honeſtè depẽdeat, & tegat veſtes: ac eius fimbrias diligẽter aptat, vt ad latitudinem digiti vel circa ſupra terram æqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulũ, oſculatur crucem in medio, & imponit brachio ſiniſtro. Deinde ambabus manibus accipiens ſtolam, ſimili modo deoſculetur, & imponit medium eius collo, ac tranſuerſando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem à ſiniſtro humero pendentem ad dextrã, & partẽ à dextro humero, pendẽtem ad ſiniſtrã. Sicque vtranque partem ſtolæ extremitatibus cinguli hinc inde ipſi cingulo coniungit. Si celebrans ſit Epiſcopus, non ducit ſtolã ante pectus in modum crucis: ſed ſinit hinc inde vtraſque extremitates pendere, & accipit cruciculam à collo ante pectus chordulis pendentem. Poſtremo Sacerdos accipit planetam. Si ſit Epiſcopus, & ſolemniter celebrat, accipit paramenta, & alia, vt in Pontificali.

¶ De ingreſſu Sacerdotis ad altare.

SAcerdos, omnibus paramẽtis indutus, accipit in manu ſiniſtra calicẽ, vt ſupra, præparatum, & burſam manu dextra ſuper calice tenens, capite cooperto, accedit ad altare, miniſtro cũ Miſſali, & aliis ad celebrandum neceſſariis præcedente. Procedit aũt oculis demiſſis, inceſſu graui, erecto corpore. Si verò contigerit eũ trãſire ante altare maius, A capite cooperto, faciat ad illud reuerẽtiam: ſi ante locũ ſacramenti, genuflectat. Si ante altare, vbi celebretur miſſa, in qua eleuatur ſacramẽtũ, ſimiliter genuflectat, &, detecto capite, illud adoret. Cum peruenerit ad altare, ſtans ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum miniſtro porrigens, & altari, ſeu imagini crucifixi, deſuper poſitæ, profunde inclinat. Si autem in eo ſit taber-

nàculum ſanctiſſimi Sacramenti, genu flectens debitam facit reuerētiam. Tūc aſcendit ad medium altaris. ibi ad cornu euangelij ſiſtit Calicē: extrahit corporale de burſa, quod extendit in medio altaris, & ſuper illud calicem velo coopertum collocat. Si in altari paramēta accepit, hoc idem facit antequā deſcēdat ab altari, miſſam inchoaturus. Si eſt conſecraturus plures hoſtias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem ſuper patena manere non poſſint: locet eas ſuper corporale ante Calicē, aut in aliquo calice, vel vaſe mundo conſecrato eas ponit retro poſt calicem, & alia patena cooperit. Collocato calice in altari, accedit ad cornu epiſtolæ, miſſale ſuper cuſſino aperit, reperit miſſam, & ſignacula ſuis locis accomodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum cruci reuerentia, deſcendit ad gradum infimum altaris pro miſſa inchoanda. ¶In miſſa ſolemni calix, miſſale, & alia neceſſaria præparantur, antequàm ſacerdos veniat ad altare. Ipſe autem procedit cum miniſtris. &, cū peruenerit ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconū à dextris, & Subdiaconū à ſiniſtris, antequàm aſcendat ad altare, facit cum ipſis (vt infra) Confeſsionem. ¶In miſſa pontificali omnia ſeruētur, vt in Pontificali, & Cęremoniali Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinem Epiſcopus nunquàm prætermittit, quandocunque cum Diacono, & ſubdiacono paratis celebrat.

De principio Miſſæ, & Confeſſione facienda.

SAcerdos quamprimum deſcenderit ad infimum gradum altaris, cōuertit ſe ad ipſum altare, vbi ſtans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius cruci, vel altari reuerentia, erectus incipit Miſſam. Si autem celebraturus ſit coram Summo Pontifice, ſiſtit ſe in infimo gradu altaris à cornu euangelij ante ipſum pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione, erigit ſe, &, ſtans verſus altare, incipit Miſſam. Si autem ſit coram Cardinali, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorum reſidentiis, vel loco iuriſdictionis: ſtans in infimo gradu à cornu euangelij, vt ſupra, expectat: dato ſigno, facit profundam reuerentiam Prælato, & verſus ad altare incipit miſſam. Si autem ſolemniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex Prælatis prædictis in eccleſiis ſuæ iuriſdictionis: ſtās à ſiniſtris Prælati, facit cum eo Confeſſionem, & alia ſeruat, vt in Cęrimoniali Romano, & in Pontificali ordinatur. Sans igitur celebrans in infimo gradu altaris, vt ſupra, producens manu dextra à fronte ad pectus ſignum crucis, dicat intelligibili voce, In nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et poſtquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantē, etiam ſi ſacramentum eleuet, ſed continuatè proſequi miſſam ſuā vſq; ad finē. Cū ſeipſum ſignat, ſiniſtrā ponit infra pectus: in aliis benedictionibus, cū eſt ad altare, & ſeipſum non benedicit, ſed oblata, vel aliquid aliud, ponit eam ſuper altari. Seipſum benedicēs, vertit ad ſe palmā manus dextræ, & oibus illius digitis iunctis & extēſis à fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrū ſignū crucis format. Si vero aliis, vel rem ali-

quam benedicit, paruũ digitũ vertit,& cui benedicit,ac benedicẽdo totã manũ dextrã extendit,oĩbus illius digitis pariter iunctis, & extẽſis: quod in oĩ bñdictione obſeruat.Poſtquã dixerit, In nomine patris, &c. vt ſupra, iũgit manus ante pectus pronũcians clara voce Antiphonã, Introibo ad altare dei. Miniſter retro poſt eũ ad ſiniſtrã genuflexus, & in miſſa ſolemni miniſtri hinc inde ſtãte,proſequitur: Ad Deũ, qui lætificat iuuentutem meã. Deinde Sacerdos eodem modo ſtans incipit, & proſequitur cũ miniſtro,vel miniſtris alternatim Pſalmum, Iudica me deus, vſque ad finẽ, cũ Gloria patri. Quo finito, repetit Antiphonã Introibo, cũ miniſtris, vt ſupra. Qui Pſalmus nunquàm prætermittitur, niſi in miſſis defunctorũ, & in miſſis de tẽpore à Dñica paſſionis incluſiuè vſq; ad Sabbatũ ſanctum excluſiuè:in quibus ſemel tm̃ dicta Antiphona Introibo, cum miniſtris vt ſupra,Sacerdos ſtatim ſubiungit verſum, Adiutorium nrm̃, &c. vt infra. Cum in fine Pſalmi dicit Gloria patri. &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona, Introibo, dextra manu producens ſignũ crucis à fronte ad pectus,dicit verſum. Adiutorium nrm̃ in noĩe dñi. ℟. Qui fecit cœlũ & terrã. Deinde caput, ſeque profunde altari inclinans, dicat Confiteor Deo, vt in Ordinario. Et proſequitur eodem modo ſtãs, inclinatus, donec à miniſtro, vel miniſtris dictũ ſit Miſereatur, Cum incipitur à miniſtris Confiteor, ſe erigit, Cũ dicit, mea culpa, ter pectus dextra manu percutit. Si eſt coram Pontifice, & Cardinali in loco ſui tituli, ſeu Cardinalatus,& coram Legato ſedis Apoſtolicæ, Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo in eorum Prouincia, Ciuitate, vel Diœceſi conſtitutis: vbi dicit Vobis fratres, dicat Tibi pater: ſimiliter in fine. vbi dicit Vos fratres, dicat Te pater: quod dicens ſummo Pontifici genuflectit, aliis Prælatis profunde inclinat. Cum miniſtri, & qui interſunt (etiam ſi ibi fuerit ſummus Pontifex) reſpõdẽt. Cõfiteor: dicant tibi pater: & te pater. Facta à circunſtantibus Confeſſione: celebrans ſtans reſpondet: Miſereatur veſtri &c. Deinde producens manu dextra à frõte ad pectus ſignum crucis, dicit: Indulgentiam, &c. Et ſtans capite inclinato proſequitur, Deus tu cõuerſus, & quæ ſequuntur in Ordinario,clara voce vſq; ad orationẽ Aufer à nobis, &c. quã dicit ſecreto.Et tũc ſi coram ſummo Pontifice, aut aliis Prælatis, vt ſupra, celebret,facta ſummo Pontifici genuflexione, aliis vero Prælatis profunda reuerentia,accedit ad infimum gradum ante medium altaris:& ibi dicit: Aufer à nobis &c. vt ſupra.

De Introitu: Kyrieleiſon: & Gloria in excelſis.

Dicto, Aufer à nobis &c.Celebrãs, iunctis manibus aſcendit ad mediũ altaris: vbi ſtãs capite inclinato, & iunctis manib⁹ ſup altare poſitis, ita vt digiti parui dũtaxat frontẽ, ſeu mediũ anterioris partis tabulæ, ſeu mẽſæ altaris tãgãt,reſiduo manuũ inter altare, & ſe retẽto, pollice dextro ſuper ſiniſtrũ in modũ crucis poſito, (qđ ſemp obſeruetur,cũ manus iũctæ ſup altare ponunt̃) ſecreto dicit Oremus te dñe, &c. Quo dicto, oſculatur altare ĩ medio, manib⁹ extẽſis, hĩc inde ſuper altare poſitis: qđ in omni deoſculatione altaris ſeruatur:

sed

ſed poſt conſecrationem pollices ab indicib⁹ nõ diſiungũtur. Oſculato altari, accedit ad cornu ſiniſtrũ altaris, ideſt, Epiſtolæ: vbi ſtans verſus altare, & producens à fronte ad pectus ſignum crucis, incipit intelligibili voce *Introitum* miſſæ: & proſequitur iunctis manibus. Cum repetit *Introitum*, non ſignat ſe, vt prius, &, eo repetito, iũctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi ſtãs verſus illud, ſimiliter manibus iunctis, dicit eadem voce ter, *Kyrieleiſon*, ter *Chriſteleiſon*, & iterum ter *Kyrieleiſon*, alternatim cum miniſtris. Si miniſter, vel qui interſunt celebrãti nõ reſpondeãt, ipſe ſolus nouies dicit. Dicto vltimo *Kyrieleiſon*, ſacerdos ibidẽ, vt prius, ſtans, & manus extendens, eleuansq; & iungẽs, voce prędicta incipit, ſi dicendum ſit, *Gloria in excelſis*: cum dicit, *Deo*, caput cruci inclinat: quo erecto, ſtans iunctis manibus, vt prius proſequitur vſque ad finem. Cum dicit *Adoramus te: Gratias agimus tibi: Ieſu Chriſte: Suſcipe deprecationẽ noſtram* & iterum *Ieſu Chriſte*: caput cruci inclinat. Cum dicit in fine, *Cum ſancto ſpiritu*, ſeipſum à fronte ad pectus ſignat, interim perficiens, *In gloria dei patris Amẽ*. ¶ In miſſa ſolemni ſacerdos facta Cõfeſſione aſcendit cũ miniſtris ad altare: quo per eum oſculato, ponit incenſum in thuribulo, miniſtrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulũ. Antequã ponat incenſum: illud benedicit, dicẽs: *Ab illo benedicaris*, &c. Poſtea Diaconus, reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulũ, & dat celebrãti, oſculata prius ei⁹ manu: qui, facta cruci reuerẽtia, eã ter incẽſat, deinde reliquias, ſi adſint, primũ quę a dextris ſunt, deinde quæ a ſiniſtris, bis cuique ducens thuribulũ: poſtea imagines, vel eorũ loco cãdelabra, ſemel ſingulis thuribulum ducens, primũ ã cornu epiſtolę, & illius poſtremam partem inferiorem altaris: deinde ſuperiorẽ, ſcilicet tabulã altaris: & procedens ante crucẽ, facta ei reuerẽtia, incẽſat alias imagines, ſeu eorũ loco candelabra in cornu euãgelij, & illius poſtremã partẽ altaris inferiorem, & ſuperiorẽ tabulę: deinde totã anteriorẽ vſque ad extremũ altaris in cornu epiſtolę, facta cruci reuerẽtia, cũ ante eam tranſit: & reddito thuribulo ipſi Diacono: ab eo ipſe ſolus incenſatur. Deinde, cũ illis, Diacono à dextris celebrãtis, Subdiacono à dextris Diaconi ſtantibus, proſequitur *Introitum* & *Kyrieleiſon*. Cum vero intonat hymnũ, *Gloria in excelſis*, Diaconus, & Subdiaconus, vnus poſt alium ſtant à tergo celebrantis, poſtea aſcendunt ad altare, & hinc inde cũ celebrante hymnũ ſubmiſſa voce, proſequuntur vſq; ad finẽ.

De Oratione.

Dicto hymno, *Gloria ĩ excelſis*, vel, ſi non ſit dicendus, eo omiſſo: celebrans, oſculatur altare in medio, manibus hincinde ſuper illo, vt ſupra, extenſis: tum iunctis ante pectus manibus, demiſſis ad terram oculis, vertit ſe ad manum ſiniſtram, hoc eſt, ad latus dextrum verſus populum, & extendens ac iungens manus ante pectus, vt prius, dicit voce prædicta, *Dominus vobiſcum*. ℟. *Et cum ſpiritu tuo*. Iunctis, vt prius, manibus, reuertitur p eãdem viam ad librum: vbi extendens, & iungens ante pectus manus: caputque cruci inclinans, dicit *Oremus*: tum extendit manus ante pectus, ita vt pal-

ma vnius manus reſpiciat alteram, digitis ſimul iunctis, quorum ſummitas humerorum altitudinem, diſtantiamq; non excedat: quod in omni extenſione manuum ante pectus ſeruatur. Stás autem, vt ſupra, extenſis manibus, dicit *Orationẽ*, Cũ dicit, *Per dominum noſtrum*, iungit manus. Si aliter concluditur Oratio, *Qui tecũ*: vel *Qui viuis*: cum dicit, *in vnitate*, iungit manus. Cum nominatur nomen Ieſus: caput verſus crucem inclinat. Cum in oratione nominatur nomen beatæ Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Miſſa, vel ſit commemoratio, item in Oratione pro Papa, quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes ſunt dicendæ, idem in eis in voce, extenſione manuum, & capitis inclinatione, quod ſupra dictum eſt, obſeruatur. Si altare ſit ad orientem verſus populum, celebrãs verſa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus eſt *Dñs vobiſcum*: *Orate fratres*: *Ite miſſa eſt*: vel daturus benedictionẽ: ſed oſculato altari in medio: ibi expanſis & iunctis manibus, vt ſupra, ſalutat populum. ¶ In quatuor temporibus: vel aliàs, quando dicendæ ſunt plures orationes cum Prophetiis: dicto *Kyrieleiſon*, in medio altaris: reuertitur ad cornu epiſtolæ: vbi ſtans ante librum extenſis, & iunctis ante pectus manibus: & caput cruci inclinans: dicit, *Oremus*: *Flectamus genua*: & illico manibus ſuper altare extenſis, vt ſeipſum ad altare ſuſtineat: genuflectit: & ſine mora ſurgẽs: eadem voce dicitur à miniſtro, *Leuate*: &, manibus extenſis, dicit *Orationem*, vt ſupra: & in cõcluſione iungit. Dum autem legit *Prophetias*; manus tenet ſuper librum, vel altare poſitas. In miſſa ſolemni cum dicitur *Dominus vobiſcum*, & *Oratio*: Diaconus, & Subdiaconus ſtant retro poſt celebrantem: *Flectamus genua* dicitur à Diacono: à Subdiacono vero, *Leuate*, illo primũ genuflectente: hoc primũm ſurgente.

De epiſtola, Graduali, & aliis vſq; ad Offertorium.

Dictis Orationibus celebrans, poſitis ſuper librum, vel ſuper altare manibus, ita vt palmæ librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit *epiſtolam* intelligibili voce. Si ſolemniter celebret, legat demiſſa voce cum miniſtris: ſimiliter & *Graduale* & *Euangelium*. Lecta epiſtola, reſpondetur à miniſtris, *Deo gratias*: & ſimiliter ſtans, vt prius, proſequitur *Graduale*, *Alleluia*, & *Tractum*, ac *Sequentiam*, ſi dicenda ſint. Quibus dictis celebrãs, ſi priuatim celebret, ipſemet portet librum Miſſalis ad alteram partem altaris in cornu euangelij: &, dum tranſit ante medium altaris, caput cruci inclinat: & Miſſale ſic locat, vt poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu altaris: & nõ ad parietem, ſiue ad partem eius, contra ſe directam. Locato miſſali in altari, celebrans redit ad medium altaris, & ibi ſtans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatiſque ad Deum oculis, ſecrete dicit: *Munda cor meum*, & *Iube domne*, & *Dominus ſit in corde meo*, vt in Ordinario. Quibus dictis, vadit ad librum Miſſalis, vbi ſtãs verſus illum, iunctis manibus ante pectus: dicit intelligibili voce, *Dominus vobiſcum*. ℞. *Et cum ſpiritu tuo*. Deinde pollice dextræ manus ſigno crucis ſignat primo librum ſuper princi-

pio euangelij, quod eſt dicturus: poſtea ſeipſum in fronte, ore, & pectore, dicens, Sequentia, vel Initium Sancti euãgelij, &c. ℞. Gloria tibi domine. Tũ iunctis iterum, vt prius, manibus, ſtãs, vt ſupra, proſequitur euãgelium vſque ad finem. Quo finito, miniſtri reſpondent, Laus tibi Chriſte. & celebrans eleuans parumper librum, oſculatur euangelium, prçterquã in miſſis defunctorum, in quibus nõ oſculatur: & niſi celebret corã ſummo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epõ in eorũ reſidentiis: quo caſu defertur cuilibet prædictorũ oſculãdus liber, & ipſe celebrãs tunc nõ oſculatur. Dicto euãgelio, ſtans in medio altaris verſus crucem, eleuans, & iungens manus, caputq; cruci inclinans incipit (ſi dicẽdum ſit) Credo. cũ dicit in vnũ Deum, caput cruci inclinat: quo erecto, ſtãs ibidem, iunctis ante pectus manibus, vt prius, proſequitur vſq; ad finem. Cum dicit, Ieſum Chriſtum, caput cruci inclinat. Cum dicit, Et incarnatus eſt, vſque ad Homo factus eſt, incluſiuè, genuflectit. Cum dicit. Et vitam venturi ſeculi. Amen. producit ſibi manu dextra ſignum crucis à fronte ad pectus. ¶In miſſa ſolemni ſubdiaconus circa finem vltimæ orationis accipit ambabus manibus librum epiſtolarũ, deferens illũ ſupra pectus: &, facta altari genuflexione in medio, vadit parte epiſtolæ cõtra altare, & legit epiſtolam: qua lecta, redit ad celebrantem, oſculatur eius manum, & ab eo benedicatur, prçterquàm in miſſis Defunctorũ. Deinde idem ſubdiaconus accipit miſſale celebrantis: & defert ad cornu euangelij in altare, ibi miniſtrans celebranti: qui, lecto euangelio, & per Diaconum delato libro euãgeliorum ad altare, imponit incenſum in thuribulum. Deinde Diaconus dicit Munda cor meum. genuflexus ante altare: &, accepto libro euangeliorum de altari, & benedictione à celebrante, oſculataque illius manu, vadit cum Subdiacono à ſiniſtris ad locum euangelij contra altare verſus populum, vbi Subdiacono librum tenente, in medio inter duos acoluthos, tenentes candelabra accenſa, dicit Dominus vobiſcum, iunctis manibus. Cum dicit, Sequentia, & cætera, ſignat librum, frontem, os, & pectus: Poſtea ter librum incenſat, hoc eſt in medio, à dextris, & à ſiniſtris: & proſequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans ſtat iunctis manibus à cornu epiſtolæ verſus euangelium, Quo finito, oſculatur ſacerdos librum, à Subdiacono ſibi delatũ: & à Diacono ter incenſatur. Si ſit corã Prælato in ſua reſidentia, liber defertur ad Prælatum, vt ſupra: & ille incenſatur, vt in Pontificali. Poſtea ſtans in medio altaris verſus crucem, incipit (ſi dicendum ſit) Symbolum, ſtantibus poſt eũ Diacono, & Subdiacono, deinde ad altare accidentibus, & cũ eo proſequentibus, vt dictum eſt ad Gloria in excelſis. Si quandoq; celebrans cantat miſſam ſine Diacono, & Subdiacono, Epiſtolam cantat aliquis lector ſuperpelliceo indutus, qui in fine non oſculatur manum celebrantis. Euangelium autem cantat ipſe celebrans ad cornu Euangelij: qui & in fine miſſæ cantat, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino. pro temporis diuerſitate.

De

De Offertorio, & aliis vſque ad Canonem.

DIcto Symbolo, vel ſi non ſit dicẽdum, dicto euangelio, celebrans oſculatur altare in medio, &, iũctis manibus ante pectus ibidem à manu ſiniſtra ad dextram vertit ſe ad populum, &, extendens ac iungens manus, dicit, Dominus vobiſcum, &, iunctis manibus, reuertitur per eandem viam ad medium altaris, vbi, extendens, & iungens manus, caputque cruci inclinans, dicit Oremus: tum iunctis, vt prius, manibus, dicit Offertorium: & omnia, quæ vſque ad finem miſſæ in medio altaris dicenda ſunt, dicit ibidem ſtans verſus ad altare, niſi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio diſcooperiat calicem, & ad cornu epiſtolæ ſiſtit, &, amota parua palla deſuper hoſtiam, accipit patenam cum hoſtia: & ambabus manibus vſque ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deum, dicit, Suſcipe ſancte pater, &c. Si fuerint aliæ hoſtiæ non ſuper patenam, ſed ſuper corporale, vel in alio vaſe pro Communione populi conſecrandæ, calicem illum, ſeu vas dextra diſcooperit, & intentionem ſuam etiam ad illas offerendas, & conſecrandas dirigens, dicit, vt ſupra. Suſcipe, &c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens ſignum crucis cum dicta patena, ponit hoſtiam ſuper corporale circa medium anterioris partis corporalis ante ſe, & patenam ad manum dextram aliquantulum ſubtus corporale. Si autẽ adſit vas, ſeu calix cum aliis hoſtiis, ipſum cooperit patena ipſa, vel alia palla. Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: &, accipiẽs ampullam vini de manu miniſtri, ponit vinum in calicem, deinde producit ſignum crucis ſuper ampullam aquæ, & dicit. Deus, qui humanæ ſubſtantiæ, &c. imponens parum aquæ in calice proſequitur, da nobis per huius aquæ, & vini myſterium. Si vero celebrat pro defunctis, non facit ſignum crucis ſuper aquam, ſed imponit abſq; benedictione, dicẽs orationẽ, vt ſupra. Impoſita aqua ĩ calice, &, finita oratione prædicta, accipit calicem diſcoopertum, &, ſtans ante medium altaris, ipſum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet cum ſiniſtra pedem, cum dextra autẽ nodum infra cuppã, intentis ad Deum oculis, offert dicens. Offerimus tibi domine. &c. qua oratione dicta, facit ſignum crucis cum calice ſuper corporale, & ipſum in medio poſt hoſtiam collocat, & à palla cooperit. Deinde iunctis manibus, ſuper altare poſitis, capite inclinato, dicit ſecreto, In ſpiritu humilitatis, &c. Poſtea eleuans oculos, manusq; expandens, & ſtatim iungẽs ante pectus (quod ſemper facit, quando aliquid eſt benedicturus) dicit, Veni ſanctificator, &c. Cũ dicit, & benedic, ſignat manu dextra cõiter ſuper hoſtiam, & calicem. Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu epiſtolæ, vbi ſtans miniſtro aquã fundẽte lauat manus, ideſt extremitates digitorũ pollicis, & indicis: dicẽs Pſalmũ, Lauabo inter innocentes, cũ Gloria patri, &c qui verſus Gloria patri ꝑtermittitur in miſſis defunctorũ, & in miſſis à Dñica de paſſione vſq; ad Sabbatũ ſanctũ excluſiue, ¶In miſſa ſolẽni dicto Oremus, Diaconus, & Subdiaconus accedũt ad altare à cornu epiſtolæ, Diaconus amouet calicẽ, detegit, dat patenã cũ hoſtia celebranti, Subdiaconus

extergit calicem purificatorio, Diaconus imponit vinum. Subdiaconus interim ampullam aquæ oſtẽdens celebrãti dicit, Benedicite pater reuerẽde: qui facto verſus eã ſigno crucis, dicit orationem, Deus, qui humanæ, &c. interim Subdiacon⁹ infundit paulũ aquæ in calicẽ, Diaconus illum celebranti dat, & pedẽ calicis tãgens, ſeu brachiũ dextrũ celebrantis ſuſtentans, cũ eo dicit, Offerimus tibi domine, &c. Poſtea poſitũ in altari, vt ſupra, palla cooperit: ſubdiacono deinde ponit in dextra manu patenã, quam cooperit, extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit poſt celebrantẽ ante medium altaris, & ibi ſtat in loco cõuenienti. Dicto Veni ſanctificator, vt ſupra, celebrans ponit incenſum in thuribulũ, miniſtrãte Diacono nauiculam, dicẽs. Per interceſſionem, &c. vt in Ordinario. Deinde accepto thuribulo per manũ Diaconi incenſat oblata, ter ducẽs thuribulum ſuper calicem, & hoſtiam ſimul in modũ crucis, & ter circum calicem, & hoſtiam: ſcilicet bis à dextra ad ſiniſtrã, & ſemel a ſiniſtra ad dextram, diſpenſans verba ĩ qualibet incẽſatione hoc modo. In prima incenſatione, Incenſum iſtud. In ſecunda, à te benedictũ. In tertia aſcendat ad te dñe. In quarta, & deſcẽdat ſuper nos. In quinta, & ſexta, miſericordia tua. Deinde incenſat altare, vt ſup. dicens, Dirigatur dñe orõ mea &c. vt in Ordinario. Et incenſat ipſe, vt ſupra. Poſtea Diaconus incẽſat Chorũ, & poſtremo Subdiaconum tenentẽ patenã: & ipſe Diaconus incẽſatur à thuriferario: & thuriferarius poſtea incenſat populũ. Celebrãs lotis manib⁹ eas tergit, & illis ante pectus iũctis, reuertit ad medium altaris, vbi ſtans, oculoſque ad Deũ eleuans, & ſtatim demittens, manibus iunctis ſuper altare, capiteq; inclinato dicit ſecrete, Suſcipe S. Trinitas, &c. Quo dicto, manibus hinc inde extẽſis, & ſuper altare poſitis, oſculatur altare in medio: tũ iunctis manibus ante pect⁹, demiſſiſq; oculis ad terrã, à ſiniſtra manu ad dextrã vertit ſe ad populũ, & verſus eũ extẽdẽs, & iungẽs man⁹, dicit voce aliquãtulũ eleuata, Orate fratres. & ſecrete proſequens, vt meũ, ac veſtrũ ſacrificium, &c. perficit circulum, reuertẽs iũctis manibus ante pectus à manu dextra ad mediũ altaris. Et reſponſo à miniſtris, vel circunſtantibus, Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, &c. alioquin per ſeipſum dicens, ſacrificium de manibus meis. ipſe celebrans manibus ante pectus extenſis, vt fit ad Orationem, ſtans in medio altaris verſus librum dicit abſolutè ſine alia interpoſitione Orationem vel Orationes ſecretas. Cum dicit Per dminũ, iungit manus: cum dicit Ieſum Chriſtum, caput inclinat, quod facit in prima oratione, & in vltima, ſi plures ſint dicendæ. Peruento autem in cõcluſione vltimæ ſecretę ad verba illa, Per omnia ſecula ſeculorũ, excluſiue: celebrans ſtãs in medio altaris, depoſitis ſuper eo manibus hinc inde extenſis, dicit conuenienti, & intelligibili voce Præfationẽ. Cum dicit, Surſum corda eleuat manus hinc inde extenſas vſq; ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus dño, iũgit manus: cũ dicit, Deo noſtro, cruci caput inclinat: Reſponſo Dignum, & iuſtum eſt, eleuatis, & extenſis, vt prius manibus, proſequitur Præfationẽ propriam, vel communem vt tempus re-

quirit. Cum dicit, Sanctus iunctis ante pectus manibus, & inclinatus voce mediocri proſequitur. Cum dicit, Benedictus, q venit in noīe domini, &c. ſignum crucis ſibi producit à fronte ad pectus. ¶In miſſa ſolemni, cum dicitur Præfatio, diacon⁹, & ſubdiaconus ſtant retrò poſt celebrantem, & paulo antequàm dicatur Sanctus. accedunt ad altare, vbi cum celebrante hinc inde dicunt Sanctus, & quæ ſequuntur vſque ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad ſiniſtram celebrantis, ei aſſiſtens, dum dicitur Canon. niſi alius ſacerdos aſſiſtat: Subdiaconus verò tūc ſtat poſt celebrantem.

De Canone Miſſæ, vſque ad conſecrationem.

Finita præfatione, vt ſupra, celebrās manibus iunctis ſuper altare poſitis, ſtās ante medium altaris, verſus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, & ſine mora demiſſis, profunde inclinatus incipit Canonem ſecretè dicens: Te igitur, &c. vt in Ordinario. Cum dicit, vti accepta habeas, & benedicas, prius oſculatur ante ſe altare: deinde erigit ſe, & ſtat iunctis manibus ante pectus. Cū dicit Hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia, dextera manu ter ſignat comiter ſuper hoſtiā, & calicē. Deinde extenſis manibus ante pectus proſequit̃, In primis, q̃ tibi offerimus, &c. Vbi dicit, vna cū famulo tuo Papa noſtro N. exprimit nomē Papæ. Sede autē vacāte, verba p̃dicta omittuntur. Vbi dicitur, & Antiſtite noſtro N. ſpecificatur nomen Patriarchę, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ordinarij ĩ propria Diœceſi: qui ſi eſt vita functus, prædicta verba omittūtur. Si celebrans eſt Epiſcopus, Archiepiſcopus, vel Patriarcha, omiſſis prædictis verbis, eorum loco dicit, Et me indigno ſeruo tuo Si vero celebrans eſt Papa, omiſſis verbis, vna cū famulo tuo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. dicit vna cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo pręeſſe voluiſti. Et cōtinuāt omnes, vt ſequitur. Et omnibus orthodoxis. &c. Cum dicit, Memento domine, eleuans, & iungens manus vſque ad faciem, vel pectus, ſic iunctis manibus ſtat paulisper in quiete, demiſſo aliquantulum capite, faciēs commemorationem viuorum Chriſti fidelium ad ſuam voluntatem, quorum nomina, ſi vult, ſecrete commemoret: non tamen neceſſe eſt ea exprimere: ſed mente tantum eorum memoriam habeat. Poteſt etiam celebrās, ſi pro pluribus orare intendit, ne circunſtantibus ſit moroſus, ante miſſam in animo proponere ſibi omnes illos tam viuos, quam defunctos, pro quibus in ipſa miſſa orare intendit: & hoc loco generaliter vnico contextu ipſorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante miſſam orare propoſuit in miſſa. Commemoratione viuorum facta, demiſſis & extenſis, vt prius manibus, continuat, Et omnium circunſtātium, &c. Similiter ſtans proſequitur, Communicantes Cum dicit, Ieſu Chriſti, caput cruci inclināt. In concluſione, quando dicit Per eundem, iungit manus. Cum dicit, Hanc igitur oblationem, extendit manus ſuper oblata, ita vt palmæ ſint apertę verſus, ac ſuper calicem, & hoſtiam, quas ſic tenet vſque ad illa verba, Per Chriſtum dn̄m noſtrum. Tunc enim iungit manus, & ſic proſequitur. Quā oblatio

nem tu deus in omnibus, quæſumus, & cū dicit benedictā, adſcriptam, ratā: communiter ſignat ter ſuper hoſtiā, & calicem ſimul. Deinde, cū dicit, vt nobis corpus ſeparatim ſignat ſemel ſuper hoſtiā tantum: & cum dicit, & ſanguis, ſemel ſuper calicem tantum: deinde eleuans, & iungens manus ante pectus, pſequitur, fiat dilectiſſimi filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. inclinans caput cruci, &, ſi opus fuerit, extergit pollices, & indices ſuper corporali, & dicit ſecretè, vt prius, Qui pridie quā pateretur: &, accipiens pollice, & indice dextræ manus hoſtiam, & eam cum illis, ac indice, & pollice ſiniſtræ manus tenens, ſtans erectus ante medium altaris, dicit, Accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & eleuans ad cœlum oculos, & ſtatim demittens, dicit, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, caputque aliquantulum inclinās dicit, tibi gratias agens, & tenēs hoſtiam inter pollicem, & indicē ſiniſtræ manus, dextra producit ſignum crucis ſuper eā dicens, benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens. Accipite, & manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cū aliis hoſtiis conſecrandis, diſcooperit manu dextra calicem, ſeu vas aliarum hoſtiarum, &, cubitis ſuper altare poſitis, ſtās capite inclinato, diſtinctè, reuerenter, & ſecretè, profert verba cōſecrationis ſuper hoſtiā, & ſimul ſuper omnes, ſi plures ſint conſecrandæ: & hoſtiam ſuam pollicibus, & indicibus tantum tenens, attētè, deuotè, & cōtinuatè profert verba cōſecrationis: Hoc eſt enim corpus meū. Quibus prolatis celebrās tenens hoſtiam inter pollices, & indices prædictos ſuper altare, reliquis manuum digitis extenſis, & ſimul iunctis, (& hoſtiis, ſi plures ſint conſecratæ, in loco, in quo à principio Miſſę ſunt, poſitæ ſuper corporali, vel alio vaſe vel calice dimiſſis) genuflexus eam adorat. Tunc ſe erigens, quantum commode poteſt, eleuat in altum hoſtiam, &, intētis in eam oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter oſtēdit adorandam: & mox ipſam reuerenter ſuper corporale reponit in eodem loco, vnde eā leuauit: & deinceps pollices, & indices nō disiungit, niſi qñ hoſtiam conſecratam tangere, vel tractare debet, vſque ad ablutionē digitorū poſt cōionē. Repoſita hoſtia cōſecrata ſup corporali, genuflexus vſque ad terrā ipſam venerat: ſi adſit vas aliarū hoſtiarum, patena cooperit. Interim, dum celebrans eleuat hoſtiam, accenſo prius intortitio, miniſter manu ſiniſtra eleuat fimbrias poſteriores planetæ, ne ipſum celebrantē impediat in eleuatione brachiorum: quod & facit in eleuatione calicis. Celebrās, adorato ſacramēto, ſurgit, & diſcooperit calicē, in quē, ſi opus ſit, extergit digitos, quod ſemp faciat, cum aliquod fragmentum digitis adhę reat, & ſtans erectus dicit Simili modo poſtquam cęnatum eſt, & ambabus manibus accipiens calicē iuxta nodum infra cuppā, aliquantulumq; eleuans, & ſtatim deponens dicit, accipiens & hūc præclarum calicem, &c. Cū dicit benedixit, ſiniſtra calicem infra cuppam tenens, dextra ſignat ſuper eum, & proſequens, deditq; diſcipulis ſuis, &c. ambabus manibus tenens calicē, videlicet ſiniſtra pedē, dextra nodum infra cuppam, cubitis ſuper altare poſitis, & ca-

pite inclinato ꝓfert ſecrete, & deuote, vt ſupra verba cõſecrationis ſanguinis. Hic eſt enim calix, &c. Quibus dictis, reponit calicem ſuper corporale: & genuflexus ſanguinẽ reuerenter adorat. Tũc ſe erigit, & accipiens calicẽ diſcoopertũ cũ ſanguine ambabus manibus, vt prius, eleuat eũ, & erectũ, quantum commode poteſt, oſtẽdit populo adorãdum, ~~dicens: Hæc quotienſcunq; feceritis. &c.~~ Mox ipſum reuerenter reponit ſuper corporale in locũ priſtinũ, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus ſacramentũ veneratur. ¶ In miſſa ſolẽni cum celebrans dicit, Quam oblationẽ, &c. diaconus accedit ad dexterã celebrantis, & ibi in ſuperiori gradu altaris genuflexus, cum ſacramentum eleuatur, fimbrias planetę eleuat, & quando opus eſt, ſe erigens, calicem cooperit, & diſcooperit, & cum celebrante genuflectit. Repoſito calice, Diaconus redeat ad librum, niſi alius aſſiſtat.

De Canone poſt Conſecrationem, vſque ad Orationem Dominicam.

Repoſito calice, & adorato, celebrãs ſtans ante altare, extẽſis manibus ante pectus dicit ſecretò, Vnde & memores, &c. Iũgit manus añ pectus, & cum dicit Hoſtiam puram, &c. manu dextra ſignat ter cõiter ſup hoſtiã, & calicẽ, & ſemel ſuper hoſtiam tantũ, & ſemel ſuper calicem tantum, dicens, panem ſanctum vitæ æternæ: & calicem ſalutis perpetuæ: deinde ſtãs, vt prius, extenſis manibus proſequitur, ſupra quę propitio, &c. Cum dicit Supplices te rogamus, &c. inclinat ſe ante mediũ altaris, manibus iunctis ſuper illo poſitis: cum dicit, ex hac altaris participatione, oſculatur altare: cum dicit, ſacroſanctum filij tui, iungit manus, & dextra ſignat ſemel ſuper hoſtiam tantum, & ſemel ſuper calicem dicens, corpus, & ſanguinem ſumpſerimus, cum dicit, omni benedictione cæleſti ſeipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno crucis: cum dicit per eundem, Iungit manus. Cum dicit Memento domine famulorum, famularumque tuarum qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis. N. ſtatim extenſis, & iunctis manibus ante pectus, vel vſque ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad ſacramentum ſuper altare, facit commemorationẽ fidelium defunctorum, de quibus ſibi videtur eodem modo, vt dictum eſt de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, ſtans, vt prius, extenſis manibus proſequitur, Ipſis domine, & omnibus in Chriſto: &c. & in fine ad per eundem, caput inclinat. Cũ dicit nobis quoque peccatoribus, vocem ad hæc tria verba aliquantulum eleuat, & dextra manu pectus ſibi percutit, & proſequitur famulis tuis, &c. ſtans, vt prius: cum dicit Per Chriſtum dominum noſtrum: per quem hæc omnia domine ſemper bona creas, iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter ſignans communiter ſuper hoſtiam, & calicem dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis, & pręſtas nobis. Poſtea diſcooperit manu dextra calicem, & genuflexus reuerentiam facit ſacramento, tum ſe erigit, & reuerenter accipit hoſtiam inter pollicem, & indicẽ dextræ manus, & cum ea ſuper calicẽ, quem manu ſiniſtra tenet circa nodũ, infra cuppam, ſignat ter à labio ad la-

bium, dicens, Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo. Et cum hoſtia bis inter ſe, & calicem à labio calicis incipiens ſignat dicens: eſt tibi deo patri omnipotenti, in vnitate ſpiritus ſancti. Deinde tenẽs manu dextra hoſtiam ſuper calicem, ſiniſtra calicem, eleuat eum aliquantulũ ſimul cum calice dicẽs, omnis honor, & gloria, & ſtatim vtrunque deponẽs, hoſtiam collocat ſuper corporali: & digitos, ſi fragmentum aliquod illis adhæreat, extergit in calice: (quod ſemper, ſi opus ſit, faciat, cum hoſtiam ſacram tetigit) ac pollices, & indices, vt prius iungens, calicẽ palla cooperit, & genuflexus vſque ad terram ſacramentum veneratur. ¶ In miſſa ſolemni cum celebrans dicit, Per quem hæc omnia &c. diaconus facta ſacramento genuflexione accedit ad dextram celebrantis, & quando opus eſt, diſcooperit calicẽ, & cũ celebrante adorat: ſimiliter cooperit, & iterũ genuflectit. Poſtea vadit retro poſt celebrantem, vbi ſtat, dum dicitur oratio Dominica.

De oratione Dominica, & aliis vſque ad factam Communionem.

CElebrans cooperto, adoratoque calice erigit ſe, & more ſolito manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce, Per omnia ſecula ſeculorum, &c. Cum dicit, Oremus, iungit manus, caput ſacramento inclinans. Cum incipit, Pater noſter. extendit manus, & ſtans oculis ad ſacramentum intentis proſequitur vſque ad finem. Reſponſo à miniſtro, Sed libera nos à malo. & à celebrante, Amen, manu dextra, pollice, & indice non diſiunctis, patenam accipit inter indicem, & medium, digitos, quã tenens ſuper altare erectam dicit ſecrete, Libera nos quæſumus. ¶ In miſſa ſolemni cum in oratione Dominica dicitur, & dimitte nobis debita noſtra, Diaconus retro poſt celebrantem, facta altari genuflexione, vadit ad dextram celebrantis, & ſubdiaconus circa finem orationis Dominicæ reuertitur ad altare, & offert patenã Diacono, qui eam diſcooperit, & dat celebrãti oſculãs ei᷒ manũ, diſcooperitque, & cooperit calicẽ, quando opus eſt, ſimul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat. Da propitius pacem, eleuat manu dextra patenam de altari, & ſeipſum cum ea ſignat à fronte ad pectus, dicens. Da propitius pacem in diebus noſtris, patenamque ipſam oſculatur, & proſequens miſericordiæ tuæ, &c. ſubmittit patenam hoſtiæ, quam indice ſiniſtro accommodat ſuper patenam, diſcooperit calicem, & genuflexus in terra ſacramentum adorat: tum ſe erigens accipit hoſtiam inter pollicem, & indicem dextrę manus, & cum illis, ac cũ pollice, & indice ſiniſtræ manus eam ſuper calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens, Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: & mediam partem, quam inter pollicem, & indicem dextrę manus tenet, ponit ſuper patenã: de alia media, quam ſiniſtra manu tenet, frãgit cum pollice, & indice dextrę manus particulam proſequens. Qui tecũ viuit, & regnat. quam inter ipſos dextrę manus pollicem, & indicem retinens, partem maiorem, quam ſiniſtra tenet, adiungit mediæ ſuper patenam poſitæ, interim dicens. in vnitate Spi-

ritus ſancti Deus. Et particulam hoſtię, quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper calicem, quem ſiniſtra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia ſecula ſeculorum ℟. Amen. & cum ipſa particula ſignans ter à labio ad labium calicis dicit, Pax dñi ſit ſemper vobiſcum. Reſpõſo per miniſtros, Et cum ſpiritu tuo. particulam, quam dextra manu tenet, ponit in ſanguinẽ dicens ſecrete, Hæc commiſtio, & conſecratio corporis, &c. Deinde pollices, & indices ſup calicẽ aliquantulũ tergit, & iũgit, calicẽ palla cooperit, & genuflexus ſacramentũ adorat, ſurgit, & ſtans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato verſus ſacramentum, dicat intelligibili voce, Agnus dei, qui tollis peccata mũdi, & dextra percutiens ſibi pectus dicit Miſerere nobis, quod & tertio facit, cũ dicit dona nobis pacem. Cum manibus iunctis ſup altare poſitis, capite inclinato, oculiſq; ad ſacramentũ intentis dicit ſecreto. Domine Ieſu Chriſte. &c. Qua oratione finita, ſi eſt daturus pacẽ, oſculatur altare in medio, & ei ſtatim inſtrumentũ pacis porrigitur à miniſtro iuxta ipſum ad dextram, hoc eſt in cornu epiſtolę genuflexo. & dicit Pax tecum. Si non adſit, qui pacem recipiat à celebrante, pax non datur, etiã ſi illius datio miſſę conueniat: nec oſculatur altare, ſed dicta præmiſſa oratione, ſtatim ſubiungit alias orationes, vt in Ordinario. Si vero celebrat pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus dei, quia dicit, dona eis requiem. nec dicit primã orationem, Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti apoſtolis tuis, &c. nõ dat pacẽ: ſed dicit alias duas ſequentes orationes Domine Ieſu Chriſte fili dei viui. & Perceptio corporis tui. Quibus orationibus dictis, genuflectens ſacramentũ adorat, & ſe erigens dicit ſecrete, Panem cleſtem accipiam. Quo dicto, dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hoſtiæ, & collocat inter pollicem, & indicem ſiniſtræ manus, quibus patenam inter eundem indicem, & medium digitos ſupponit, & eadem manu ſiniſtra tenens partes huiuſmodi ſuper patenam, dextera tribus vicibus percutit pectus ſuum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulũ eleuata, Domine non ſum dignus, & ſecrete proſequitur, vt intres, &c. Quibus tertio dictis, ex ſiniſtra accipit ambas partes prędictas hoſtiæ inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illa ſupra patenã ſignat ſeipſum ſigno crucis, dicens, Corpus Dñi noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animã meã in vitã æternã. Amẽ. Deinde reuerenter eaſdem ambas partes ſumit, quibus ſumptis, deponit patenam ſuper corporale, & erigens ſe iunctis indicibus, & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulũ quieſcit in meditatione ſanctiſſimi Sacramenti. Deinde depoſitis manibus dicit ſecreto, Quid retribuã dño pro omnibus, quę retribuit mihi: & diſcooperto calice accipit patenam, & eam diligenter cum pollice, & indice dextrę manus ſup calicẽ extergit, & ipſos digitos, ne quid fragmentorũ in eis remaneat. Si vero adſint hoſtię cõſecratæ ſup corporale poſitę ꝑ alio tẽpore cõſeruãdæ, facta pri⁹ genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatũ: & diligẽter aduertat, ne aliquod fragmẽtũ, quantũcunq;

minimum, remaneat ſuper corporale: quod, ſi fuerit, accurate reponat in calicem. Poſt extерſionem patenæ iunctis pollicibus, & indicibus iterum genuflectit ſacramento, ſurgit, & calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit dicens, Calicem ſalutaris & cæte. & ſignans ſe ſigno Crucis cum calice, dicit, Sanguis domini noſtri, &c. & manu ſiniſtra ſupponens patenam calici, ſtans reuerenter ſumit totum ſanguinē cum particula in calice poſita. Quibus ſumptis dicit ſecrete, Quod ore ſumpſimus, & cætera, poſtea ſuper altare porrigit calicem miniſtro ad cornu epiſtolæ, quo vinum fundēte ſe purificat, deinde abluit pollices, & indices ſuper calicem, quos abſtergit purificatorio, interim dicens, Corpus tuum domine, quod ſumpſi. &c. ablutionem ſumit, & extergit os, & calicem purificatorio, quo facto, purificatorium extendit ſuper calicem, & deſuper patenam, ac ſuper patena paruam pallam, & cooperit velo, plicat corporale, & reponit in burſam, quam ponit ſuper calicem, & collocat ſuper altare, vt prius. ¶ Si qui ſunt communicandi in miſſa, eos communicet antequam ſumat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus cōmunicatis dicit, Quod ore ſumpſimus domine, &c. & deinde ſe, & eos, qui communicarunt purificās, dicit, Corpus tuū domine, quod ſumpſi, & alia facit, vt ſupra. ¶ In miſſa ſolemni diaconus ſtans retro poſt celebrantem, cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita noſtra. facta ibidem genuflexione altari, vadit ad dextram celebrantis, & patenam purificatorio abſtergens, dat celebrāti, illius manū oſculando, &, qn̄ opus eſt, diſcooperit, & cooperit, & cū celebrāte adorat calicē. Cū dicitur, Pax dn̄i, &c. ſubdiaconus retro poſt celebrantem, facta altari genuflexione, vadit ad ſiniſtrā celebrantis, & ſimul dicunt Agnus dei: deinde facta ibidem ſacramento genuflexione, redit poſt celebrantem. Diaconus verò à dextris genuflexus expectat pacē, & cū celebrās, oſculat᷑ altare, ipſe ſe erigēs ſimul oſculat᷑ altare, & à celebrāte cōplexus accipit pacē rn̄dens ei, Et cū ſpiritu tuo. Poſtea iterū ſacramēto in altari adorato, vertit ſe ad ſubdiaconū retro poſt celebrantē, qui ſimiliter à diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatꝰ acolutho vadit ad Chorū, & dat ſimiliter pacē primo cuiuſq; ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, & reuerſus ad altare dat pacē acolutho, qui ipſum comitauerat, qui & aliis acoluthis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dextrā celebrantis, & quādo opus eſt, diſcooperit calicē, accipit ampullā vini, & infundit quādo celebrās vult purificare.

De Cōmunione, & orationibus Poſt communionem dicendis.

Celebrante purificato, dum calicē collocat in altari: liber Miſſalis defertur per miniſtrū ad cornu epiſtolæ, & collocatur, vt in Introitu. ¶ In miſſa ſolemni diaconus defert librū Miſſalis ad cornu Epiſtolæ, poſtea vadit retro poſt celebrantē: ſubdiaconus vero vadit ad cornu euangelij, vbi calicem mūdat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in burſam, & illam ponit ſuper calicem coopertū velo: quem collocat in altari, vel ſuper credentia, vt prius: poſtea redit ad locum ſuū retro

poſt diaconū. ¶ His expeditis, celebrās ſtans legit Antiphonā, quæ dicitur Cōmunio: qua lecta, iūctis manibus ante pect⁹ vadit ad mediū altaris, & eo oſculato, vertit ſe ad populū, & dicit, Dn̄s vobiſcum, redit ad librū, dicit oſones Poſt cōionem eiſdē modo, numero, & ordine, vt ſupra dictæ ſunt Collectæ. Quib⁹ dictis, iungens manus ante pectus reuertitur ad mediū altaris, & eo oſculato, vertit ſe ad populum, & dicit, vt ſup. Dn̄s vobiſcum. Quo dicto, ſtās iūctis manibus ante pectus verſus populum, dicit, ſi dicendum eſt, Ite miſſa eſt. Quo dicto, per eandem viam reuertitur ad altare. Si vero nō ſit dicendū, dicto Dn̄s vobiſcum reuertitur eodē modo per eandem viam ad medium altaris, vbi ſtans verſus ad illud iūctis ante pectus manibus, dicit, Benedicamus domino. In miſſis autem defunctorū eodem modó ſtans, dicit, Requieſcant in pace. ¶ In miſſa ſolemni hæc oīa eodem modo ſtans dicit diaconus: & cū dicit, Ite miſſa eſt, celebrās quoq; ſtat verſus populum. ¶ In Quadrageſima autem, à feria quarta Cinerum vſque ad feriā quartam maioris Hebdomadę, in feriali officio, poſtquā celebrās dixit orationes Poſt communionē cum ſuis ſolitis cōcluſionibus, antequā dicat Dominus vobiſcum, ſtans in eodem loco ante librum dicit Oremus, humiliate capita veſtra Deo, & extenſis manibus ſubiungit eadē voce orationē ſuper populum ibidem poſitā: qua finita oſculatur altare, & vertens ſe ad populum dicit, Dominus vobiſcū, & alia, vt ſupra. ¶ In miſſa ſolemni dicto per celebrantē Oremus, Diaconus vertens ſe ad populum, iunctis manibus dicit, vt ſupra. Humiliate, &c. quo dicto, vertit ſe verſus altare à tergo celebrantis, & celebrans dicit orationem.

De Benedictione in fine miſſæ: & Euangelio ſancti Ioannis.

DIcto, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino, vt ſupra, Celebrās ante medium altaris ſtans iunctis manibus ſuper altare, & capite inclinato, dicit ſecrete, Placeat tibi ſancta Trinitas, & cætera: quo dicto, extenſis manibus hincinde ſuper altare poſitis, ipſum in medio oſculatur: tunc erigens ſe, adhuc ſtans verſus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputque cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens deus, & iunctis manibus, ac demiſſis ad terrā oculis, vertens ſe ad populum extenſa manu dextra, iunctiſq; digitis ſemel benedicit populo dicens, Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, & circulum perficiens reuertitur ad cornu euangelij, vbi dicto Dominus vobiſcum, & Reſponſo, Et cum ſpiritu tuo, pollice dextro ſignans primum ſigno crucis altare, ſeu librum, deinde frontem, os, & pectus, dicit, Initium ſancti euangelij ſecundū Ioannē, vel Sequentia ſancti euangelij, vt dictum eſt in Rubricis generalibus: & reſponſo Gloria tibi dn̄e, iunctis manibus legit euangelium In principio. vel aliud, vt conuenit. Cum dicit, Et verbum caro factum eſt, genuflectit, & ſurgens proſequitur vſque in finem. Si celebrans in altari vertit faciem verſus populum, non vertit ſe, ſed ſtans, vt erat, benedicit populum, vt ſupra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu euāgelij, & dicit euangeliū ſancti Ioannis. Si celebrauit coram ſummo Pon-

tifice, Cardinali, Legato ſedis apoſtolicæ, Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epõ ĩ prouincia, ciuitate, vel diœceſi ſua exiſtẽte, celebrãs, dicto Placeat tibi ſancta Trinitas, &c. dicit Benedicat vos oĩps de⁹, & cõuertens ſe ad ſummũ pontificẽ genuflexus, ad Cardinalẽ verò, Legatũ, vel Prælatũ ſuum, capite inclinato, quaſi licentiam benedicendi petens, proſequitur, pater, & filius, & Spũs ſanctus, benedicens aſtantes à parte, vbi non adeſt Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut prælatus prædicti. Si autem celebrauit coram Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo extra eorũ titulũ, eccleſiã, prouinciam, ciuitatẽ, vel diœceſim cõſtitutis, eis abſq; alio reſpectu, vt cæteris, qui interſunt, more cõſueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi ſancta Trinitas, vt ſupra, accedit ad cornu euangelij: & dicit euangelium ſancti Ioannis, prætermiſſa benedictione, quæ in miſſis defunctorũ non datur. Finito euãgelio, in fine miſſæ, ſi celebrauit corã ſummo Pontifice, Cardinali, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo in eorũ reſidẽtiis, eccleſia, vel loco iuriſdictionis eorũ: cõuertit ſe ad illum, corã quo ex pdictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem. Si nõ celebrauit coram aliquo prædictorum, huiuſmodi reuerentiam prætermittit. Quibus omnibus abſolutis, extinguuntur per miniſtrum candelæ: interim ſacerdos, cooperto capite, accipit ſiniſtra calicem, dextram ponẽs ſuper burſam, ne cadat, deſcẽdit ad infimum gradum altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud caput inclinat: &, facta reuerentia, præcedente miniſtro, eo modo, quo venerat, redit ad ſacriſtiam, interim dicẽs Antiphonam, Trium puerorũ, & canticũ Benedicite. Si verò ſit dimiſſurus huiuſmodi veſtes ante altare, vbi celebrauit, finito euangelio prædicto, ibidẽ deponit veſtes, & dicit Antiphonã prædictam Trium puerorum. cum cãtico, & aliis orationibus, vt ſuo loco ponuntur. ¶In miſſa ſolemni omnia facit, vt ſupra, hoc excepto, ꝙ ter populo bñdicit, primo à cornu epiſtolę, dicẽs, Pater, ſecundo ante medium altaris dicẽs, & filius: tertio, à cornu euãgelij, dicẽs, & Spiritus ſanctus. & dicto euangelio ſecundum Ioannem, vel alio, vt ſupra, celebrans diſcedit cum miniſtris ordine, quo venerat.

De his quæ omittuntur in miſſa pro defunctis.

IN miſſa pro defunctis ante Confeſſionem non dicitur pſalmus Iudica me deus. Sed pronunciata antiphona, Introibo ad altare dei. & reſponſo à miniſtris, Ad deum qui lætificat, &c. dicitur ℣. Adiutorium noſtrum, & Confeſſio, cũ reliquis, vt ſupra. ¶In miſſa ſolemni poſt confeſſionẽ non incenſetur altare. ¶Cum celebrans ad altare incipit Introitum, non ſignat, ſed manu dextera extenſa facit ſignum crucis ſuper librum, quaſi aliquẽ benedicens. Non dicitur Gloria patri. ſed poſt pſalmũ repetitur Requiem æternam: nec Gloria in excelſis, nec Alleluia, nec Iube dõne benedicere: nec Dominus ſit in corde meo: nec oſculatur librũ, ĩ fine. ¶In miſſa ſolemni ſubdiaconus finita Epiſtola non oſculatur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionẽ: nec oſculatur celebrantis manum, nõ teneãtur luminaria ad Euangelium, ſed duo tãtum acoluthi ſine cã-

delabris tenẽt medium ſubdiaconum, tenentem librum euangeliorum. Non incẽſatur liber, nec in fine celebrãs, nec deferatur liber euangeliorum oſculandus, ¶Itẽ in miſſa defunctorum non dicitur Credo, non benedicitur aqua in calicẽ fundenda, ſed dicitur Deus, qui humanæ ſubſtantiæ, &c. ¶ In miſſa ſolẽni oblata, & altare incẽſa tur, vt ſupra: incenſatur ſolus celebrans, & non incenſantur alij: Cum lauat manus, non dicitur Gloria patri in pſalmo Lauabo inter innocẽtes. Subdiaconus non tenet patenã poſt celebrantẽ: ſed tempore eleuationis ſacramenti incenſat ſacramentũ. Ad Agnus deinõ dicitur, miſerere nobis. cuius loco dicitur, dona eis requiẽ: nec tertio dona nobis pacem, cuius loco dicitur dona eis requiem ſempiternam: nõ dicitur prima oratio ante communionẽ, ſcilicet, Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti Apoſtolis tuis. &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite miſſa eſt, nec Benedicamus dño, ſed Requieſcant in pace: Et non datur benedictio: ſed dicto Placeat, dicitur vt ſupra, In principio erat verbum, &c. Alia omnia, vt ĩ aliis miſſis. ¶Finita miſſa, ſi facienda eſt defunctorum abſolutio, celebrans retrahit ſe ad cornu epiſtolæ, exuitur caſula, accipit pluuiale nigrum: ſubdiaconus medius inter duos acoluthos deferẽtes cãdelabra accenſa, defert Crucẽ præcedẽtibus duobus aliis acoluthis, vno cum thuribulo, & nauicula, alio cũ aqua benedicta, & aſperſorio, ſequitur celebrans, & diaconus à ſiniſtris. Subdiaconus cum cruce ſiſtit ſe ĩ loco parato ad caput cõtra altare, medius inter dictos acoluthos, deferẽtes luminaria: celebrãs vero ex alia parte verſus altare: à ſiniſtris diaconus, & alij duo acoluthi deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur Reſponſorium. Cum dicitur Kyrie eleiſon, celebrãs ponit incenſum in thuribulum, miniſtrante diacono nauiculam. Cœpto Pater nr̃, accipit aſperſoriũ de manu diaconi, & facta altari reuerentia, comitante diacono à dextris, & tenente fimbriã anteriorẽ pluuialis, aſpergit circuiens locũ paratũ: cũ tranſit ante crucẽ, profunde ſe inclinat, diaconꝰ verò genuflectit: & rediens ad priſtinũ locũ, de manu eiuſdẽ diaconi accipit thuribulũ, & eodẽ modo, quo aſperſerat, incenſat. Poſtremò diacono tenente librũ, orat iunctis manibus dicens, Et ne nos, & verſum A porta inferi. cũ aliis, & Orõnẽ, Abſolue q̃s dñe, &c. vt ĩ ordinario: & poſt eã dicẽs Requiem æternam, &c. facit crucẽ manu dextera ſuper locum paratũ: & dicto per Cãtores Requieſcant in pace. p̃cedẽte cruce redit cũ aliis ad ſacriſtiã.

De his quæ clara voce aut ſecreto dicẽda ſunt in miſſa.

IN miſſa priuata clara voce dicuntur Antiphona, & Pſal. ad Introitum, Confeſſio, & quæ ſequũtur: excepta oratione, Aufer à nobis. & Oramus te dñe p merita ſctõrũ tuorum, &c. Itẽ Introitus, Kyrie eleiſon, Gloria ĩ excelſis, Epiſtola, Graduale, Euãgelium, Credo, Offertorium, Præfatio, Nobis quoque peccatoribus, ſolum hæc tria verba. Itẽ, Per omnia ſæcula. &c. cũ Pater noſter, Pax dñi, Agnus dei, Dñe nõ ſum dignꝰ, Cõmunio, Poſtcõmunio, Ite miſſa eſt, vel Bñdicamus domino, vel Requieſcant, Euangelium, In principio, Alia omnia dicuntur ſecretè. ¶In miſſa ſolemni clara voce à celebrante dicũtur, quando intonatur Gloria in excelſis, &

Credo, Dominus vobiſcum, Oremus. Oratio, Dominus vobiſcum. Oremus ante Offertorium. Præfatio, Pater noſter, & Oratio poſt communionem. Alia omnia à celebrante dicuntur ſecreto in miſſa ſolemni.

De Hora celebrandi Miſſam.

MIſſa priuata ſaltem poſt Matutinum, quacunque hora ab aurora vſque ad meridiem dici poteſt. Miſſa autem conuentualis, & ſolemnis, ſequenti ordine dici debet. In feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus, in Dominicis, & infra octa. dicta in choro hora tertia. In feſtis ſimplicibus, & feriis per annum, dicta Sexta. In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor temporibus, & vigiliis, quæ ieiunantur, dicta Nona. Miſſa autem Defunctorum dici debet poſt Matutinum, & Primam diei: & vbi dicuntur eorum vigiliæ mane poſt matutinum diei, dictis huiuſmodi vigiliis cum Laudibus, immediate dici poteſt miſſa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi miſſam conuentualem, miſſæ in nocte Natiuitatis domini, quæ ſuo loco dicuntur, miſſa ſcilicet conuentualis prima poſt mediam noctem, ſecunda poſt laudes, & primam, tertia poſt tertiã, vel vbi alias ex diſpẽſatione Apoſtolica diſponatur.

De ordine ſedendi, ſtandi, & genuflectendi, in Miſſa ſolemni.

IN miſſa ſolemni celebrans medius inter diaconum, & ſubdiaconum ſedere poteſt à cornu epiſtolæ iuxta altare, cum cantantur Kyrie eleiſon, Gloria in excelſis, & Credo, alio tempore ſtat ad altare, & genuflectit, quando oportet, vt ſupra. Item genuflectit, quãdo legitur euangelium In principio ad illa verba, Et verbum caro factum eſt. & euangelium Cum natus eſſet Ieſus ad illa verba, Et procidentes adorauerũt eum. Item euangelium feriæ iiij. poſt Dominicam iiij. Quadrageſimæ, ad illa verba in fine. Et procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipſe verſus librum, celebrans, & circunſtantes verſus altare genuflectunt: ſubdiaconus verò tenens librum, & acoluthi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit priuate celebrans, cum dicit, Flectamus genua: non autem cum ſolemniter celebrat, ſed diaconus, & ſubdiaconus, & circunſtantes. Item celebrans, & miniſtri genuflectunt, cum dicitur in Quadrageſima, Adiuua nos deus. Item cum dicitur in miſſa ſpiritus ſancti, Veni ſancte Spiritus reple &c. Itẽ qñ legitur Paſſio ad illa verba, expirauit, & quandocunque fiunt genuflexiones, vt ſup. Circunſtantes autem in miſſis priuatis ſemper genuflectunt, præterquam ad euangelium. ¶In ſolemnibus autem genuflectitur ab iis, qui non ſunt prælati ad Confeſſionẽ cum ſuo pſalmo, & ab omnibus, qñ eleuatur ſacramentũ, ſed dum cantatur Introitus, Gloria in excelſis, Epiſtola, Graduale, Credo, Offertorium, & facta communione, dum cantatur Cõmunio, ſedetur: in aliis ſtatur. ¶ In miſſis feriarum Aduentus, Quadrageſimæ, Vigiliarum, quæ ieiunãtur, & Quatuor Temporũ, ac in miſſis defunctorũ circũſtantes genuflectũt ad Confeſſionem cum ſuo pſalmo, ad Orationes, dicto per celebrantem Sanctus, vſq; ad Pax domini, & ad poſtcõmunionem, excepta vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes, ac Natiuitatis domini.

DE COLORIBVS & qualitate paramentorum.

PAramenta altaris, celebrãtis, & miniſtrorũ ſint coloris conuenientis officio, & miſſæ diei, ſm vſum Romanæ Eccleſiæ: quæ quinque coloribus vti conſueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro.

¶Albo colore vtitur à veſperis vigiliæ Natiuitatis Dñi vſq; ad octauã Epiphaniæ incluſiue, exceptis feſtis Martyrum, quæ infra eam veniunt. Feria v. in Cęna Domini: & Sabbato ſancto ĩ officio miſſæ: & ab illo die vſque ad ſabbatum Pentecoſtes excluſiue in officio de tẽpore, præterquam in miſſa Litaniarum, & Rogationum. In feſtis beatæ Mariæ, & per eius octauas, præterquã in bñdictione cãdelarum, & proceſſione, quæ fit in feſto Purificationis eiuſdem. Item ĩ eius miſſis votiuis. In miſſa ſanctæ Trinitatis. In feſto corporis Chriſti. In feſtis Angelorũ. In feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ. In feſto Omnium ſanctorũ. In principali feſto ſancti Ioannis Euangeliſtæ, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra ſancti Petri. In Cõuerſione ſancti Pauli. In feſto ſancti Petri ad vincula. In feſto Trãsfigurationis Dñi. In feſtis Confeſſorũ Pontifi. & non Pont. & Doctorũ. In feſtis virginũ, & non virginũ. In conſecratione, & Dedicatione Eccleſiæ, ac in conſecratione Pontificis: & per octauas prædictorum feſtorũ, quæ octauas habent, quando fit officium de octaua: & in Dñicis infra eas per annum occurrentibus.

¶Rubeo colore vtitur à vigilia Pentecoſtes in Miſſa vſque ad Sabbatum ſequens incluſiuè. In feſtis ſanctæ Crucis. In feſto ſancti Ioannis ante portam Latinam. In Natali Apoſtolorum Petri & Pauli. In feſtis aliorum Apoſtolorũ: exceptis feſto principali ſancti Ioannis Euangeliſtæ poſt Natiuitatem, & feſto Conuerſionis ſancti Pauli, & Cathedræ ſancti Petri, & eius Vinculorum. In feſtis martyrum, excepto feſto ſanctorum Innocentium, quando non venerit in Dominica: ſi autem in Dominica venerit, vtitur rubro: ſimiliter in eius de octaua: & per octauas prædictorum feſtorum, quæ octauas habent, quando fit de octaua: & in Dominicis p annũ infra eas octauas occurrẽtibus.

¶Viridi colore vtitur ab octaua Epiphaniæ vſq; ad Septuageſimam, & ab octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentũ excluſiuè in officio de tempore, excepta Dominica Trinitatis, vt ſupra: ac exceptis Dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus color octauarum ſeruatur, exceptis etiam Vigiliis, & Quatuor Temporibus, vt infra.

¶Violaceo colore vtitur à prima Dñica Aduentus vſq; ad Miſſam vigiliæ Natiuitatis Dñi incluſiuè: & à Septuageſima vſq; ad officium ante Miſſam Sabbati ſancti incluſiuè in officio de tẽpore, excepta Feria quinta in Cœna Dñi, in qua vtitur albo: & Feria vj. in Paraſceue, in qua vtitur nigro, vt infra: & bñdictione Cerei, ĩ qua Diaconus illius Pręfationẽ dicens ſolus vtit albo: ea aũt finita, violaceo vt prius. Itẽ ĩ Officio vigiliæ Pentecoſtes ante miſſã, facta bñdictione fontiũ incluſiuè. In Quatuor Tẽporibus. In vigiliis, quæ ieiunant: exceptis vigilia, & Quatuor tẽporibus Pentecoſtes. In miſſa Litaniarũ, & Rogationũ.

In feſto ſanctorũ Innocentũ, quando nõ venerit in die Dñica. In benedictione candelarũ, in die Purificationis beatæ Mariæ: & in benedictione palmarũ, & ipſa Dñica in palmis: & in eorundem, ac generaliter in oĩbus proceſſionibus: exceptis proceſſionibus ſancti Sacramẽti, & quæ fiũt in ſolemnibus diebus.

¶ Nigro colore vtitur Feria ſexta in Paraſceue, & in miſſis Defunctorum.

IN officio Miſſę celebrans ſemper vtitur planeta ſuper albam. Si autẽ ſit Epiſcopus, & ſolemniter celebrat, ſuper Dalmatica, & Tunicella. Pluuiali vtitur in proceſſionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in altari. Itẽ in officio Laudum, & Veſperarum, quando ſolemniter dicuntur. Eodem vtitur aſſiſtens celebrãti in Miſſa Pontificali. Itẽ quando celebrans poſt Miſſam defunctorum facit in fine abſolutionem. Cũ celebrans vtitur pluuiali, ſemper deponit manipulum: & vbi pluuiale haberi nõ poteſt, in benedictionibus, quæ fiũt in altari, celebrans ſtat ſine planeta cũ Alba, & Stola. Dalmatica, & Tunicella vtuntur Diaconus, & Subdiaconus in miſſa ſolemni, & proceſſionibus, & benedictionibus, quandocunque Sacerdoti miniſtrãt. In diebus vero ieiuniorũ, præterquã in vigiliis ſanctorũ: & in Dñicis, & feriis Aduentus, & Quadrageſimæ, ac in vigilia Pentecoſtes ante miſſam (exceptis Dñica, Gaudete, etiã ſi eius miſſa infra hebdomadã repetatur, & Dñica Lætare, Vigilia Natiuitatis, Sabbato Sãcto in bñdictione cerei, & in miſſa, & quatuor tẽporibus Pente.) in Cathedralibus, & præcipuis Eccleſiis vtuntur planetis plicatis ante pectus: quam planetam diaconus dimittit, cum lecturus eſt Euangeliũ: & tunc ſuper ſiniſtrũ humerum ſuper ſtolã cõplicatur, aut ponitur aliud genus ſtolæ latioris in modũ planetæ plicatę: & facta communione, reſumit planetam, vt prius. Similiter ſubdiaconus dimittit eã, cũ lecturus eſt Epiſtolã, quã legit in albis, & poſtea eã reſumit, vt prius. In minoribus autem eccleſiis, prædictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti miniſtrent: ſubdiaconus cum manipulo, diaconus etiam cum ſtola ab humero dextro ſub ſiniſtrum pendente.

DE DEFECTIBVS in celebratione miſſarum occurrentibus.

SAcerdos celebratur°, omnẽ adhibeat diligentiam, ne aliqd ex requiſitis ad ſacramẽtũ Euchariſtiæ cõficiendũ deſit. Poteſt autẽ defectus contingere ex parte materię cõſecrãdę, & ex parte formæ adhibẽdę, & ex parte miniſtri cõficiẽtis. Quicqd enim horũ deficit, ſcilicet materia debita, forma cũ intẽtione, & ordo ſacerdotalis in conficiente, non conficitur ſacramentũ. Et his exiſtẽtibus, quibuſcunq; aliis deficientibus, veritas adeſt ſacramẽti. Alij vero ſunt defectus, qui in miſſæ celebratione occurrentes, etſi veritatem ſacramenti non impediant, poſſunt tamen aut cum peccato, aut cum ſcandalo contingere.

De defectibus Materiæ.

DEfectus ex parte materiæ poſſunt cõtingere, ſi aliqd deſit ex iis, quæ ad ipſam requirunt. Requiritur enim, vt ſit panis triticeus, & vinum de vite:

& vt huiuſmodi materia conſecranda in actu cõſecrationis ſit corã ſacerdote.

De defectu panis.

SI panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus ſit admiſtus granis alterius generis in tanta quãtitate, vt non maneat panis triticeus, vel ſit alioqui corruptus, nõ conficit̃ ſacramentũ. Si ſit cõſectus de aqua roſacea, vel alterius diſtillationis: dubium eſt an conficiat̃. Si cęperit corrũpi, ſed nõ ſit corruptus: ſimiliter ſi nõ ſit azymus ſecundũ morẽ eccleſię Latinę, conficit̃: ſed cõficiens grauiter peccat. Si celebrans ante cõſecrationẽ aduerterit hoſtiã eſſe corruptam, aut nõ eſſe triticeã: remota illa hoſtia, aliã ponat, & à Canone iterũ incipiat, & proſequat̃ miſſam. Si id aduerterit poſt cõſecrationẽ, etiã poſt illius hoſtię ſeu ſanguinis ſumptionem, poſita alia, à cõſecratione incipiat, ſcilicet ab illis verbis: Qui pridie, quã pateret̃: & illã priorẽ, ſi non ſumpſit, ſumat poſt ſumptionẽ corporis, & ſanguinis, vel alij ſumendã tradat, vel alicubi reuerẽter conſeruet. Si aũt ſumpſerat, nihilomin⁹ ſumat eã, quã conſecrauit: quia p̃ceptũ de perfectione ſacramẽti maioris eſt põderis, q̃ quod à ieiunis ſumatur. Aduertẽdum aũt, quod ſi hoc cõtingat poſt ſumptionẽ ſanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, & vinũ cũ aqua, facta pri⁹ oblatione, & proſequẽda ſunt oĩa, q̃ ſequũtur: ne ſacr̃m remaneat imperfectũ, & vt debitus ſeruet̃ ordo. Si hoſtia cõſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vẽto, aut miraculo, vel à mure accepta, vel alio aĩali, & nequeat reperiri: tunc altera cõſecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie, q̃ pateretur (facta prius eius oblatione) & illud aĩal, ſi capi põt, occidat̃, & cõburat̃, & cineres eiiciantur in ſacrariũ, vel ſub altari.

De defectu vini.

SI vinũ ſit factũ penitus acetũ, vel penitus putridũ, vel de vuis acerbis, ſeu nõ maturis expreſſum, vel admiſtũ tm̃ aquæ, vt vinum ſit corruptũ: nõ cõficitur ſacramentũ. Si vinũ cęperit aceſcere, vel corrũpi, vel fuerit aliquantum acre, vel muſtũ tũc de vuis expreſſum, vel nõ fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis: cõficitur ſacr̃m, ſed cõficiens grauiter peccat. Si celebrãs ante cõſecrationẽ ſanguinis, quãuis poſt cõſecrationẽ corporis aduertat aut vinũ, aut aquam, aut vtrũque nõ eſſe in calice: debet ſtatim apponere vinũ cũ aqua, & cõſecrare, incipiendo ab illis verbis: Simili modo. &c. Si poſt verba cõſecrationis aduertat vinũ non fuiſſe poſitũ, ſed aquã: depoſita aqua, iterũ vinũ cum aqua ponat in calice, & reſumat à verbis prædictis. Si hoc aduertat poſt ſumptionem corporis, vel huiuſmodi aquæ: apponat aliam hoſtiam, iterũ cõſecrãdã, & vinũ in calice: & vtrũq; cõſecret, & ſumat in fine, quãuis aliã hoſtiam conſecratã, vel aquã ſumpſerit, propter ſacramẽti integritatẽ, ĩ celebratiõe ſeruãdã. Siquis p̃cipiat ante cõſecrationẽ vel poſt cõſecrationẽ totũ vinũ eſſe acetũ, vel aliàs corruptũ: idẽ ſeruetur, quod ſupra, ac ſi deprehenderet nõ eſſe poſitũ vinũ, vel ſolũ aquã fuiſſe appoſitã in calice. Si autẽ celebrãs ante cõſecrationẽ calicis aduertat nõ fuiſſe appoſitã aquam: ſtatim ponat eã, & p̃ferat verba cõſecrationis. Si id aduertat poſt cõſecrationem calicis: nullo modo apponat, quia nõ eſt de neceſſitate ſacr̃ti. Si materia, q̃ eſſet apponẽda rõne defectus, vel panis, vel vini,

nõ poſſet vllo modo haberi: ſi id ſit ante conſecrationẽ corporis, vlterius procedi non debet: ſi poſt conſecrationem corporis, aut etiã vini deprehẽditur defectus alterius ſpeciei, altera iã cõſecrata: tũc ſi nullo modo haberi poſſit, ꝓcedẽdum erit, & miſſa abſoluenda. Quod ſi expectando aliquãdiu, haberi poſſit: expectãdum erit, ne imperfectũ ſacrificium remaneat.

De defectib⁹ formæ.

DEfectus ex parte formæ pñt contingere ſi aliquid deſit ex iis, q̃ ad integritatẽ verborũ ĩ ipſa cõſecratione requiruntur. Verba aũt conſecrationis, q̃ ſunt forma huius ſacr̃ti, ſunt hæc. Hoc eſt enim corpus meũ. Et, Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & ęterni teſtamenti, myſteriũ fidei, qui ꝓ vobis, & ꝓ multis effundetur ĩ remiſſionẽ pc̃tõrũ. Siquis aũt aliquid diminueret, vel ĩmutaret de forma cõſecrationis corporis, & ſanguinis, & in ipſa verborũ immutatione verba idẽ nõ ſignificarẽt: nõ cõficeret ſacr̃m. Siquis aliquid adderet, qđ ſignificationẽ nõ mutaret, cõficeret quidẽ, ſed grauiſſime peccaret. Si celebrãs nõ recordet̃ ſe dixiſſe ea, q̃ ĩ ꝯſecratione cõiter dñr: nõ debet ꝓpterea turbari. Si tñ certo ei, vel valde ꝓbabil̃r cõſtet ſe omiſiſſe aliq̃d eorũ, q̃ ſunt de neceſſitate ſacr̃i, ideſt, formã conſecrationis: reſumat ipſam formã, & cætera ꝓſequatur p ordinẽ. Si aũt non ſunt de neceſſitate ſacr̃i: non reſumat, ſed procedat vlterius.

De defectibus miniſtri.

DEfectus ex parte miniſtri, pñt contingere quo ad ea, q̃ in ipſo req̃rũtur. Hęc aũt ſunt. In primis intẽtio, deinde diſpõ aĩæ, diſpõ corporis, diſpõ veſtimẽtorũ, diſpoſitio in miniſterio ipſo, quo ad ea quæ in ipſo pñt occurrere.

De defectu intentionis.

SIquis nõ intẽdit cõficere, ſed deluſorie aliq̃d agere: Itẽ ſi aliquę hoſtię ex obliuione remaneãt in altari, vel aliquã pars vini, vel aliqua hoſtia lateat, cũ nõ intẽdat ꝯſecrare, niſi quas videt, Itẽ ſi q̃s habeat corã ſe vndecim hoſtias, & intẽdat cõſecrare ſolũ decẽ, nõ determinãs, quas decẽ intẽdit: nõ cõſecrat, q̃a requirit̃ intẽtio. Secus, ſi putãs q̃dẽ eſſe decẽ, tñ oẽs voluit ꝯſecrare, quas corã ſe habebat: nã tũc oẽs erunt conſecratę: atq; ideo quilibet ſacerdos talẽ ſemp intẽtionẽ hr̃e deberet, ſcilicet ꝯſecrãdi oẽs oẽs, quas ante ſe ad ꝯſecrãdũ poſitas habet. Si Sacerdos putãs ſe tenere vnã hoſtiã, poſt ꝯſecrationẽ inuenerit fuiſſe duas ſimul iũctas: in ſumptione ſumat ſimul vtrãque. Quod, ſi deprehẽdat poſt ſumptionẽ corporis, & ſanguinis, aut etiã poſt ablutionẽ, reliquias aliquas relictas ꝯſecratas: eas ſumat, ſiue paruę ſint, ſiue magnæ: quia ad idẽ ſacrificiũ ſpectãt. Si vero relicta ſit hoſtia integra cõſecrata, eã in tabernaculo cum aliis reponat: ſi hoc fieri nequit, ſequenti ſacerdoti ibi celebraturo, in altari ſupra corporalia decẽter opertã, ſumendã vna cũ altera, quã eſt ꝯſecratur⁹, relinquat: vel ſi neutrũ horũ fieri poſſit, ĩ ipſo calice, ſeu patena decẽter ꝯſeruet: quouſq; vel ĩ tabernaculo reponat̃, vel ab altero ſumat̃: qđ ſi nõ habeat, quõ honeſtè cõſeruet̃, põt eã ipſemet ſumere. Si intẽtio non ſit actualis in ipſa ꝯſecratione ꝓpter euagationẽ mẽtis, ſed virtualis, cũ accedẽs ad altare intẽdat facere, qđ facit eccl̃ia: cõficitur ſacr̃m: & ſi curare debet ſacerdos, vt etiam actualem intentionẽ adhibeat.

De defectibus diſpoſitionis aĩæ.

SIquis ſuſpenſus, excommunicatus,

& degradatus celebret, conficit quidem ſacrm̃, ſed grauiſſimè peccat, tàm propter cõionem, quã indigne ſumit, q̃ propter executionẽ, Ordinũ, q̃ ſibi erat interdicta. Siquis hn̄s copiã confeſſoris celebret ĩ pctõ mortali, grauiter peccat. Si quis etiam, in caſu neceſſitatis nõ habens copiã confeſſoris, in peccato mortali abſq; contritione celebret, grauiter peccat. Secus ſi cõteratur: debet tn̄ cum primũ poterit cõfiteri. Si in ipſa celebratione miſſæ ſacerdos recordetur ſe eſſe in pctõ mortali, conteratur cũ ꝓpoſito confitẽdi, & ſatisfaciendi. Si recordetur ſe eſſe excõicatum, vel ſuſpenſum, aut locũ eſſe interdictũ, ſimiliter cõteratur cũ ꝓpoſito petendi abſolutionem: ante conſecrationem aũt, ſi nõ timetur ſcandalum, debet miſſam inceptã deſerere. ſecus ſi eſſet publicè excommunicatus.

De defectib⁹ diſpoſitionis corporis.

Siquis non eſt ieiunus poſt mediam noctẽ, etiam poſt ſumptionẽ ſolius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, ꝑ modum etiã medicinæ, & in quãtacũq; parua quãtitate: non põt cõicare, nec celebrare. Si aũt ante mediam noctẽ cibũ, aut potum ſumpſerit, etiam ſi poſtmodũ non dormierit, nec ſit digeſtus, non peccat, ſed ob perturbationẽ mentis, ex qua deuotio tollitur, cõſulitur aliqn̄ abſtinendum. Si reliquiæ cibi remanentes in ore tranſglutiantur, non impediunt cõionẽ, cum non tranſglutiantur ꝑ modum cibi, ſed per modũ ſaliuæ. Idẽ dicẽdum, ſi lauãdo, deglutiatur ſtilla aquæ ꝑter intentionẽ. Si plures miſſas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: ĩ vltima tm̃ miſſa ꝑcipiat purificationẽ. Si præceſſerit pollutio nocturna, q̃ cauſata fuerit ex præcedenti cogitatione, quę ſit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam: abſtinendũ eſt à cõione, & celebratione. Si dubiũ eſt, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatũ mortale, conſulitur abſtinendũ, extra tn̄ caſum neceſſitatis. Si aũt certum eſt nõ fuiſſe ĩ illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuiſſe cogitationẽ, ſed eueniſſe ex naturali cã, aut ex diabolica illuſione: põt communicare, & celebrare, niſi ex illa corporis commotione tanta venerit perturbatio mentis, vt abſtinendum videatur.

De defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus.

Poſſunt etiam defectus occurrere in miniſterio ipſo, ſi aliquid ex requiſitis ad illud, deſit: vt ſi nõ celebret in loco ſacro, vel deputato ab Ep̄o: nec in altari cõſecrato: nec trib⁹ mappis cooperto. Si non adſunt luminaria cerea. Si nõ ſit tẽpus debitũ celebrandi, quod eſt ab aurora vſq; ad meridiẽ cõiter. Si celebrans ſaltẽ Matutinũ cũ Laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex veſtib⁹ ſacerdotalibus. Si veſtes ſacerdotales, & mappæ non ſint ab Ep̄o, vel ab alio hãc habẽte poteſtatẽ, bn̄dictæ. Si non adſit clericus, vel alius deſeruiens ĩ miſſa: vel adſit, qui deſeruire nõ debet, vt mulier. Si nõ adſit calix cũ patena conueniens, cuius cuppa debet eſſe, aurea, vel argentea, vel ſtannea: nõ aũt ęrea, vel vitrea. Si corporalia nõ ſint mũda, q̃ debẽt eſſe ex lino, nec ſerico ĩ medio ornata, & ab Ep̄o, vel ab alio hãc habente poteſtatem benedicta. Si celebrat capite cooperto ſine diſpenſatione. Si non adſit Miſſale, licet memoriter ſciret miſſam, quã intẽdit dicere. Si Sacerdote celebrãte, violetur eccleſia ante canonem, dimittatur

miſſa: ſi poſt canonem, non dimittatur. Si ſacerdos ante cõſecrationẽ grauiter ĩfirmetur, vel ĩ ſincopẽ inciderit, aut moriatur: ꝑtermittitur miſſa. Si poſt conſecrationem corporis tm̃, ante cõſecrationẽ ſanguinis, vel vtroq; cõſecrato id accidit: miſſa p aliũ ſacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille deſiit. Si aũt nõ obierit, ſed fuerit infirmus: adeo vt poſſit cõmunicari, & non adſit alia hoſtia conſecrata, diuidat hoſtiam, & vnã partẽ præbeat infirmo, aliam ipſe ſumat. Si aũt ſemiprolata forma corporis obiit ſacerdos, aut ſemiprolata forma ſanguinis: tũc alter ſimiliter proſequitur miſſam, & ſuper eãdem hoſtiam, ſeu eũdem calicẽ repetat integrã formã ab eo loco, qui pridie, quã pateret, & in ſanguine ab eo loco, Simili mõ: poſtq̃ cœnatu eſt. vel poſſet ſup aliũ panẽ, & ĩ calice ſimiliter cũ ĩ forma calicis deficit, ſuper aliũ calicẽ pręparatũ integrã formã proferre, & hoſtiã primi ſacerdotis inter reliquias ſeruare, vel eã ſumere poſt ablutionẽ ſanguinis, ſi conſtat, ꝙ non ſit conſecrata: ĩ dubio vero tutius eſt accipere poſt ſumptionẽ: & idẽ de calice relicto ſemiconſecrato. Siquis extra huiuſmodi caſus neceſſitatis, integra ſacramenta nõ ſumpſerit, grauiſſime peccat. Si muſca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit ĩ calicẽ ante conſecrationem: ꝓijciat vinum ſubtus altare, & aliud ponat ĩ calice, miſceat parũ aquæ, offerat, & proſequatur Miſſam. Si poſt conſecrationẽ ceciderit muſca, aut aliquid eiuſmodi, & fiat nauſea ſacerdoti, extrahat eã, & lauet cũ vino: finita miſſa comburat, & cõbuſtio, ac lotio huiuſmodi in ſacrariũ ꝓijciatur. Si autem non fuerit ei nauſea: nec vllũ periculum timeat, ſumat cũ ſanguine. Si aliquid venenoſum ceciderit ĩ calicẽ, vel qđ ꝓuocaret vomitũ: vinũ conſecratũ reponendum eſt ĩ alio calice, & aliud vinũ cum aqua apponẽdũ denuo conſecrandũ: & finita miſſa ſanguis repoſitus ĩ panno lineo, vel ſtuppa, tãdiu ſeruetur, donec ſpecies vini fuerĩt deſiccatæ, & tunc cõburatur, & cõbuſtio ĩ ſacrariũ proiiciatur. Si aliqđ venenoſum contigerit hoſtiã conſecratã, tunc alterã cõſecret, & ſumat modo, quo dictũ eſt: & illa ſeruetur in tabernaculo loco ſeparato, & aĩal captũ occidatur, & comburatur, vt ſupra dictũ eſt. Si ſumendo ſanguinẽ, particula remanſerit in calice: digito ad labium calicis adducat, & ſumat ante purificationem, vel infundat vinũ, & ſumat. Si hoſtia ante conſecrationem inueniatur fracta, niſi populo euidẽter appareat, talis hoſtia conſecretur. Si aũt ſcãdalũ populo eſſe poſſit, alia accipiatꝰ: & offeratur: Qđ ſi illius iã hoſtiæ facta erat oblatio, poſt oblationem ſumatur. Qđ ſi ante oblationẽ hoſtia appareat cõfracta, accipiatꝰ altera integra, ſi citra ſcãdalũ, aut longã morã fieri poterit. Si ꝓpter frigus, vel negligentiã hoſtia ꝯſecrata dilabatꝰ in calicẽ, ꝓpterea nihil eſt reiterãdũ, ſed ſacerdos miſſam ꝓſequatur. Si ĩ hyeme ſanguis cõgeletur ĩ calice, inuoluatꝰ calix pãnis calefactis: ſi id nõ ꝓficeret: ponatur ĩ feruẽti aqua, dũmodo in calicẽ nõ intret, donec liquefiat. Si p negligẽtiã aliqđ de ſanguine Chr̃i ceciderit: ſiquidẽ ſup tabulã, lingua lãbatꝰ, & pars illa tabulæ radatꝰ, q̃tũ ſatis eſt. Itẽ ſi non fuerĩt tabula, locꝰ ipſe radatꝰ, & ꝯburatꝰ: cinis vero iuxta altare recõdatur. Si vero ſup lapidẽ altaris ceciderit, ſorbeat ſacerdos ſtillã, & locꝰ bene abluatur, & ablutio ĩ ſacrariũ proiiciatur. Si ſup lin-

teū altaris gutta ceciderit, & vſq; ad ſecundum, ſiue tertium linteum peruenerit, tūc ſuppoſito calice linteorum partes, vbi gutta cecidit, ter abluātur, & aqua ablutionis ī ſacrariū proiiciatur, & partes illæ linteorū poſt ablutionē abſcindātur, & cōburātur, & cinis ī ſacrario cōdatur. Qđ ſi ī ipſo ſolū corporali, aut ſi in veſtib⁹ ipſis ſacerdotalib⁹ ceciderit: ſatis erit ablui, & ablutio in ſacrariū proiiciatur. Si in ſubſtratū pedibus pannū, vel tapetū: ablui oportebit, & partē abſcindi, & cōburi, & cineres ſimiliter ī ſacrarium immitti. At ſi cōtingat totū ſanguinē poſt conſecrationē effundi, ſiquidē aliquid vel parū remāſit, illud ſumat, & de effuſo reliquo ſanguine fiat, vt dictum eſt. Si vero nihil oīno remanſit, ponat iterū vinum, & aquā, & cōſecret ab eo loco [illegible] facta prius tñ calicis oblatione. Si ſacerdos euomat Euchariſtiā, ſi ſpēs integræ appareāt, reuerēter ſumātur: niſi nauſea fiat: alioquin ſpecies conſecratæ cautè ſeparent, & ī aliquo loco ſacro reponātur. Qđ ſi ſpēs non appareāt, cōburatur vomitus, & cineres ī ſacrariū ꝓiiciantur. Si hoſtia conſecrata, vel aliqua particula dilabatur in terram: reuerenter accipiatur, & locus, vbi cecidit, mundetur, & aliquātulum abradatur, & puluis, ſeu abraſio huiuſmodi in ſacrariū proiiciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa, vel linteū huiuſmodi diligēter lauetur: & lotio ipſa in ſacrariū effundat. Poſſunt ēt defect⁹ ī miniſterio ipſo occurrere, ſi ſacerdos ignoret rit⁹, & cęremonias ipſas ī eo ſeruādas: de qb⁹ oīb⁹ ī ſupiorib⁹ rubr. ī ordinario ipſo miſſarū copioſe dictū eſt.

PRÆPARATIO ad Miſſam pro opportunitate ſacerdotis facienda.

Antiphona.

NE reminiſcaris dñe delicta noſtra, vel parentum noſtrorū, neq; vindictam ſumas de peccatis noſtris. Quæ Aña ĩn duplicibus tantum duplicatur. Deinde dñr ſequētes pſalmi. Pſalmus.

QVá dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini.

Cor meū, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Eteni paſſer inuenit ſibi domū: & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.

Altaria tua domine virtutū: rex meus, & Deus meus.

Beati, qui ambulant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarū, in loco, quē poſuit.

Etenim benedictionē dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē, videbitur deus deorum in Sion.

Domine deus virtutū exaudi orationē meā: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.

Elegi abiectus eſſe ī domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant

in innocētia : domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.
Gloria patri, & filio. Pſalmus.
BEnedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.
Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.
Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ.
Conuerte nos deus ſalutaris noſter : & auerte iram tuam à nobis.
Nunquid in æternū iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
Deus tu conuerſus viuificabis nos : & plebs tua lætabitur in te.
Oſtēde nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.
Audiā, quid loquatur in me dn̄s deus: qm̄ loquetur pacē in plebem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos: qui cō uertuntur ad cor.
Verūtn̄ propè timētes eū ſalutare ipſi⁹: vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia, & veritas obuiauerūt ſibi: iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.
Veritas de terra orta eſt : & iuſtitia de cœlo proſpexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eum ambulabit : & ponet in via greſſus ſuos.
Gloria patri, & filio. Pſalmus.
INclina dn̄e aurē tuā, & exaudi me: qm̄ inops & pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuū de⁹ meus ſperantem in te.
Miſerere mei dn̄e, qm̄ ad te clamaui tota die : lætifica aīam ſerui tui, qm̄ ad te domine animam meam leuaui.
Qm̄ tu domine ſuauis, & mitis: & multæ miſericordiæ oībus inuocātib⁹ te.
Auribus percipe orationem meam, & intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in diis domine: & non eſt ſecundum opera tua.
Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, & adorabūt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es deus ſolus.
Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meū, vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.
Quia mīa tua magna eſt ſup me: & eruiſti animam meā ex inferno inferiori.
Deus, iniqui inſurrexerunt ſup me, & ſynagoga potētium q̄ſierūt aīam meā: & nō ꝓpoſuerunt te in cōſpectu ſuo.
Et tu dn̄e de⁹ miſerator, & miſericors: patiens, & multæ mīæ, & verax.
Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo : & ſaluū fac filium ancillæ tuæ.
Fac mecum ſignū in bonum, vt videāt, qui oderūt me, & confundantur : qm̄ tu dn̄e adiuuiſti me, & ꝯſolat⁹ es me.
Gloria patri, & filio. Pſalmus.
CRedidi, propter qđ locutus ſum: ego aūt humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuā domino pro omnibus, quæ tribuit mihi?
Calicē ſalutaris accipiam: & nomē domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: præcioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

O domine, quia ergo ſeruus tuus: ego & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis: & nomẽ dñi inuocabo.

Vota mea domine reddam in conſpectu omnis populi eius: ĩ atriis domus domini, in medio tui hieruſalem.

Gloria patri, & filio. Pſalmus.

DE profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, in vocẽ deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te ꝓpitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.

A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet iſrael in domino.

Quia apud dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiſcaris domine delicta nr̃a, vel parentum noſtrorum: neque vindictã ſumas de peccatis noſtris.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Ego dixi, domine, miſerere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Conuertere dñe aliquãtulum. ℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos. ℟. Quẽ admodũ ſperauimus ĩ te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiã. ℟. Et ſancti tui exultẽt. ℣. Ab occultis meis mũda me dñe. ℟. Et ab alienis parce ſuo tuo. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meꝰ. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

AVres tuæ pietatis mitiſſime deus inclina precibus noſtris: & gratia ſancti Spiritus illumina cor noſtrũ: vt tuis myſteriis dignè miniſtrare, teq; æterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui oẽ cor patet, & oĩs voluntas loquitur, & quẽ nullũ latet ſecretũ, purifica per infuſionẽ ſancti Spiritus cogitationes cordis nr̃i: vt te pfectè diligere, & dignè laudare meramur.

VRe igne ſancti ſpũs renes nr̃os, & cor noſtrũ dñe: vt tibi caſto corpore ſuiamꝰ, & mũdo corde placeamꝰ.

MEntes noſtras, quæſumus domine, paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius, veritatem.

ADſit nobis, q̃s dñe, virtus Spũs ſancti, q̃ corda noſtra clementer expurget, & ab oĩbus tueatur aduerſis.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COnſciẽtias noſtras, quæſumus domine, viſitando purifica: vt veniens dominus noſter Ieſus Chriſtus filius tuus, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum viuit, &c.

¶Orationes dicendæ, cũ ſacerdos induitur ſacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

DA Domine virtutẽ manibus meis ad abſtergendum omnem maculam: vt ſine pollutione mentis, & corporis valeam tibi ſeruire.

Ad Amictum, dum ponitur ſuper caput, dicat.

IMpone domine capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.

Ad Albam, cum ea induitur.

DE alba me domine, & munda cor meum: vt in ſanguinẽ Agni deal batus, gaudiis perfruar ſempiternis.

Ad cingulum, dum ſe cingit.

PRæcinge me domine cingulo puritatis, & extingue in lũbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentiæ, & caſtitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio ſiniſtro.

MEreat domine portare manipulum fletus, & doloris: vt cũ exul tatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

REdde mihi dñe ſtolam immortalitatis, quam perdidi in præuaricatione primi parentis: & quáuis indignus accedo ad tuum ſacrũ myſteriũ, merear tamen gaudium ſempiternum.

Ad caſulam, cum aſſumitur.

DOmine, qui dixiſti, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue: fac, vt iſtud portare ſic valeam, quòd conſequar tuam gratiam. Amen.

¶ Gratiarum actio poſt Miſſam. Aña. Trium puerorum cãtemus hymnum: quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Quæ Aña in feſtis duplicibus tantũ duplicatur. Canticum trium puerorum.

BEnedicite oĩa opera domini dño: laudate, & ſupexaltate eũ ĩ ſecula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite cęli domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cęlos ſunt, domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite ſol, & luna domino: benedicite ſtellæ cœli domino.

Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis ſpiritus dei domino.

Benedicite ignis, & æſtus domino: benedicite frigus, & æſtas domino.

Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu, & frigus domino.

Benedicite glacies, & niues dño: benedicite noctes, & dies domino.

Benedicite lux, & tenebræ domino: benedicite fulgura, & nubes domino.

Benedicat terra dominũ: laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite mõtes, & colles dño: bñdicite vniuerſa germinãtia in terra dño.

Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino.

Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis, domino, benedicite omnes volucres cœli domino.

Benedicite omnes beſtiæ, & pecora domino: benedicite filij hominum dño.

Benedicat Iſraël dominum: laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.

Benedicite ſpiritus, & aiæ iuſtorũ dño: bñdicite ſancti, & humiles corde dño.

Bñdicite Anania, Azaria, Miſael dño: laudate, & ſuperexaltate eũ in ſecula.

Benedicamus patrem, & filium cũ ſancto ſpiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſecula. Pſalmus.

LAudate dñm in ſanctis eius: laudate eũ in firmamẽto virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinẽ magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eũ in pſalterio, & cithara.

Laudate eũ in tympano, & choro: laudate eum in cordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dñm.

Gloria patri. Deinde repetitur antiph.

Trium puerorum cãtemus hymnum, quẽ cantabant ſancti in camino ignis, benedicẽtes dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confiteantur tibi dñe omnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabũt ſancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis dñe, nõ nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriã. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et cla. meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones noſtras, q̃s dñe, aſpirando præueni: & adiuuando proſequere: vt cũcta noſtra oratio, & opatio à te ſemꝑ incipiat, & ꝑ te cepta finiatur.

DA nobis, q̃s dñe, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuiſti tormentorũ ſuorũ incendia ſuperare. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Aliæ orationes pro opportunitate Sacerdotis añ celebrationẽ, & cõionẽ dicẽdę.

Oratio ſancti Ambroſij Epiſcopi.

SVmme ſacerdos, & vere pontifex Ieſu Chriſte, qui te obtuliſti deo patri hoſtiam puram, & immaculatam in ara crucis pro nobis miſeris peccatoribus: & qui dediſti nobis carnem tuam ad manducãdum, & ſanguinẽ tuum ad bibendum, & poſuiſti myſterium illud in virtute Spiritus ſancti, dicens: Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo te per ſanguinem tuum precioſum, magnũ ſalutis noſtræ preciũ: Rogo te per hãc mirã & ineffabilem charitatẽ, qua nos miſeros, & indignos ſic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo: Doce me indignũ ſeruũ tuũ, quẽ inter cætera dona tua ad officium ſacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ, Doce me, quęſo, per Spiritũ ſanctũ tuum, tantum tractare myſterium ea reuerentia, & honore, eaque deuotione, dñe Ieſu Chriſte, & timore, quibꝰ oportet, & decet. Fac me per gratiã tuã ſemꝑ illud de tanto myſterio credere, & intelligere, dicere & cogitare, ſentire, & firmiter retinere, qd tibi placet, & expedit aĩæ meæ. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meũ, qui ſonet ibi ſine ſono: & ſine ſtrepitu verborũ loquatur oẽm veritatẽ tantorum myſteriorum. Profunda ſunt quippe nimis, & ſacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuã, concede mihi hodie, & ſemper miſſarũ ſolẽnia puro corde, & munda mente celebrare. Libera cor meũ ab immundis, & nefandis, vanis, & noxiis cogitationibꝰ. Muni me beatorum angelorum pia, & fida tutela, atque fortiſſima cuſtodia, vt hoſtes oĩum bonorũ confuſi diſcedant

per virtutẽ tāti myſterij, & p manũ ſancti angeli tui. Repelle à me dñe Ieſu Chriſte, & à cũctis ſeruis tuis diriſſimũ ſpiritum ſuperbię, cenodoxiæ, inuidię, iracũdię, fornicationis, & ĩmũditiæ, dubietatis, & blaſphemię. Cõfundanť, qui me perſequũtur: pereant illi qui perdere cũcta feſtināt. Rex virtutũ, & amator caſtitatis, & integritatis Deus, cęleſti rore benedictionis tuę extingue ĩ corpore meo totum fomitẽ ardẽtis libidinis: vt maneat in me tenor totius caſtitatis animæ, & corporis. Mortifica in membris meis carnis ſtimulũ, omneſq; libidinis cõmotiones: & da mihi verã, & perpetuã caſtitatẽ cũ cæteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate: vt ſacrificiũ laudis caſto corpore, & mũdo corde valeã tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, & lacrymarũ fonte, quanta reuerentia, & tremore, quãta corporis caſtitate, & aiæ puritate hoc diuinũ, & cœleſte ſacrificiũ eſt celebrandũ, dñe: vbi caro tua in veritate ſumiť, vbi ſanguis tu⁹ in veritate bibitur: vbi ſummis ima cõiunguntur: vbi adeſt ſanctorũ pręſentia angelorũ: vbi tu es ſacerdos, & ſacrificiũ mirabiliter, & ineffabiliter conſtitutus. Quis digne hoc celebrare myſteriũ poterit, niſi tu Deus oṗs offerentẽ feceris dignũ: Scio, & vere ſcio, & ipſum pietati tuæ cõfiteor, quod nõ ſum dignus accedere ad tãtũ myſteriũ, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed ſcio veraciter, & credo ex toto corde, & ore cõfiteor, quia tu potes me facere dignũ, qui ſolus potes facere mũdũ de ĩmundo cõceptũ ſemine, & de peccatoribus iuſtos facies, & ſanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, concede mihi peccatori hoc cœleſte ſacrificiũ celebrare cũ timore, & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte, cũ lætitia ſpirituali, & cœleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiſſimæ præſentiæ tuę, & excubias ſanctorũ angelorũ tuorum in circuitu meo. Ego enim domine memor venerandæ paſſionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi ſacrificiũ, quod tu inſtituiſti, & offerri pręcepiſti ĩ commemorationem pro ſalute noſtra. Suſcipe ergo iſtud, quæſo ſumme Deus, dulciſſime Ieſu Chriſte, pro eccleſia tua ſancta, & pro cũcto populo tuo, quem acquiſiuiſti ſanguine tuo precioſo. Et quoniam me peccatorẽ inter te, & eundem populũ mediũ eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimoniũ nõ agnoſcas, officium ſaltẽ diſpenſationis creditæ non recuſes: nec p me indignũ famulũ tuũ eorum ſalutis pereat precium, pro quibus victima factus, ſalutaris dignatus es eſſe redemptio. Profero ergo domine (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorũ gemitum, miſeriã orphanorum, neceſſitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenũ, ſuſpiria iuuenum, vota virginũ, lamenta viduarum. Tu enim miſereris omniũ dñe: & nihil odiſti omniũ, quæ feciſti. Memorare, quæ ſit nr̃a ſubſtantia: quia tu pater noſter es: ne iraſcaris ſatis: neq; multitudinẽ viſcerũ tuorũ ſup nos cõtineas. Nõ enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus p̃ces noſtras ante faciẽ tuã, ſed in miſerationib⁹ tuis multis. Aufer à nobis dñe iniquitates nr̃as: & ignẽ ſancti ſpiritus in nobis clemẽter accẽde. Aufer cor lapideũ de

carne nr̃a,& da nobis cor carneũ,quod te timeat,diligat,& honorificet,te dele ctetur, te ſequatur,& te perfruat. Oramus dñe clemẽtiã tuã, vt ſereno vultu familiã tuã ſacri tui nominis officia ꝑſtolantẽ aſpicere digneris. Et vt nullius ſit irritũ votũ,nullius vacua poſtulatio tu nobis p̃ces ſuggere:quas ipſe audire, propitius,& exaudire delecteris. Roga gamus etiã te dñe pro ſpiritibus fideliũ defunctorũ: vt ſit illis ſalus æterna,ac ꝑpetua ſanitas,gaudiũ, & refrigeriũ ſem piternũ, hoc magnũ pietatis ſacramentum. Dñe deus meus, ſit illis hodie ma gnum,& plenum gaudiũ de te pane viuo,& vero paſci,q̃ de cęlo deſcẽdiſti,& das vitã mundo,de carne ſancta,& benedicta agni, videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi:& potari de fonte pietatis tuæ,qui per lanceam militis de latere tuo emanauit: vt conſolati exultent in laude, & gloria tua ſancta. Peto clementiam tuam, vt deſcendat ſuper hunc panem,& calicẽ plenitudo tuæ diuinitatis. Deſcendat etiam Domine illa Spiritus ſancti tui inuiſibilis forma, incomprehenſibiliſque maieſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcendebat: quæ & oblationes noſtras corpus, & ſanguinẽ tuũ afficiat, & me indignũ ſacerdotem tuum doceat tantũ tractare myſterium,ita vt placide, & benigne ſuſcipias ſacrificium de manibus meis ad ſalutem omnium tam viuorum,quã defunctorum. Rogo te domine per ipſum ſacroſanctum,& viuificum myſteriũ corporis,& ſanguinis tui, quo quotidie in eccleſia tua paſcimur, & potamur,abluimur,& ſanctificamur, atque vnius tuæ,ſummęque diuinitatis participes efficimur: da mihi virtutes tuas ſanctas,quibus repletus,bona cõſciẽtia ad altare tuũ accedã, ita vt hæc cęleſtia ſacramẽta efficiãtur mihi ſalus, & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto,& benedicto: Panis, quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita:&,Qui mãducat me, viuet ꝓpter me:ipſe manet ĩ me,& ego in eo: Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcẽdi: Siquis mãducauerit ex hoc pane,viuet in ęternũ: Panis dulciſſime ſana palatũ cordis mei: vt ſentiã ſuauitatẽ amoris tui. Sana illud ab oĩ languore,vt nullã præter te amet pulchritudinẽ. Panis cãdidiſſime,habẽs in te omne delectamentũ,& omnẽ ſaporẽ: qui nos de te ſemp reficis: comedat te cor meũ & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ. Mãducat te angelus pleno ore in patria: manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, nec deficere poſſit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cælo, & das vitam mundo: veni in cor meũ, & munda me ab omni iniquinamento carnis,& ſpiritus. Intra in animã meã: ſana,& ſanctifica me interius, & exterius. Eſto tutamẽ,& continua ſalus cordis,& animæ meæ. Repelle à me inſidiantes mihi hoſtes: recedant procul à potentia præſentiæ tuæ: vt foris,& intus munitus, per te recto tramite ad regnum tuum perueniam, vbi nõ myſteriis,ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie à faciem te videbimus,cũ tradideris regnũ Deo patri,& Deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te ſatiabis ſatietate mirifica: ita vt neq; eſuriam, neque ſitiam in æternũ. Qui cum eodẽ deo patre,& Spiritu ſancto viuis,& regnas,per oĩa ſęcula ſæculorũ. Amen.

Alia Oratio ſancti Ambroſij.

AD menſam dulciſſimi cõuiuij tui pie domine Ieſu Chriſte, ego peccator de propriis meritis nihil præſumens, ſed de tua confidens miſericordia, & bonitate, accedere vereor, & cõtremiſco. Nam cor, & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentẽ, & linguam nõ caute cuſtoditam. Ergo ò pia deitas, ò tremenda maieſtas, ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordiæ recurro, ad te feſtino ſanandus: ſub tuam protectionem fugio: & quem iudicem ſuſtinere nequeo, ſaluatorem habere ſuſpiro. Tibi Domine plagas meas oſtendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibꝰ timeo. Spero miſericordias tuas, quarum nõ eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordiæ tuæ domine Ieſu Chriſte, Rex æterne, Deus, & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me ſperantem in te: miſerere mei pleni miſeriis, & peccatis; tu, qui fontẽ miſerationis nunquã manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me, & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis, & ꝓcioſe ſanguis, de vulneribꝰ crucifixi dñi mei Ieſu Chriſti profluẽs, & peccata totius mũdi abluens. Recordare dñe creaturę tuę, quam tuo ſanguine redemiſti. pęnitet me peccaſſe: cupio emendare, quod feci. Aufer ergo à me clementiſſime pater omnes iniquitates, & peccata mea: vt purificatus mente, & corpore digne deguſtarẽ merear ſancta ſanctorum: & concede, vt ſancta prælibatio corporis, & ſanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſſio, ſit delictorũ perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumque ſenſuum regeneratio, operũque tibi placentiũ ſalubris efficacia, aĩæ quoque, & corporis contra inimicorũ meorũ inſidias firmiſſima tuitio. Amẽ.

Oratio ſancti Thomæ Aquinatis.

OMnipotens ſempiterne Deus ecce accedo ad ſacramentum vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitę, immundus ad fontem miſericordiæ, cæcus ad lumẽ claritatis æternę, pauper, & egenus ad dominum cæli, & terrę. Rogo ergo immenſę largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatẽ; vt panem angelorum, regem regum, dominum dominantium tanta ſuſcipiam reuerentia, & humilitate, tanta contritione, & deuotione, tanta puritate, & fide, tali propoſito, & intentione, ſicut expedit ſaluti animæ meæ. Da mihi, quęſo, Dominici corporis, & ſanguinis non ſolum ſuſcipere ſacramentum, ſed etiam rem, & virtutem ſacramenti. O mitiſſime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod traxit de Virgine Maria, ſic ſuſcipere: vt corpori ſuo myſtico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantiſſime pater, concede mihi dilectum filium tuũ, quem nunc velatum in via ſuſcipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit, & regnat cũ Deo patre in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Aliæ

Aliæ orationes poſt celebrationẽ, & Communionem dicendæ.

Oratio Sancti Thomæ.


GRatias tibi ago Domine ſancte, pater omnipotens, æterne Deus: qui me peccatorem indignum famulum tuũ, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es præcioſo corpore, & ſanguine filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et precor: vt hæc ſancta communio non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiſcentiæ, & libidinis exterminatio, charitatis, & patientiæ, humilitatis, & obedientiæ augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium, quam inuiſibilium firma defenſio, motuum meorum, tam carnalium, quam ſpiritualium perfecta quietatio, in te vno, ac vero Deo firma adhæſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cũ filio tuo, & Spiritu ſancto, Sanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Oratio ſancti Bonauenturæ.

TRansfige dulciſſime Domine Ieſu medullas, & viſcera animę meę ſuauiſſimo, ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera ſereneque, & Apoſtolica ſanctiſſima charitate: vt langueat, & liqueſiat anima mea ſolo ſemper amore, & deſiderio tui: te concupiſcat, & deficiat in atria tua, cupiat diſſolui, & eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panem angelorum, refectionem animarum ſanctarum. panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, & ſaporem, & omne delectamentum ſuauitatis: te, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat, & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę: te ſemper ſitiat fontem vitę, fontem ſapientiæ, & ſciẽtiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te ſemper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem, & gloriam nominis tui, cum humilitate, & diſcretione, cum dilectione, & delectatione, cum facilitate, & affectu, cum perſeuerentia vſque in finem: & tu ſis ſolus ſemper ſpes mea tota fiducia mea, diuitię meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies, & tranquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meũ, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, & poſſeſſio mea, theſaurus meus: in quo fixa, & firma, & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

Rithmus Sancti Thomæ ad ſacram Euchariſtiam.

ADoro te deuote latens deitas.
Quæ ſub his figuris vere latitas.
Tibi ſe cor meum totum ſubiicit:
Quia te contemplans totum deficit.
Viſus, guſtus, tactus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tute creditur.
Credo, quicquid dixit dei filius.
Nihil veritatis hoc verbo verius.
In cruce latebat ſola deitas:
Sed hic latet ſimul, & humanitas.
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto, quod petiuit latro pœnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor:
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam præſtans homini.
Præſta meæ menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie pellicane Ieſu domine,
Me immundum munda tuo ſanguine,
Cuius vna ſtilla ſaluum facere
Totum mundum poſſet omni ſcelere.
Ieſu, quem velatum nunc aſpicio.
Quando fiet illud, quod tam ſitio?
Vt te reuelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.


I·N·R·I

ORDINARIVM MISSARVM De Tempore.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Ad Miſſam.
Introitus.



AD te leuaui animã meã: Deus meus in te confido, nõ erubeſcã, neq; irrideat me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundentur.
24 Pſalmus. Vias tuas domine demõſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. Quo finito repetitur Ad te leuaui animam. vſq; ad Pſal. Hic modus repetendi Introitũ ſeruatur per totum annum. Non dicitur Gloria in excelſis ab hac Dominica vſq; ad Natiui. Domini, niſi in feſtis O~rem?. Oratio.

EXcita, quæſumus domine, potẽtiam tuam, & veni: vt ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Ab hac die vſque ad vigiliã Natiuitatis Domini poſt Orationem diei dicitur oratio de Sancta Maria, & cõtra perſecutores Eccleſię, vel pro Papa, vt infra: Si autem facienda ſit Commemoratio alicuius feſti ſimplicis occurrentis, poſt orationem diei dicitur oratio de ſancto, tertia de S. Maria.

De ſancta Maria. Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum Angelo nũciante, carnem ſuſcipere voluiſti, p̃ſta ſupplicib⁹ tuis: vt, qui vere eã genitricẽ Dei credimus, eius apud te ĩterceſſionib⁹ adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleę. Oratio.

ECcleſię tuę, quęſum⁹, domine, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertatẽ. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Vel pro Papa. Oratio.

DEus, omnium fidelium paſtor & rector, famulũ tuũ N. quẽ paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præeſt, proficere: vt ad vitã, vna cũ grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum.

¶ Infra hebdomadas Aduẽtus quãdo dicitur Miſſa de feſto ſemiduplici, ſecunda oratio erit de Aduẽtu, tertia de ſancta Maria, quę terminatur ſic. **Per eundem dominũ noſtrum**, &c. Si autem dicatur Miſſa de feſto duplici, poſt orationem feſti dicitur oratio tantum de Aduentu. ¶ In Aduentu, de feſtis ſimplicibus occurrẽtibus non dicitur Miſſa conuentualis, ſed eorum fit tantum commemoratio.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

c.13. FRatres: Scientes, quia hora eſt iã nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quã cũ credidimus. Nox pręceſſit: dies autẽ appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitiis: non in contentione, & ęmulatione: ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum.

Pſ.24 Gradu. Vniuerſi, qui te expectant, nõ cõfundentur domine. ℣. Vias tuas domine notas fac mihi: & ſemitas tuas edoce me. Alleluia, alleluia. ℣. Oſtende nobis domine mi-
Pſ.84 ſericordiam tuam: & ſalutare tuũ da nobis, Alleluia. ¶ In feriis Aduentus quando per hebdomadam reſumitur Miſſa de Dominica, non dicitur Alleluia, nec verſus ſequens, ſed tantum Graduale.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. c.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Erũt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis: & ĩ terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra: quoniã appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producũt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniã prope eſt regnum Dei. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hęc, donec omnia fiant. Cęlũ & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt. Credo. Offerto. Ad F
te leuaui aĩam meã: Deus meus, in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundentur. Oratio.

HAec ſacra nos domine, potẽti virtute mũdatos, ad ſuũ faciãt puriores venire principium. Per d.

De ſancta Maria. Oratio

IN mentibus noſtris, quæſumus domine, veræ fidei ſacramenta cōfirma: vt, qui conceptum de virgine Deum verum & hominē confitemur: per eius ſalutiferæ reſurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiam. Contra perſecutores Eccleſiæ. Secreta.

PRotege nos domine tuis myſteriis ſeruientes: vt, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum.

Vel pro Papa. Secreta.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum.

Communio. Dominus dabit benignitatē: & terra noſtra dabit fructum ſuum. Poſtcommunio.

SVſcipiamus domine miſericordiam tuā in medio templi tui: vt reparationis noſtræ ventura ſollennia, congruis honoribus præcedamus Per dominum noſtrum.

De ſancta Maria. Poſtcommunio.

GRatiam tuam, quæſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui, Angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius & crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum. Contra perſecutores Eccleſiæ. Poſtcommunio.

QVæſumus, domine Deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Vel pro Papa. Poſtcommunio.

HAec nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulū tuum. N. quē paſtorem eccleſiæ tuæ eſſe voluiſti, vnà cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper & muniat. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium. Dicitur Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et ſic ſeruatur quoties nō dicitur Gloria in excelſis, &c.

¶ Infra hebdomadam ſi dicēda ſit Miſſa de feria, ſemper reſumitur Miſſa de Dominica præcedenti, niſi propria Miſſa aſſignetur. Cum vero in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor tēporibus, Vigiliis, & Rogationibus, dicitur Miſſa de feſto duplici, vel ſemiduplici occurrente, ſemper fit commemoratio de feria. Et pro commemoratione feriarū Aduen. dicitur oratio Dominicæ præce. niſi ſint Quatuor Tpa, in quibus habetur oratio propria.

DOMINICA II.

Aduentus. Statio ad Sanctam Crucem in Hieruſalem. Introitus.

POpulus Sion, ecce dominus veniet ad ſaluādas gentes: & auditam faciet dominus gloriā vocis ſuæ in lætitia cordis veſtr Pſalmus Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioſeph. ℣ Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto, &c. Nō dicitur Gloria in excelſis Deo. Iſa. 30. Pſal. 79.

Oratio.

EXcita domine corda noſtra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis ti

bi mētibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit,& regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorū. ℞. Amen. Secunda oratio. Deus qui de beatæ. Tertia cōtra perſecutores Eccleſiæ. Eccleſiæ tuæ vel pro Papa. Deus omnium fidelium. vt ſupra in Dominica 1. fo.41. Lectio Epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

c.15. FRatres: Quęcūque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Deus autem patientię,& ſolatij, det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtū: vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circūciſionis propter veritatē Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum. Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum ſicut ſcriptum eſt. Propterea confitebor tibi in gētibus domine, & nomini tuo cātabo. Et iterum dicit. Lętamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rurſum Iſaias ait. Erit radix Ieſſe: & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in ſpe, & virtute Spiritus ſancti. Gradu

Pſal. 94. Ex Sion ſpecies decoris eius: Deus manifeſte veniet. ℣. Congregate illi ſanctos eius, qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Alleluia, alleluia. ℣. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Alleluia. Pſa 121

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tempore: Cum audiſſet Ioannes in vinculis opa Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vidēt, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiūt, mortui reſurgūt, pauperes euangelizantur. Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cępit Ieſus dicere ad turbas de Ioāne. Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? Hominem, mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quā prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Credo. c.11

Offert. Deus tu conuertens viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te: oſtēde nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Pſa 84

Secreta.

PLacare, quæſumus domine, humilitatis noſtræ precibus, ac ho

ſtiis : & vbi nulla ſuppetunt ſuffra-
gia meritorum,tuis nobis ſuccurre
præſidiis. Per dominum noſtrum.
Secreta de ſancta Maria, Contra
perſecutores eccleſiæ, vel pro Pa-
pa, ſupra in Dominica prima f.43

Communio.

ru Ieruſalem ſurge,& ſta in excelſo,&
ſ. vide iucunditatem,quæ veniet tibi
a Deo tuo. Poſtcommunio.

Repleti cibo ſpiritualis alimo-
niæ ſupplices te domine depre
camur:vt huius participatione my
ſterij,doceas nos terrena deſpicere,
& amare cęleſtia. Per dominum.

Poſtcommuniones de Sancta Ma-
ria, contra perſecutores Eccleſiæ,
vel pro Papa, require ſupra in pri
ma Dominica. folio 43.

DOMINICA III.

Aduentus. Statio ad Sanctum
Petrum. Introitus.

il. Gaudete ĩ domino ſem
per:iterum dico gaude
te: modeſtia veſtra no-
ta ſit omnibus homini
bus: dominus.n.prope
eſt:nihil ſoliciti ſitis, ſed ĩ omni o-
ratione petitiones veſtræ innote-
ſcant apud Deum. Pſalmus.

1. Benedixiſti domine terram tuam:
auertiſti captiuitatẽ Iacob. ℣. Glo-
ria patri. Non dicitur Gloria in
excelſis Deo. Oratio.

Aurem tuam, quæſumus do-
mine,precibus noſtris accom
moda: & mentis noſtræ tenebras,
gratia tuæ viſitationis illuſtra. Qui
viuis. Alias orationes require ſu-
pra in prima Dominica.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Philippenſes.

Fratres. Gaudete ĩ domino ſem- Phil.
per, Iterum dico gaudete. Mo- 4.
deſtia veſtra nota ſit oĩbus homini
bus:dominus.n.prope eſt.Nihil ſoli
citi ſitis: ſed ĩ omni oratione & ob
ſecratione, cũ gratiarũ actione,pe-
titiones veſtræ innoteſcant apud
Deũ.Et pax Dei, quæ exuperat om-
nẽ ſenſum,cuſtodiat corda veſtra,
& intelligentias veſtras: in Chriſto
Ieſu domino noſtro. Graduale.

Qui ſedes domine ſuper Cheru- Pſal.
bim,excita potentiam tuam, & ve- 79.
ni. ℣. Qui regis Iſrael intende: qui
deducis,velut ouem, Ioſeph. Alle-
luia,alleluia. ℣. Excita domine po-
tentiam tuam, & veni:vt ſaluos fa-
cias nos. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecun-
dum Ioannem.



In illo tem ca. 1.
pore:Miſe-
rũt Iudęi ab
Ieroſolymis
ſacerdotes,&
leuitas ad Ioã
nẽ,vt interro
garent eum:
Tu quis es? Et confeſſus eſt: & non
negauit. Et confeſſus eſt:quia non
ſum ego Chriſtus. Et interrogaue-
runt eum.Quid ergo?Elias es tu? Et
dixit. Non ſum. Propheta es tu?
Et reſpondit. Non. Dixerũt ergo ei.
Quis es,vt reſponſum demus his, q̃
miſerũt nos?Quid dicis de te ipſo?
Ait. Ego vox clamantis in deſerto: Iſa.
dirigite viam domini, ſicut dixit c.40.
Iſaias propheta.Et qui miſſi fuerãt,
erant ex phariſæis. Et interrogaue-

runt eum,& dixerunt ei. Quid ergo baptizas,ſi tu non es Chriſtus, neq; Helias,neque propheta? Reſpondit eis Ioannes,dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrũ ſtetit: quem vos neſcitis. Ipſe eſt,qui poſt me venturus eſt,qui ante me factus eſt:cuius ego nõ ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Credo. Offertorium.

Pſal. 84. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob: remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. Secre.

DEuotionis noſtræ tibi, quæſum⁹ domine,hoſtia iugiter immoletur: quæ & ſacri peragat inſtituta myſterij, & ſalutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per do. Alias ſecretas require ſupra in prima Domin. fol. 41. Communio.

Iſa. 35. Dicite puſillanimes:cõfortamini: & nolite timere: ecce Deus noſter veniet, & ſaluabit nos. Poſtcom.

IMploramus,domine, clementiã tuam:vt hęc diuina ſubſidia,à vitiis expiatos ad feſta vẽtura nos præparent. Per dominum noſtrum. Alias Poſtcommuniones require ſupra in prima Dominica. fol.41.

¶Feria iiij. Quatuor tẽporum Aduentus. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.

Iſa. 45. ROrate cęli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet ſaluatorem.

Pſal. 18. Pſal. Cęli enarrãt gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri,&c. Poſt Kyrieleiſon immediate dicitur: Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotẽs Deus: vt redemptionis noſtræ ventura ſolemnitas & præſentis nobis vitę ſubſidia conferat,& æternę beatitudinis pręmia largiatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

IN diebus illis. Dixit Iſaias propheta. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini ĩ vertice montium, & eleuabitur ſuper colles: & fluent ad eum omnes gentes:& ibunt populi multi,& dicent. Venite,aſcendamus ad montem domini,& ad domum Dei Iacob:& docebit nos vias ſuas,& ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem. Et iudicabunt gẽtes: & arguent populos multos. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & & lanceas ſuas in falces. Non eleuabit gens contra gentem gladiũ: nec exercebuntur vltra ad pręlium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei noſtri. Grad.

Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales,& ĩtroibit rex gloriæ. ℣. Quis aſcendet in montem domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus & mundo corde. Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcum. ſine flectamus genua. Oratio.

FEſtina, quæſumus domine, ne tardaueris:& auxilium nobis ſupernæ virtutis impende:vt aduẽtus tui cõſolationibus ſubleuẽtur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis, & regnas cum Deo. Deinde dici-

tur Oratio de ſancta Maria, & pro Papa, vel contra perſecutores Eccleſiæ, vt habetur in prima Do. fol. 41.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

7. IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad Achaz dicens. Pete tibi ſignum à domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus: quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum & eligere bonum.

ſal. 44. Grad. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen ſanctum eius.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.



1. 1. IN illo tempore. Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo ī ciuitatē Galileę, cui nomē Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomē virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus: & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini; fiat mihi ſecundum verbum tuum. Offertorium. Confortamini, & iā nolite timere: ecce enim Iſa.
Deus noſter retribuet iudicium: ipſe veniet & ſaluos nos faciet. Secr. 35.

ACcepta tibi ſint, quæſumus domine, noſtra ieiunia, quæ & expiando nos tua gratia dignos efficiant, & ad promiſſa ſempiterna perducant. Per dominum noſt.

Deinde de ſancta Maria, & pro Papa, vel contra perſecutores eccleſię, vt in prima Domin. fo. 41. Comm.

Ecce virgo cōcipiet, & pariet filiū, Iſa. 7
& vocabitur nomen eius Emanuel.

Poſtcommunio.

SAlutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices deprecamur: vt cuius lętamur guſtu, renouemur ef

ſectu. Per dominum noſtrum.

Deinde de ſancta Maria, & pro Papa, vel contra perſecutores eccleſię, vt in prima Dominica. fol. 43.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctos Duodecim apoſtolos. Introitus.

PRope es tu domine: & omnes viæ tuæ veritas: initio cognoui de teſtimoniis tuis, quia in æternum tu es. Pſalmus.

Pſal. 118. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpir. &c. Oratio.

EXcita quæſumus domine, potētiam tuam: & veni: vt hi: qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduerſitate liberentur. Qui vi.

Orationes de ſancta Maria, & contra perſecutores eccleſiæ, vel pro Papa, habentur ſupra in prima Dominica. fol. 41.

c.11. Lectio Iſaiæ Prophetæ.

HAec dicit dominus Deus. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ, & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris domini. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Et percutiet terrā virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. Graduale.

Pſ.84 Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuū da nobis. ℣. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatē Iacob.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam. ca.1.



IN illo tempore: Exurgēs Maria abiit in montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit domum Zachariæ: & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Marię Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidiſti: quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum: Et exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo. Offertorium. Pſ.84 Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te: oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Secreta.

MVneribus noſtris, quæſumus domine, precib usque ſuſceptis: & cęleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per do.

Secretæ de ſancta Maria, & contra perſecutores eccleſiæ, vel pro Papa habentur ſupra in prima do. f.43.

Commu. Ecce dominus veniet, & omnes ſancti eius cum eo: & erit ĩ die illa lux magna. Poſtcõmunio.

TVi nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret: & à vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per dominum. Poſtcommuniones de ſancta Maria, contra perſecutores eccleſiæ, vel pro Papa, habentur ſupra in prima dominica. fol. 43.

¶Sabbato. Statio ad Sanctum Petrum. Introitus.

VEni, & oſtẽde nobis faciem tuam domine, qui ſedes ſuper cherubim: & ſalui erimus.
.79 Pſal. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph. ℣. Gloria patri, & filio. Poſt Kyrieleiſon. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus qui conſpicis, quia ex noſtra prauitate affligimur, concede propitius: vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis, & reg. &c.

19. Lectio Iſaię prophetę.

IN diebus illis. Clamabunt ad dominum à facie tribulãtis: & mittet eis ſaluatorem, & propugnatorem: qui liberet eos. Et cognoſcetur dominus ab Aegypto: & cognoſcẽt Aegyptij dominũ in die illa, & colent eum in hoſtiis, & muneribus: & vota vouebunt domino, & ſoluent. Et percutiet dominus Aegyptum plaga, & ſanabit eã: & reuertentur ad dominum, & placabitur eis: & ſanabit eos dominus deus noſter.
.18 Graduale. A ſummo cęlo egreſſio eius: & occurſus eius vſq; ad ſummum eius. ℣. Cęli enarrãt gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

COncede quæſumus, omnipotens Deus: vt qui ſub peccati iugo, ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecũ.

Lectio Iſaiæ prophetæ. c.35.

HAec dicit domin⁹: Lætabitur deſerta & inuia: & exultabit ſolitudo: & florebit quaſi lilium. Germinans germinabit: & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli & Saron. Ipſi videbũt gloriam domini, & decorem dei noſtri. Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Dicite puſillanimis. Confortamini, & nolite timere. Ecce deus noſter vltionem adducet retributionis: deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum: & aures ſurdorũ patebũt. Tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus: & aperta erit lingua mutorũ: quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. Et quæ erat arida, erit in ſtagnum: & ſitiens in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens.
Gradua. In ſole poſuit dominus tabernaculum ſuum, & ipſe tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo. ℣. A ſummo cælo egreſſio eius: & occurſus eius vſque ad ſummũ eius. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. Pſ.18

INdignos nos, quæſumus domine, famulos tuos, quos actionis propriæ culpa contriſtat, vnigeniti filij tui aduentu lætifica. Qui tecum viuit & regnat.

c.10. Lectio Iſaiæ prophetæ.

HAec dicit dominus. Super mõtem excelſum aſcende tu qui euangelizas Siõ. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce deus veſter, ecce dominus deus in fortitudine veniet: & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo & opus illius corã ipſo. Sicut paſtor, gregem ſuum paſcet: & in brachio ſuo congregabit agnos: & in ſinu ſuo leuabit eos dominus deus noſter. Gradua. Domine deus virtu- Pſ.79 tum conuerte nos: & oſtende faciẽ tuam, & ſalui erimus. ℣. Excita domine potentiam tuam: & veni, vt ſaluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leua. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotẽs deus: vt filij tui ventura ſolennitas, & præſentis nobis vitæ remedia conferat, & præmia æterna concedat. Per eundem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum, &c.

c.45. Lectio Iſaiæ prophetæ.

HAec dicit dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dextram, vt ſubiiciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertã: & aperiam coram eo ianuas, & portæ nõ claudẽtur. Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & vectes ferreos cõfringam: Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum: vt ſcias, quia ego dominus, qui voco nomen tuum Deus Iſrael: propter Iacob ſeruum meum, & Iſrael electum meum. Et vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te, & non cognouiſti me. Ego dominus, & non eſt amplius, extra me nõ eſt Deus. Accinxi te, & non cognouiſti me: vt ſciant hi qui ab ortu ſolis, & qui ab occidente, quoniam abſq; me non eſt Deus. Ego dominus, & nõ eſt alter, formans lucem & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Ego dominus, faciens omnia hæc. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul. Ego Dominus creaui eum. Graduale.

Excita domine potentiam tuam, Pſ. & veni: vt ſaluos facias nos. Qui regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouem, Ioſeph: qui ſedes ſuper Cherubim, appare corã Ephraim, Beniamin, & Manaſſe. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

PReces populi tui, quæſumus domine, clemẽter exaudi: vt, q iuſte peccatis noſtris affligimur, pietatis tuæ viſitatione cõſolemur. Qui.

Lectio Danielis Prophetæ. ca.

IN diebus illis. Angelus domini deſcendit cum Azaria & ſociis eius in fornacem: & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldæis miniſtros regis, qui eam incẽdebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore laudabant, & glorificabãt, & benedicebant Deũ in fornace, dicentes. Hymnus.

m Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ: quod eſt ſanctũ. Et laudabile & glorioſum in ſecula. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper thronum ſanctum regni tui. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubin intuẽs abyſſos. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas uentorum, & ſuper undas maris. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedicãt oẽs angeli, & ſancti tui. Et laudent te, & glorificent in ſecula. Benedicant te cœli, terra, mare, & oĩa quæ in eis ſunt. Et laudent te, & glorificent in ſecula. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Et laudabili & glorioſo in ſecula. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, amen. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcum, ſine Flectamus genua.

Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum. Sequitur Oratio de ſancta Maria & pro Papa, vel contra perſecutores eccleſiæ, vt in prima dom. f. 41.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

n Fratres: Rogamus vos per aduẽtũ domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum, vt non cito moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam tãquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo: quoniam, niſi venerit diſceſſio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tãquam ſit Deus. Nõ retinetis, quod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tãtum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus, quẽ dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Tractus. Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouẽ Ioſeph. Pſ. 79 ℣. Qui ſedes ſuper Cherubim: appare coram Effraim, Beniamin, & Manaſſe. ℣. Excita domine potentiam tuam, & veni: vt ſaluos facias nos. Euãgelium. Anno quintodecimo. vt in ſequenti Miſſa fol. 52. Offertorium. Exulta ſatis filia Sion: prædica filia Ieruſalem: ecce Rex tuus venit tibi ſanctus & ſaluator. Zac. 9

Secreta.

Sacrificiis præſentib⁹ quæſumus domine, placatus intende: vt, deuotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per dominum noſtrum.

Sequitur ſecreta de ſancta Maria, &

pro

pro Papa, vel contra perſecutores eccleſiæ, vt in prima domi. fol.43.
Ps.18 Communio. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius, vſq; ad ſummum eius. Poſtcomm.

QVæſumus domine Deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, q̃ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum. Per dominum noſtrum. Sequitur Poſtcommunio de ſancta Maria, & pro Papa, vel contra perſecutores eccleſiæ, vt in prima do. fol.43.

DOMINICA IIII.

Aduentus. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

Is.45 ROrate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem.
Ps.18 Pſal. Cœli enarrãt gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpir. Oratio.

EXcita domine potentiam tuã, & veni, & magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxiliũ gratiæ tuæ, quod noſtra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui viuis, &c. Oratio de ſancta Maria, & contra perſecutores eccleſiæ, vel pro Papa, ſupra fol.41. Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.c.4 FRatres. Sic nos exiſtimet homo vt Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quęritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi aũt pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neq; meipſum iudico. Nihil.n. mihi cõſcius ſum: ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Qui aũt iudicat me, dñs eſt. Itaq; nolite ante tẽpus iudicare: quoaduſque veniat dñs, qui illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordium. Et tunc laus erit vnicuique à Deo. Grad. Prope eſt dñs oĩbus inuocantibus eum, oĩbus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudẽ domini loquatur os meum, & benedicat omnis caro nomen ſanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Veni domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ Iſrael. Alleluia.

Seq. ſancti Euang. ſecundum Lucã.



ANno quintodecimo imperij Tiberij Ceſaris, procurãte Pontio Pilato Iudęam, Tetrarcha autem Galileę Herode: Philippo aũt fratre eius tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis: & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotũ Anna & Caipha: factum eſt verbũ domini ſuper Ioannem Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnẽ regionẽ Iordanis: prædicans baptiſmum pęnitentię in remiſſionẽ peccatorum, ſicut ſcriptũ eſt in libro ſermonum Iſaię prophetę. Vox clamantis in deſerto: Parate viam domini, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur. Et erũt pra-

ua in directa, & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Credo Offertorium. Aue Maria gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secre.

SAcrificijs præſentibus, quæſumus domine, placatus intende: vt & deuotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per dominum no.

De ſancta Maria, & contra perſecutores eccleſię, vel pro Papa, ſupra fo.43. Cōio. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Poſtcōmunio.

SVmptis muneribus, quæſumus domine, vt cum frequentatione myſterij creſcat noſtræ ſalutis effectus. Per dominum noſtrum.

De ſancta Maria, & contra perſecutores eccleſię, vel pro Papa. fo.43.

¶ Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, totum officiū Miſſę ſit de vigilia, cum commemoratione Dominicę.

¶ In vigilia Natiuitatis Domini. Statio ad Sanctam Mariam maiorem. Introitus.

HOdie ſcietis quia veniet dominus, & ſaluabit nos, & mane videbitis gloriam eius. Pſalmus. Domini eſt terra & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitāt in eo. ℣. Glīa patri, & filio &c. Oratio.

DEus qui nos redēptionis noſtrę annua expectatione lętificas: pręſta, vt vnigenitū tuū, quē redemptorem lęti ſuſcipimus, venientem quoq; iudicem ſecuri videamus, Dominum noſtrum, &c.

Et dicitur hęc oratio tantum, niſi vigilia venerit in Dominica.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos. ca.1.

FRatres, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegregatus in euangeliū Dei (qđ ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de filio ſuo, qui fact⁹ eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri. Per quem accepimus gratiā, & apoſtolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus eſtis & vos vocati, Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Graduale. Hodie ſcietis, quia veniet dominus, & ſaluabit nos, & Ex. 16. mane videbitis gloriā eius. ℣. Qui Pſal. 79. regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouem Ioſeph: qui ſedes ſuper Cherubim, appare corā Ephraim, Beniamin, & Manaſſe. Nō dicitur Alleluia, cum ſequenti verſu, niſi venerit hec vigilia in Dominica.

Alſa, alleſuia. ℣. Craſtina die delebitur iniquitas terrę, & regnabit ſup nos ſaluator mundi. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tempore: Cum eſſet deſponſata Mater Ieſu Maria, Ioſeph: antequam conuenirēt, inuēta eſt in vtero habēs dę ſpiritu ſancto: ca.1.

Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iu-
ſtus,& nollet eam traducere:voluit
occulte dimittere eam.Hæc autem
eo cogitante,ecce Angelus domini
in ſomnis apparuit ei, dicens. Io-
ſeph fili Dauid,noli timere accipe-
re Mariam coniugem tuam.Quod
enim in ea natũ eſt, de Spiritu ſan-
cto eſt. Pariet autem filium, & vo-
cabis nomen eius Ieſum.Ipſe enim
ſaluum faciet populum ſuũ à pec-
Pſ.23 catis eorum. Offertorium. Tolli-
te portas principes veſtras, & ele-
uamini portæ æternales, & introi-
bit rex gloriæ. Secreta.

DA nobis, quæſumus, omnipo-
tens Deus: vt ſicut adoranda
filij tui natalitia præuenimus: ſic
eius munera capiamus ſempiter-
na gaudentes. Qui tecum viuit
& regnat in vnitate Spiritus ſancti
Deus, per omnia ſæcula ſæculo-
Iſ.40 rum. Amen. Communio. Re-
uelabitur gloria Domini, & vide-
bit omnis caro ſalutare Dei no-
ſtri. Poſtcommunio.

DA nobis quæſumus domine,
Vnigeniti filij tui recenſita Na-
tiuitate reſpirare: cuius cæleſti my-
ſterio paſcimur, & potamur. Per
eundem dominum noſtrũ Ieſum
Chriſtum filium tuum. Qui te-
cum viuit & regnat in vnitate ſpi-
ritus ſancti Deus per omnia ſæcu-
la ſæculorum. Amen.

¶ Sacerdos quoniam in die Nata-
lis Domini celebrat tres Miſ-
ſas, in prima & ſecun-
da Miſſa non ſumat
Purificationem,
ſed in tertia
Miſſa.

IN DIE NATIVIT. Die 25
Domini ad primam Miſſam.

Statio ad Sanctam Mariam maio-
rem ad præſepe. Introitus.



DOminꝰ dixit ad me, filiꝰ meꝰ es tu,ego hodie genui te. Pſ.2.
Pſalmꝰ. Quare fremuerũt gentes,& po-
puli meditati ſunt inania. ℣. Glo-
ria patri,& filio,& ſpirituiſan. Oro.

DEus, qui hanc ſacratiſſimã no-
ctem veri luminis feciſti illu-
ſtratione clareſcere: da quæſumus:
vt cuius lucis myſteria in terra co-
gnouimus, eiꝰ quoq; gaudiis in cę-
lo perfruamur. Qui tecum viuit.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apo-
ſtoli ad Titum. ca.2.

CAriſſime:Apparuit gratia Dei
Saluatoris noſtri omnibus ho-
minibus, erudiens nos: vt abnegan-
tes impietatem, & ſęcularia deſide-
ria: ſobrie, & iuſte, & pie viuamus
in hoc ſæculo: expectantes beatam
ſpem, & aduentum gloriæ magni
Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chri-
ſti: qui dedit ſemetipſum pro no-
bis: vt nos redimeret ab omni ini-
quitate: & mundaret ſibi populũ
acceptabilem, ſectatorem bonorũ
operum. Hæc loquere, & exhorta-
re,in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Graduale. Tecum principium in Pſal. 109
die virtutis tuę:in ſplendoribus ſan-
ctorum ex vtero ante luciferum ge-
nui te. ℣. Dixit dominus domino
meo: ſede à dextris meis:donec po-

nam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣.
2. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia.
Sequentia S. Euangelij ſecundum Lucam.



2. IN illo tempore. Exiit edictū à Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hęc deſcriptio prima, facta eſt à præſide Syriæ Cirino. Et ibant omnes, vt profiterētur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem: eo quod eſſet de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore, prægnante. Factum eſt autem cum eſſet ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit: & reclinauit eum in præſepio, quia nō erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodiētes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce, angelus domini ſtetit iuxta illos: & claritas Dei circunfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie ſaluator: qui eſt Chriſtus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militiæ cęleſtis, laudantium Deum & dicentiū. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Credo. Offertoriū. Lętentur cęli, & exultet terra ante faciem domini: quoniam venit. Pſ. 95
Secreta.

ACcepta tibi ſit domine, quæſumus, hodiernæ feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hęc ſacroſancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Præfatio. Quia per incarnati, folio [illegible]. Et dicitur quotidie vſque ad Epiphaniam. Infra actionem. Communicantes, & noctem ſacratiſſimam celebrantes. Et dicitur quotidie vſq; ad octaua Natiuitatis tantum incluſiue. Sed in hac Miſſa tantum dicitur noctem, deinceps vero diem. Communio.

In ſplēdorib' ſanctorū ex vtero ante luciferū genui te. Pſal. 109
Poſtcommunio.

DA nobis, quæſumus domine Deus noſter: vt qui Natiuitatem domini noſtri Ieſu Chriſti myſteriis nos frequentare gaudemus: dignis conuerſationib' ad eius mereamur peruenire cōſortiū. Qui tec.

¶ Debet Sacerdos ante quamlibet Miſſam confeſſionem dicere, & in fine cuiuſlibet populo benedicere, & Euangelium ſancti Ioannis. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum legere. Poſt tertiam vero Miſſam loco prædicti Euangelij dicitur euangelium Cum natus eſſet Ieſus, quod in die Epiphaniæ legitur, folio 70.

In ſecunda Miſſa. Statio ad ſanctã Anaſtaſiam. Introitus.

Iſa. 9 LVx fulgebit hodie ſuper nos: quia natus eſt nobis dominus: & vocabit' admirabilis, deꝰ princeps pacis, pater futuri ſeculi: cuius regni nõ erit finis.

Pſal. 92. Pſalmus. Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinẽ, & præcinxit ſe. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio.

DA nobis, quęſumus omnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur, hoc in noſtro reſplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem dominum noſtrum.

Deinde fit commemoratio de ſancta Anaſtaſia. Oratio.

DA, q̃s omnipotẽs Deus: vt qui beatæ Anaſtaſiæ martyris tuæ ſolennia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominũ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum.

ca. 3. CAriſſime: Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei: nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos: ſed ſecũdum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundũ ſpem vitę æternæ, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Graduale.

Pſal 117. Benedictus qui venit ĩ nomine domini: deus dominus, & illuxit nobis. ℣. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile ĩ oculis noſtris. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit decorem induit, induit dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore. Paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamꝰ vſq; Bethlẽ: & videamꝰ hoc verbum, quod factũ eſt, quod fecit dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in prę ſepio. Vidẽtes autem, cognouerũt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierũt, mirati ſunt: & de his quæ dicta erãt à paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, cõferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes & laudantes deum in omnibus quæ audierant, & viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Credo. Offertorium. Deus firmauit orbem terræ: qui non commouebitur, parata ſedes tua Deus ex tunc, à ſæculo tu es. Secreta.

MVnera noſtra, quæſumus domine, Natiuitatis hodiernæ myſteriis apta proueniant, & pacẽ nobis ſemper infundant: vt ſicut homo genitus idem refulſit deus, ſic nobis hæc terrena ſubſtãtia cõferat q̃d diuinum eſt, Per eundem dominum noſtrum.

Pro ſancta Anaſtaſia. Secreta.

ACcipe, quæſumus domine,

munera dignanter oblata, & beatę Anaſtaſiæ ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium ꝑ eruenire concede. Per dominum no.

Præfatio, & Communicantes, vt ſupra in prima Miſſa. Cõmunio.

Exulta filia Sion, lauda filia Hieruſalem: ecce rex tuus venit ſanctus, & ſaluator mundi. Poſtcõmunio.

Hvius nos domine ſacramenti ſemper nouitas natalis inſtauret, cuius Natiuitas ſingularis humanam repulit vetuſtatem. Per eundem dominum noſtrum. Pro ſancta Anaſtaſia. Poſtcommunio.

Satiaſti domine familiam tuã muneribus ſacris: eius, quæſumus, interuentione nos refoue, cuius ſollẽnia celebramus. Per eund.

¶ Ad tertiam Miſſam. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



Pver natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius imperium ſuper humerũ eius: & vocabitur nomen eius magni conſilij
7 Angelus. Pſalmus. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundẽ dominũ.

Lectio epiſt. B. Pauli apoſt. ad Heb.

Fratres: Multifariam multiſq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit hæredem vniuerſorum: per quem fecit & ſecula. Qui, cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ: purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum? Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rurſum. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, ꝓ participib⁹ tuis. Et tu in principio domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli. Ipſi peribunt: tu autem permanebis: & omnes vt veſtimentum veteraſcent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabũtur. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Graduale.

Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notũ fecit dominus ſalutare ſuũ: ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſtitiã ſuam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate do-

minum: quia hodie deſcendit lux magna ſuper terram, Alleluia.

Initium Sancti euangelij ſecundum Ioannem.



ca. 1. IN principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & Deꝰ erat verbũ. Hoc erat ĩ principio apud deũ. Oĩa per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factũ eſt. In ipſo vita erat:& vita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehēderunt. Fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium: vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, vt oēs crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnē hominem venientē in hũc mundum. In mundo erat:& mũdus per ipſum factus eſt:& mũdus eum non cognouit. in propria venit:& ſui eũ non receperũt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis poteſtatē filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis(& vidimus gloriam eius, gliã quaſi vnigeniti a patre) plenũ gratię,& veritatis. Credo. Offert.

Pſ. 88 Tui ſunt cęli, & tua eſt terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia & iudiciũ pręparatio ſedis tuę. Secreta.

OBlata dominę munera,noua vnigeniti tui Natiuitate ſanctifica:noſque a peccatorum noſtrorũ maculis emunda. Per eundem dominum. Pręfatio, & Cõmunicantes. vt in canone. Cõio.

Viderunt omnes fines terrę ſalutare dei noſtri. Poſtcommunio.

PRæſta, quęſumus omnipotens deus: vt natus hodie Saluator mudi, ſicut diuinę nobis generations eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum.

¶In ſancti Stephani protomartyris. Statio ad ſanctum Stephanũ in Cęlio monte. Introitus.

SEderunt principes, & aduerſum me loquebantur: & iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me domine deꝰ meus: quia ſeruus tuus excercebatur in tuis iuſtificationibus. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DA nobis, quęſumus, domine, imitari quod colimus: vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dominum noſtrum.

Et fit commemoratio de natiuitate. Oratio. Concede. fol. 57.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat ꝓdigia & ſigna magna in populo. Surrexerunt autem quidam de ſynagoga, quæ appellabatur Libertinorum,& Cyrenenſium, & Ale-

xandrinorum,& eorum qui erãt à
Cilicia & Aſia, diſputantes cũ Ste-
phano: & nõ poterant reſiſtere ſa-
pientiæ,& ſpiritui qui loquebatur.
Audientes aũt hæc, diſſecabantur
cordibus ſuis, & ſtridebãt dẽtibus
in eũ: Cũ aũt eſſet Stephanus ple-
nus Spiritu ſancto,intendens in cę
lum vidit gloriam dei,& Ieſum ſtã
tem à dextris virtutis Dei,& ait. Ec
ce video cœlos apertos:& filiũ ho-
minis ſtantẽ à dextris virtutis Dei.
Exclamantes aũt voce magna, con
tinuerunt aures ſuas: & impetũ fe-
cerunt vnanimiter in eũ.Et eiicien
tes eum extra ciuitatẽ,lapidabãt.Et
teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua
ſecus pedes adoleſcentis, qui voca-
batur Saulus.Et lapidabant Stepha
num inuocantem,& dicẽtem: Do
mine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meũ.
Poſitis autẽ genibus, clamauit vo-
ce magna, dicens. Domine ne ſta-
tuas illis hoc peccatum. Et cum
hoc dixiſſet, obdormiuit in domi-
no. Gradu. S ederunt principes, &
aduerſum me loquebantur, & ini-
qui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua
me domine Deus meus: ſaluũ me
fac propter miſericordiam tuam.
A lleluia, alleluia. ℣. Video cęlos
apertos, & Ieſum ſtantem à dex-
tris virtutis Dei, Alleluia.
Seq. ſancti euang. ſm Mattheum



I N illo tẽ-
pore:Dice
bat Ieſus tur
bis Iudęorũ,
& principi-
bus ſacerdo-
tũ. Ecce,ego
mitto ad vos
prophetas, & ſapiẽtes,& ſcribas: &
ex illis occidetis & crucifigetis: &
ex eis flagellabitis in ſynagogis ve-
ſtris, & perſequemini de ciuitate
in ciuitatẽ:vt veniat ſuper vos om-
nis ſanguis iuſtus,qui effuſus eſt ſu-
per terrã:à ſanguine Abel iuſti,vſq;
ad ſanguinem Zacharię filij Bara-
chię,quẽ occidiſtis inter templũ &
altare. Amen dico vobis: venient
hæc oĩa ſuper generationẽ iſtã. Ie-
ruſalẽ Ieruſalẽ,quę occidis prophe
tas, & lapidas eos qui ad te miſſi
ſunt: quoties volui cõgregare filios
tuos,quẽadmodũ gallina cõgregat
pullos ſuos ſub alas,& noluiſti? Ec
ce relinquetur vobis domus veſtra
deſerta. Dico enim vobis: non me
videbitis amodo, donec dicatis:
Benedictus qui venit in nomine
domini. Credo. Offerto.
E legerũt apoſtoli Stephanũ leuitã,
plenũ fide & ſpiritu ſancto: quem
lapidauerũt Iudęi orantem & dicẽ
tem: domine Ieſu, ſuſcipe ſpiri-
tum meum, alleluia. Secreta.
S Vſcipe dñe munera, ꝓ tuorũ cõ
memoratione ſanctorũ:vt ſicut
illos paſſio glorioſos effecit,ita nos
deuotio reddat innocuos. Per do.
Pro Natiuitate Domini. Secreta.
O blata domine.fol.58. Cõmunio.
V ideo cælos apertos, & Ieſum ſtan Act.7
tem à dextris virtutis dei: domine
Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum, &
ne ſtatuas illis hoc pctm̃. Poſtcõio.
A Vxilientur nobis dñe ſumpta
myſteria:& intercedẽte beato
Stephano ꝓtomartyre tuo ſempi-
terna ꝓtectione cõfirment. Per do.
Pro [illegible] itate. Poſtcommunio.
P ræſta quæſumus. folio 58.

Dic. 27. In Sancti Ioannis apoſtoli & euã geliſtę. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.

eccle. 15. IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtię, & intellectus: ſtolam glorię induit eum. Psal. 91. Pſalmus. Bonum eſt confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria. Oratio.

ECcleſiam tuam domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis apoſtoli tui & euangeliſtę illuminata doctrinis ad dona perueniat ſempiterna. Per dominũ noſtrũ. Deinde fit commemoratio de Natiuitate, & de ſancto Stephano vt ſupra. folio 58. & 60. Lectio libri ſapientię.

eccl. 15. QVi timet deũ, faciet bona: & qui continens eſt iuſtitię, apprehendet illam: & obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illũ pane vitę, & intellectus: & aqua ſapientię ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illũ, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos ſuos. In medio eccleſiæ aperiet os eius: & implebit eum dominus ſpiritu ſapientię & intellectus: & ſtolã glorię induet eum. Iucunditatẽ & exultationem theſaurizabit ſuper eum: & nomine ęterno hereditabit illũ dominus deus noſter. Ioã. 21. Gra. Exijt ſermo inter fratres, ꝙ diſcipulus ille non moritur: & non dixit Ieſus nõ moritur. ℣. Sed ſic eum volo manere donec veniã, tu me ſequere. Alla, alleluia. ℣. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimoniũ perhibet de his: & ſcimus quia verũ eſt teſtimonium eius, alleluia. Sequent. ſancti euang. ſm Ioannẽ.



IN illo tempore: Dixit Ieſus Petro. Sequere me. Cõuerſus Petrus, vidit illum diſcipulũ, quẽ diligebat Ieſ⁹, ſequentem: qui & recubuit in cęna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cũ vidiſſet Petrus, dixit Ieſu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus. Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur. Et nõ dixit ei Ieſus, quia nõ moritur: ſed ſic eũ volo manere donec veniã, quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: & ſcripſit hęc. Et ſcimus, qa verũ eſt teſtimoniũ eius. Credo. Offer. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

SVſcipe domine munera, quę in eius tibi ſolemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrum. Deinde fit commemoratio de Natiuitate, & de S. Stephano. vt ſupra fol. 60. Cõmunio. Exijt ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille nõ moritur: & non dixit Ieſus, nõ moritur, ſed ſic eum volo manere donec veniam. Poſtcommunio. Refecti cibo potuque cęleſti,

deus noſter te ſupplices deprecamur: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum. Deinde de Natiuitate, & de Sancto Stephano. vt ſupra. folio 58.

¶ In ſanctorum Innocentiũ. Statio ad ſanctum Paulum, Introitus.

EX ore infantium deus & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos. Pſalmus.
B. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣. Gloria.

Non dicitur Gloria in excelſis. nec Alleluia. nec Ite miſſa eſt. niſi hoc feſtum venerit in Dominica: ſed ĩ octaua ſemper dicitur. Oratio.

DEus, cuius hodierna die pręconium Innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quã lingua noſtra loquitur, etiã moribus vita fateatur. Per do.

Deinde pro Nati. pro S. Stephano, & pro Sancto Ioanne, vt ſupra.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

I. IN diebus illis: Vidi ſupra montem Sion agnum ſtantem, & cũ eo centum quadragintaquatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiuit vocem de cœlo, tanquam vocem aquarũ multarum: & tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui, ſicut citharędorum citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticum nouũ ante ſedem dei, & ante quatuor animalia, & ſeniores. Et nemo poterat dicere cãticum, niſi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnũ, quocũq; ierit. Hi empti ſunt ex hõminibus primitiæ Deo & agno: & in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim ſunt ante thronum dei. Graduale.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta Pſal. 123.
eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrũ in nomine domini, qui fecit cęlũ & terrã. Al̃la. al̃l. ℣. Laudate pueri do- Pſal. 112.
minum, laudate nomẽ domini, alleluia. Tractus ſubſcriptus, ſemper dicitur prętermiſſo, Alleluia, niſi hoc feſtũ venerit ĩ dominica. In octaua vero nũquã dicitur Tractus. Effuderunt ſanguinem ſan- Pſal. 78.
ctorum, velut aquam in circuitu Ieruſalem. ℣. Et non erat qui ſepeliret. ℣. Vindica domine ſanguinẽ ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt ſuper terram.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tẽpore. Angelus ca. 2.
domini apparuit ĩ ſomnis Ioſeph, dicens. Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt Herodes quæ-

rat puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum. Et erat ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictũ eſt à domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis: iratus eſt valde. Et mittens, occidit omnes pueros qui erãt in Bethleem, & in oĩbus finibus eius, a bimatu & infra, ſecundum tẽpus quod exquiſiuerat à Magis. Tunc adimpletum eſt quod dictũ eſt per Ieremiam prophetam, dicentem. Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorãs filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. Credo. Offert. Anima
Pſal. 123. noſtra, ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Secre.

Sanctorũ tuorũ domine nobis pia nõ deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuã nobis indulgentiã ſemper obtineat. Per.

Deinde pro Nat. pro Sãcto Stephano, & pro S. Ioanne vt ſup. Cõio.

Ier. 31. Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. Poſtcõmunio.

Votiua domine dona ꝑcepim⁹ quæ ſanctorũ nobis precibus: & pręſentis, q̃s, vitę pariter & ęternę tribue conferre ſubſidium. Per.

Deinde pro Nat. pro Sãcto Stephano, & pro Sancto Ioanne, vt ſupra.

¶ Si feſtum ſancti Thomæ venerit in Dominica, transfertur in ſequentem diem.

In feſto ſancti Thomæ epiſcopi, & martyris. Introitus.

Gaudeamus omnes in domino, diem feſtũ celebrantes ſub honore btĩ Thomę martyris, de cui⁹ paſſiõe gaudent angeli, & collaudant filiũ dei.

Pſalmus. Exultate iuſti ĩ domino, Pſal. 32.
rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpir. &c. Oratio.

Deus, pro cuius eccleſia glorioſus pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit: præſta quæſumus: vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectũ. Per.

Pro Natiuitate domini. Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.

Pro ſancto Stephano. Oratio.

Da nobis, q̃s domine, imitari quod colimus, vt diſcamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebram⁹, qui nouit ẽt pro perſecutoribus exorare dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuũ.

Pro ſancto Ioanne. Oratio

Eccleſiam tuã domine benign⁹ illuſtra: vt beati Ioannis apoſtoli tui & euangeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Pro Innocentib⁹. Oratio.

Deus, cuius hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo cõfeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorũ mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiã

moribus vita ſateatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebræos.

FRatres. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circũdatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quẽadmodum pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt põtifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternũ, ſecũdum ordinem Melchiſedech.

Gradu. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
10. cundum Ioannem.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus Phariſęis. Ego ſũ paſtor bon⁹. Bon⁹ paſtor animam ſuã dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco oues meas: & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile & vnus paſtor. Credo. Offert.

Poſuiſti domine in capite ei⁹ coro Pſal. 20.
nam de lapide precioſo: vitam petiit à te, & tribuiſti ei, allel. Secre.

MVnera tibi domine dicata ſanctifica: & intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum noſtrum.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate ſanctifica: noſque à peccatorum noſtrorum maculis emunda.

Pro ſancto Stephano. Secreta.

SVſcipe domine munera ꝓ tuorum cõmemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit: ita nos deuotio reddat innocuos. Pro S. Ioanne. Secreta.

SVſcipe domine munera, quę in eius tibi ſollennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

SAnctorum tuorum nobis domine pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, &

tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum. Cõio.

Ioã. 10. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Poſtcommunio.

HAec nos communio domine purget à crimine, & intercedente btõ Thoma martyre tuo, atque pontifice, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

Pro Natiuitate. Poſtcommunio.

PRęſta, quæſumus, omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi, ſicut diuinæ nobis generationis eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor.

Pro ſancto Stephano. Poſtcõio.

AVxilietur nobis dñe ſumpta myſteria: & intercedẽte beato Stephano ꝓtomartyre tuo, ſempiterna protectione confirment.

Pro Sãcto Ioanne. Poſtcõmunio.

REfecti cibo potuq; cœleſti Deus noſter, te ſupplices deprecamur: vt in cuius hæc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus. Poſtcõio.

VOtiua domine dona percepimus: quę ſanctorũ nobis precib⁹: & pręſentis, q̃s, vitæ pariter & æternæ tribue cõferre ſubſidiũ. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ.

¶ Si feſtũ Natiuitatis Domini, ſancti Stephani, ſancti Ioannis euangeliſtæ, & ſanctorum Innocẽtum, venerit in Dominica, ipſa die nihil fit de Dominica: ſed die proximo poſt feſtũ ſancti Thomæ martyris dicitur Miſſa de Dominica. Si autem feſtum ſancti Thomę venerit in Dominica, dicitur Miſſa de Dominica cũ cõmemoratione de aliis octauis: & feſtũ ſancti Thomæ transfertur in ſecundã feriam. Si vero poſt feſtum ſancti Thomæ fuerit Sabbatũ, ipſa die Sabbati dicitur miſſa de octaua Natiuitatis, cum cõmemoratione de alijs octauis. Et ĩ die S. Syluestri fit officiũ de feſto cũ cõmę. de dñica, & de octa.

¶ Miſſa de Dominica infra octauã Natiuitatis domini. Introitus.

DVm medium ſilentiũ teneret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotens ſermo tuus domine, de cęlis à regalibus ſedibus venit. Sap. 18. Pſal. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem, & pręcinxit ſe virtute. Pſal. 92. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, dirige actus noſtros ĩ beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eũdem dominum.

Et fit commemoratio de octauis, quas habes in die Sancti Thomæ epiſcopi & martyris ſupra.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Galatas. ca. 4.

FRatres. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filiũ ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant,

redimeret : vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per deū. Graduale.
ſal. 4. Speciosus forma præ filiis hominū, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meum verbū bonum, dicō ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.
al. 2. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



2. IN illo tempore. Erant Ioſeph, & Maria mater Ieſu, mirātes ſuper his, quæ dicebātur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam: & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignū cui contradicetur: & tuā ipſius animā pertranſibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna propheriſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua vſque ad annos octoginta quatuor, quę non deſcendebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiēs nocte, ac die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē Iſrael. Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem dñi, reuerſi ſunt in Galilęam, in ciuitatem ſuā Nazareth. Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſapiētia: & gratia dei erat in illo. Credo. Offerto. Deus firmauit orbem terræ, qui non cōmouebitur: parata ſedes tua deus ex tunc, à ſeculo tu es. Secreta. Pſal. 92.

Concede, quæſumus, omnipotens deus: vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiam nobis piæ deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominum noſtrum.

Cōmemorationes ſecretas de octauis habes in die ſancti Thomæ Epiſcopi & mart. ſupra fol. 63. Cōio. Tolle puerū & matrē eius, & vade in terrā Iſrael: defuncti ſunt enim qui qrebāt animā pueri. Poſtcōio. Mat. 2.

Per huius domine operationem myſterij, & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Poſt cōmuniones pro cōme. octauarum habes in Miſſa ſancti Thomę epiſcopi & marty. fol. 62.

¶ Miſſa de octaua Natiuitatis Domini. Introitus.

Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius: & vocabitur nomē eius magni conſilij angelus. Iſa. 9. Pſalmus. Cātate domino cāticū nouū, quia mirabilia fecit. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 97.

Con-

CONcede, quæſumus, omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem. &c.

Commemorationes pro aliis octauis require ſupra. folio 62.

Lectio epiſtolæ Beati Pauli apoſtoli ad Titum.

CHariſſime: Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitiæ, quę fecimus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti: quem effudit in nos abũde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hęredes ſimus ſecundum ſpem vitę
Pſal. æternæ. In Chriſto Ieſu domino
97. noſtro. Graduale. Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notũ fecit dominus ſalutare ſuum: ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Alleluia, alleluia. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gentes, & adorate dominum: quia hodie deſcendit lux magna ſuper terram. Alleluia.

Euangelium. Paſtores loquebantur adinuicem. vt ſupra in ſecunda Miſſa Natiuitatis. folio 57.

Pſal. Credo. Offertorium. Tui ſunt cęli,
88. & tua eſt terra: orbem terrarũ, & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Secreta

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate ſanctifica: noſque à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per eũ.

Commemorationes pro aliis octauis require ſupra. folio 64.

Communio. Viderunt oẽs fines Pſ.
terre ſalutare dei noſtri. Poſtcõio. 97.

PRęſta, quæſumus, omnipotẽs deus: vt natus hodie Saluator mundi, ſicut diuinæ nobis generationis eſt auctor, ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecũ viuit & regnat. Commemora. pro aliis octauis require ſupra. fol. 64.

¶ Si feſtum ſancti Syluestri in Dominica venerit, dicit' Miſſa de eo, & comme. de Dñica, & de octauis.

¶ In die ſancti Syluestri Papæ & confeſſoris. Introitus.

SAcerdotes tui domine induãt iuſtitiam, & ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruũ tuum non auertas faciem Chriſti tui. Pſalmus. Memen Pſ.
to domine Dauid, & oĩs mãſuetu- 13
dinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

DA, quęſumus, oĩpotens deus: vt beati Syluestri confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per dominũ no.

Et fit commemoratio de Natiuitate, & aliis octauis vt ſupra. f. 62.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

CAriſſime: Teſtificor corã deo 2.
& Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, per aduẽtum ipſius, & regnum eius: prædica verbum: inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctri-

nam non ſuſtinebunt : ſed ad ſua
deſideria coaceruabunt ſibi magi-
ſtros, prurientes auribus : & à ve-
ritate quidem auditum auertent,
ad fabulas autem conuertētur. Tu
vero vigila, in omnibus labora, o-
pus fac euangeliſtæ, miniſterium
tuum imple, ſobrius eſto. Ego e-
nim iam delibor : & tempus reſo-
lutionis meæ inſtat. Bonum certa-
men certaui, curſum conſumma-
ui, fidem ſeruaui. In reliquo repo
ſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam
reddet mihi dominus in illa die, iu
ſtus iudex : non ſolum autē mihi,
ſed & ijs qui diligunt aduentum
eius. Graduale.

l. Ecce ſacerdos magnus, qui in die-
bus ſuis placuit deo. Non eſt in
uentus ſimilis illi, qui conſeruaret
legem excelſi. Alleluia, alleluia.
l. Inueni Dauid ſeruum meū, oleo
ſancto meo vnxi eum, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Lucam.



IN illo tē-
pore : Di-
xit Ieſus di-
ſcipulis ſuis.
Sint lūbi ve-
ſtri precin-
cti, & lucer-
næ ardentes
in manibus veſtris. Et vos ſimiles
hominibus expectātibus dominū
ſuum, quādo reuertatur à nuptiis :
vt cum venerit & pulſauerit, confe
ſtim aperiāt ei. Beati ſerui illi, quos
cū venerit dominus, inuenerit vigi
lantes. Amen dico vobis, quod præ
cinget ſe, & faciet illos diſcumbe-
re, & tranſiens miniſtrabit illis. Et,
ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in
tertia vigilia venerit, & ita inuene-
rit : beati ſunt ſerui illi. Hoc aūt ſci
tote : quoniam ſi ſciret pater fami
lias, qua hora fur veniret, vigilaret
vtique, & non ſineret perfodi do-
mum ſuā. Et vos eſtote parati : quia
qua hora non putatis, filius homi
nis veniet. Credo. Offertorium.

Inueni Dauid ſeruū meū, oleo ſan Pſal.
cto meo vnxi eū : man⁹ enim mea 88.
auxiliabitur ei : & brachium meū
confortabit eum. Secreta.

SAncti tui, domine, nos q̄s vbiq;
lætificent : vt, dum eorum me-
rita recolimus, patrocinia ſentia-
mus. Per dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum filium tuum : Qui.

Pro Natiuitate, & aliis octauis. re-
quire ſupra folio 63. Cōmunio

Beatus ſeruus, quem cum venerit Mat.
dominus, inuenerit vigilantem : a- 24.
mē dico vobis, ſuper omnia bona
ſua cōſtituet eum. Poſtcōmunio.

PReſta, quęſumus, omnipotēs
deus : vt de perceptis munerib⁹
gratias exhibentes, intercedēte bea-
to Syluestro confeſſore tuo, atque
pontifice, beneficia potiora ſuma-
mus. Per dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum filium tuum : Qui.

Pro Natiui. & aliis octauis require
poſtcōmuniones ſupra. fol. 64.

¶ In die Circuncisionis, & in octa
ua Natiui. Domini : Statio ad ſan
ctā Mariā trans Tiberim. Introit⁹

PVer natus eſt nobis, Iſa.
& filius datus eſt no- 9.
bis, cuius imperium
ſuper humerum ei⁹ :
& vocabitur nomen
ei⁹ magni cōſilij ange

lus.

lus. Pſalmus. Cantate domino cãticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. Pſal. 97.

DEus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ filium tuũ: Qui tecũ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum.

ca. 2. CAriſsime, Apparuit gratia dei ſaluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria: ſobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare: In Chriſto Ieſu domino noſtro. Graduale.

Pſal. 97. Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus ſalutare ſuum: ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuã.

heb. 1. Alleluia, allel. ℣. Multifarie olim deus loquens patribus in prophetis, nouiſsime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 2. IN illo tempore. Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circũcideretur puer: vocatũ eſt nomẽ eius IESVS. Quod vocatũ eſt ab angelo, priuſquam in vtero conciperetur. Credo. Offerto.

Pſal. 88. Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia & iudiciũ præparatio ſedis tuę. Secreta.

MVneribus noſtris, quæſumus domine, precibuſque ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Communio. Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri. Poſtcommunio. Pſal. 97.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per eundem dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

Si aliqua ex his octauis in Dominica venerit, fit officium de octaua: de Dominica vero nihil fit.

¶ In octaua ſancti Stephani totum officium Miſſæ dicitur ſicut in die, præter orationem quæ ſequitur. Et dicitur. Credo. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui primitias martyrũ in beati leuitæ Stephani ſanguine dedicaſti: tribue quęſumus: vt pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus exorauit dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.

Et fit commemoratio de Sancto Ioanne, & de Innocentibus.

¶ In octaua ſancti Ioannis officiũ Miſſę dicitur ſicut in feſto eius. Et dicitur Credo. Prima oratio de die, ſecunda de Innocentibus.

¶ In octaua ſanctorum Innocen.

officium Miſſæ dicitur ſicut in die, addito. Gloria in excelſis. Alleluia, & Ite miſſa eſt.

¶ In vigilia Epiphaniæ. Introitus.

ip. CVm medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter peragerer, omnipotens ſermo tuus domine, de cœlis à regalibus ſedibus venit. Pſalmus.
ſ.92 Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtute. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem dominũ. Secunda oratio dicitur de ſancta Maria. Deus qui ſalutis. Tertia cõtra perſecutores eccleſiæ. Eccleſię. vel pro Papa. Deus om. vt inf. f.74.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

.4. FRatres. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dominus omniũ: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſq; ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorũ reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamãtem, Abba pater. Itaq; iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hęres per Deum. Graduale. Specioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Pſ.44 ℣. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinẽ, & præcinxit ſe virtute. Alleluia. Pſ.92

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tempore. Defuncto Herode, ecce Angelus domini apparuit ĩ ſomnis Ioſeph in Aegypto, dicens. Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim, qui quærebãt animam pueri. Qui conſurgens, accepit puerum & matrem eius: & venit in terram Iſrael. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire. Et admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galileæ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetas: quoniã Nazarenus vocabitur. ca.2.

Offertorium. Deus firmauit orbem terræ, qui non commouebitur: parata ſedes tua Deus ex tunc à ſæculo tu es. Pſ.92

Secreta.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus: vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiã nobis piæ deuotionis obtineat, &

effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecũ.
Secunda ſecreta de ſancta Maria. Muneribus. Tertia contra perſecutores eccleſiæ. Protege. vel pro Papa. Oblatis. vt infra. fol. 74.
Mat. 2. Communio. Tolle puerum & matrem eius, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

Poſtcommunio.

PEr huius domine operationẽ myſterij, & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrum.
Secunda poſtcommunio de ſancta Maria. Hæc nos communio.
Tertia cõtra perſecutores eccleſiæ. Quæſumus. vel pro papa. Hæc nos quæſumus. vt infra. folio 74.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.



Mal. 3. ECce aduenit dominator dominus, & regnũ in manu eiꝰ, & poteſtas, & imperiũ.
Pſal. 71. Pſ. Deꝰ iudicium tuũ regi da, & iuſtitiam tuã filio regis. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. &c.

Oratio.

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vſque ad cõtemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecũ viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

SVrge, illuminare Ieruſalem, quia venit lumẽ tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebrę operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgẽt. Tũc videbis & afflues: & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ, quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gẽtiũ venerit tibi. Inũdatio camelorũ operiet te, Dromedarij Madian, & Epha. Omnes de Saba veniẽt, aurũ & thus deferẽtes: & laudẽ domino annũciantes.

Gradua. Omnes de Saba venient, aurũ & thus deferentes, & laudem domino annũciantes. ℣. Surge, & illuminare Ieruſalem, quia gloria domini ſuper te orta eſt. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus ſtellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare dominum, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

CVm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerunt Ieroſolymam, dicẽtes. Vbi eſt, qui natus

eſt rex Iudæorum:. Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotũ & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerũt ei. In Bethleem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi: vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens, ſtaret ſupra vbi erat puer. Vidẽtes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: Et procidentes, adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, & mirrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuã.

Credo. Offerto.

Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent: & adorabunt cũ omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Secreta.

ECcleſiæ tuæ quæſumus domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus, & mirrha profertur: ſed quod eiſdẽ muneribus declaratur, immolatur, & ſumitur. Per dominum noſtrum.

Præfatio. Quia cum vnigenitus. folio Infra actionem. Communicantes, & diem ſacratiſſimũ celebrantes, quo vnigenitus tuus. vt in Præfationibus. Et dicũtur per octauam. Communio.

Vidimus ſtellam eius in oriente: & venimus cum muneribus adorare dominum. Mat. 2. Poſtcommunio.

PRæſta, quæſumus, omnipotẽs deus: vt quæ ſolenni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia conſequamur. Per domi.

Infra octauam Epiphaniæ fit idem officiũ, quod in die: & poſt orationem diei dicũtur orationes. Deus qui ſalutis æternę. & Eccleſiæ tuæ. vel pro Papa, vt infra. folio 74.

¶ De feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus, quæ infra octauã veniũt, nihil tunc agitur, niſi in propria eccleſia, ſed peracta octaua celebrãtur: de ſimplicibus autem fit tantum commemoratio. De Dominica infra octauam Epiphanię Miſſa dicitur, vt infra. Quod ſi feſtum Epiphaniæ in Dominica venerit, ipſa Miſſa dominicę dicitur in Sabbato infra octauam, & in octaua Epiphaniæ nihil fit de Dominica.

¶ Dominica infra octauam Epiphaniæ. Introitus.

IN excelſo throno vidi ſedere virum, quẽ adorat multitudo angelorum pſallentes invnum: ecce cuius im-

perij nomen eſt in ęternum. Pſal.
Pſ.99 Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in lætitia. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

VOta, quę ſumus domine, ſupplicantis populi cęleſti pietate proſequere: vt, & quę agẽda ſũt videant, & adimplenda quę viderint, conualeſcant. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Pro commemor. epiphanię. Oro. Deus qui hodierna ſupra fol. 70.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

c.12. FRatres. Obſecro vos per miſericordiã dei: vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuẽtem, ſanctã, deo placentem, rationabile obſequium veſtrũ. Et nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis, quę ſit voluntas dei bona, & beneplacẽs, & perfecta. Dico enim per gratiã dei quę data eſt mihi: oĩbus qui ſunt inter vos. Non plus ſapere quã oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatẽ. Et vnicuique, ſicut deꝰ diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia aũt membra non eundem actum habent: ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter alterius membra, in Chriſto Ieſu domino noſtro. Gra.

Ps.71 Benedictus dominus deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus a ſeculo. ℣. Suſcipiant montes pacẽ populo tuo: & colles iuſtitiam.

Pſ.99 Alleluia, alleluia. ℣. Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in lętitia, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



CVm factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendẽtibus illis Ieroſolymam, ſecũdũ conſuetudinem diei feſti, cõſummatiſq; diebus cum redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem; & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes aũt illũ eſſe in comitatu, venerũt iter diei, & requirebãt eum inter cognatos & notos. Et nõ inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirẽtes eũ. Et factum eſt: poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorũ, audientẽ illos, & interrogantem. Stupebant autẽ omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis eius. Et vidẽtes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt, quod me quęrebatis? Neſciebatis, quia in his quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbũ, quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hęc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapiẽtia, & ętate, & gratia apud deum & homines.

Credo. Offertorium.

Iubilate deo omnis terra, ſeruite domino in lętitia. intrate in conſpectu eius in exultatione, quia do-

minus ipſe eſt deus. Secreta.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper & muniat. Per dominum noſtrum.

Pro Epiphania. Secreta. Eccleſiæ tuæ. vt ſupra. folio 71.

Communio. Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quęrebamus te. Et quid eſt, quod me quęrebatis? neſciebatis quia in his quę patris mei ſunt, oportet me eſſe? Poſtcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum noſtrum &c.

Pro Epiphania. Poſtcommunio. præſta quęſumus. ſupra. folio 71.

¶ In octaua Epiphanię. Introitus.

al. Ecce aduenit dominator dominus, & regnū in manu eius, & poteſtas, & imperium. Pſal. Deus iudicium tuū regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Deus, cuius vnigenitus in ſubſtātia noſtrę carnis apparuit: præſta quæſumus: vt per eum, quē ſimilē nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate &c.

Lectio Iſaiæ prophetę.

60 Surge, illuminare Ieruſalem. vt ſupra in die Epiphaniæ. fo. 70. Grad.

Omnes de Saba venient, aurum & thus deferētes, & laudem domino annunciantes. ℣. Surge, & illuminare Ieruſalem: quia gloria domini ſuper te orta eſt. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus ſtellam eius in oriente: & venimus cū muneribus adorâre dominum. Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Ioannem. ca. 1



In illo tempore. Vidit Ioannes Ieſum veniētē ad ſe, & ait. Ecce agnus Dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hic eſt, de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt: quia prior me erat, & ego neſciebā eū. Sed vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimoniū perhibuit Ioannes, dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cęlo, & manſit ſuper eum. Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi: & teſtimonium perhibui: quia hic eſt filius dei. Credo.

Pſal. 71 Offertorium. Reges Tharſis & Inſulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ, oēs gentes ſeruient ei. Secreta.

Hoſtias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimꝰ, ſuppliciter exorantes: vt ſicut ipſe noſtrorum auctor eſt munerum: ita ſit ipſe miſericors & ſuſceptor, Ieſus Chriſtus dominꝰ noſter. Qui tecū viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Communio.

Vidimus ſtellam eius in oriente: Mat. 2

& venimus cum muneribus adorare dominum. Poſtcommunio.

COeleſti lumine, quæſumus domine, ſemper, & vbique nos præueni: vt myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus affectu. Per dominum no.

¶ Ab octaua Epiphaniæ vſque ad Purificationem, niſi fuerit duplex. Secunda oratio dicitur de ſancta Maria. tertia contra perſecutores eccleſiæ, vel pro Papa, vt infra. De ſancta Maria. Oratio.

DEus qui ſalutis æternæ beatę Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia pręſtitiſti: tribue quęſum⁹: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorē vitæ ſuſcipere, Dn̄m nr̄m Ieſum Chriſtum filium tuū. Secreta.

MVneribus noſtris, q̄s domine precibuſque ſuſceptis: & cæleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Poſtcōmunio.

HAcc nos cōio domine purget à crimine: & intercedente beata dei genitrice Maria, cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes.

Cōtra pſecutores eccleſiæ. Oratio.

ECcleſię tuę, q̄s domine, p̄ces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribꝰ vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominū noſtrū Ieſum Chriſtū. Secreta.

PRotege nos domine tuis myſteriis ſeruientes: vt, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominū noſtrum Ieſum. Poſtcommunio.

QVęſumus, domine, de⁹ noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per do.

Vel pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, q̄s, verbo & exemplo quibus præeſt proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c. Secreta.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

HAec nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuū N. quē paſtorem eccleſię tuę eſſe voluiſti, vna cum commiſſo ſibi grege ſaluet ſemper & muniat. Per domi.

¶ Si tempus breue fuerit ab octaua Epiphaniæ vſque ad Septuageſimam, ita quod Dominicalia officia non poſſint expleri ſuis diebus, officia reſiduarum Dn̄icarum poſt ſecundā Dominicam poſt Epiphaniam, eo anno omittuntur, & reſumuntur (quoad orationē, epiſtolā, & Euangelium dūtaxat) poſt vigeſimā tertiam Dominicā poſt Pentecoſten, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si Dominica Septuageſimæ venerit ſequenti Dn̄ica poſt octauā Epiphaniæ, in præcedenti Sabbato, ſi non eſt impeditum feſto duplici vel ſemiduplici, dicitur Miſ-

ſa de Dñica ſecunda poſt Epiphaniam, cum commemoratione feſti ſimplicis in eo occurrentis. Si vero Sabbatum fuerit impeditum feſto duplici, vel ſemiduplici, tunc prima die poſt octauam Epiphaniæ dicitur Miſſa de ſecunda Dominica, & feſtum duplex vel ſemiduplex transfertur in primam diē ſimili feſto non impeditam.

¶Dñica ij. poſt Epiph. Introitus.

Pſal. 65. OMnis terra adoret te deus, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo altiſſime. Pſal. Iubilate deo oīs terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri & filio. dicitur Gloria in excelſis in Dominicis vſque ad Septuageſimam excluſiue: in ferialibus vero diebus quando reſumitur Miſſa de Dominica præterita non dicitur. Quod ſeruatur etiam poſt Pentecoſten. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cæleſtia ſimul, & terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuā noſtris concede tēporibus. Per do. De ſancta Maria, cum aliis orationibus habes ſupra. folio 74.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

12 FRatres. Habentes donationes, ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differentes: ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malum: adhærentes bono. Caritatem fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem preuenientes. Solicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes: ſpe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorum communicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus: flete cum flentibus: idipſum inuicem ſentiētes. Non alta ſapientes: ſed humilibus conſentientes. Grad. Miſit Pſal. 106. dominus verbum ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate dominum omnes an- Pſal. 148. geli eius: laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

¶ Sic dicitur Alleluia, cum verſu poſt graduale ab octaua Epiphanię, vſque ad Septuageſimam, & ab octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentum, etiam infra hebdomadam, quando reſumitur Miſſa de dominica.

¶Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tēpore. Nuptię factę sūt ī Cana Galilęæ: & erat mr Ieſu ibi. vocat⁹ eſt autem Ieſus, & ca. 2.

diſcipuli eius ad nuptias . Et defi-
ciente vino,dicit mater Ieſu ad eũ.
Vinum non habent. Et dicit ei Ie-
ſus . Quid mihi & tibi eſt mulier?
Nondũ venit hora mea. Dicit ma-
ter eius miniſtris . Quodcunq; di-
xerit vobis, facite. Erant autem ibi
lapideę hydriæ ſex,poſitæ ſecundũ
purificationem iudęorum:capien
tes ſingulæ metretas binas, vel ter-
nas.Dicit eis Ieſus. Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas vſque ad
ſummum.Et dicit eis Ieſus. Hauri-
te nunc , & ferte Architriclino. Et
tulerunt. Vt autem guſtauit archi-
triclinus aquam vinum factam, &
non ſciebat vnde eſſet (miniſtri au
tem ſciebant qui hauſerant aquã)
vocat ſponſum architriclinus , &
dicit ei.Omnis homo,primum bo
num vinum ponit,& cum inebria
ti fuerint, tũc id quod deterius eſt.
Tu autem ſeruaſti bonum vinum
vſque adhuc. Hoc fecit initium ſi-
gnorum Ieſus in Cana Galileæ : &
manifeſtauit gloriam ſuam. Et cre
Pſal. diderunt in eũ diſcipuli eius. Cre-
65. do. Offertorium. Iubilate deo vni
uerſa terra : pſalmum dicite nomi
ni eius : venite & audite , & narra-
bo vobis omnes qui timetis deũ ,
quanta fecit dominus animę meę.
Alleluia. Secreta.
OBlata domine munera ſancti
fica , noſq; à peccatorum noſtro-
rũ maculis emunda. Per dominũ.
De ſancta Maria cum aliis ſecretis
habes ſupra. folio 74. Cõmunio
Ioã. Dicit dominus,implete hydrias a-
2. qua,& ferte architriclino: dum gu
ſtaſſet architriclinus aquam vinũ
factam,dicit ſponſo:ſeruaſti bonũ
vinum vſque adhuc : hoc ſignum
fecit Ieſus primum coram diſcipu
lis ſuis. Poſtcommunio
AVgeatur in nobis,quę ſumus
domine , tuæ virtutis operatio : vt
diuinis vegetati ſacramentis,ad eo
rum promiſſa capiẽda, tuo mune-
re præparemur. Per dominum no
ſtrum Ieſum Chriſtum. De ſancta
Maria cum aliis Poſtcõmunioni .
ſupra. folio 74. ¶Dominica tertia
poſt Epiphaniam. Introitus.
ADorate deum om- Pſal
nes angeli eius : au- 96.
diuit , & lętata eſt
Sion : & exultaue-
rũt filię Iudę. Pſal.
Dominus regnauit,
exultet terra : lætentur inſulę mul-
tę. ℣. Gloria patri,& filio. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus ,
infirmitatem noſtram propi
tius reſpice : atque ad protegendũ
nos,dexteram tuę maieſtatis exten
de.Per dominum.Secunda oratio
de ſancta Maria. Deus qui ſalutis.
Tertia pro papa. Deus omnium.
vel contra perſecutores Eccleſię.
Eccleſię tuę. vt ſupra. folio.74.
Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Romanos.
FRatres. Nolite eſſe prudentes ca.1
apud voſmetipſos. Nulli malũ
pro malo reddẽtes. Prouidẽtes bo-
na non tantũ coram deo , ſed etiã
coram omnibus hominibus.Si fie
ri poteſt, quod ex vobis eſt, cũ om
nibus hominibus pacem habẽtes.
Non voſmetipſos defendentes, ca-
riſſimi ſed date locum irę . Scri-
ptum eſt enim . Mihi vindictam ,
& ego retribuam, dicit dominus.

Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cōgeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.

Pſal. 101. Graduale. Timebunt gētes nomē tuum domine, & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniā ędificauit dominus Sion, & videbitur in maieſtate ſua. Alleluia, alleluia.

Pſal. 96. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulæ multæ. alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.



ra. 8. IN illo tempore. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multę. Et ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens. Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum Ieſus, tetigit eum, dicens. Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus. Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtēde te ſacerdoti: & offer munus, q́d prçcepit Moyſes in teſtimonium illis. Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio ait. Domine, nō ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cōſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit, & alio, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Ieſus, miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cū Abrahā, Iſaac, & Iacob, in regno cœlorum: filij autē regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni. Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Credo.

Offerto. Dextera domini fecit virtutē, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem, nō moriar, ſed viuam: & narrabo opera domini. Pſal. 117.

Secreta.

HAec hoſtia, quęſumus domine, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum ſubditorū tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti deus per oīa ſęcula.

Secretas de ſancta Maria, pro Papa, vel contra perſecutores Eccleſiæ, quęre ſupra. folio 74.

Communio. Mirabantur omnes de his, quæ ꝓcedebant de ore dei. Lu. 4

Poſtcommunio.

QVos tātis domine largiris vti myſteriis: quæſumus, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit &c. Poſt cōmuniones de Sancta Maria, pro Papa, vel contra perſecutores Eccleſiæ, quęre ſupra. folio 74.

¶ Dominica quarta poſt Epiphaniam. Introitus.

Pſ.96 ADorate Deum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata eſt Sion: & exultauerunt filiæ Iudæ. Pſal's. Domin⁹ regnauit, exultet terra: lætentur inſulę multæ. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana, ſcis, fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis & corporis: vt ea, quę pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus. Per dominum noſtrum &c.

Orationes alias quere ſupra fo.74.

Si vero hęc dominica venerit poſt feſtum Purificationis, dicitur ſecunda Oratio. A cunctis nos &c. & tertia ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos.

c.13. FRatres. Nemini quicquam debeatis: niſi, vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falſum teſtimonium dices: non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: diliges proximum tuū ſicut te ipſum. Dilectio proximi, malum nō operatur. Plenitudo ergo legis, eſt dilectio. Graduale.

Pſal. 101. Timebunt gentes nomen tuū domine, & omnes reges terrę gloriā tuam. ℣. Quoniam ędificauit dominus Sion, & videbitur in maieſtate ſua.

Pſal. 96. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulæ multę. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tempore. Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce mot⁹ magn⁹ factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctib⁹. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerūt diſcipuli ei⁹, & ſuſcitauerunt eum dicentes. Domine, ſalua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari: & facta eſt trāquillitas magna. Porro hoīes mirati ſunt, dicentes. Qualis eſt hic: quia venti & mare obediunt ei. Credo. ca.8

Offertorium. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam, & narrabo opera domini. Secreta. Pſal. 117

COncede quęſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper & muniat. Per dominum no. De ſancta Maria cum aliis, quęre ſupra fol.74. Cōmunio. Mirabantur omnes de hīs, quę procedebāt de ore Dei. Poſtcommunio. Luc. 4.

MVnera tua nos deus ā delectationib⁹ terrenis expediāt: & cœleſtibus ſemper inſtaurent alimentis. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat. De ſancta Maria cū aliis quære ſupra. fol.79.

¶Dominica Quinta poſt Epiphaniam. Introitus.

ADorate Deum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata eſt Sion: & exultauerunt filię Iudę. Pſal's. Dominus regnauit, exultet terra, lętentur inſulę multę ℣. Gloria patri. Oratio.

FAmiliam tuam, quæſumus domine, continua pietate cuſtodi: vt quę in ſola ſpe gratię cœleſtis innititur, tua ſemper ꝓtectione muniatur. Per dominum noſtrum. Secunda oratio. A cūctis. vt infra. fol. 81. Et tertia ad libitū ſacerdotis. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

FRatres. Induite vos, ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordię, benignitatem, humilitatē, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem: & donantes vobiſmetipſis, ſiquis aduerſus aliquem habet querelam. Sicut & dominꝰ donauit vobis: ita & vos. Super omnia autem hęc, caritatē habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris: in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docentes & commonētes voſmetipſos, in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris domino. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omnia ī nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo & patri, per Ieſum Chriſtum dominū noſtrū. Grad.

Timebūt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terrę gloriā tuam. Pſal. 101. ℣. Quoniam ædificauit dominus Sion, & videbitur in maieſtate ſua. Alleluia, allelu ia. ℣. Dominus regnauit exultet terra: lętentur inſulę multę, alleluia. Pſal. 96.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.



IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Matt. 13. Simile factum eſt regnum cœlorum, homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirēt homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cū autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patris familias, dixerunt ei. Domine, nōne bonum ſemē ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait: Nonne forte colligentes zizania, eradicetis cū eis ſimul & triticum. Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem: & in tēpore meſſis dicā meſſoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburēdum: triticum autem congregate in horreum meū. Credo. Offertorium. Pſal. 117.

Dextera dn̄i fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem, non mo-

riar, ſed viuam, & narrabo opera Domini. Secreta.

HOſtias tibi domine placationis offerimus: vt, & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per domi.

Secunda ſecreta. Exaudi nos. f.83.

Luc. 4. Communio. Mirabantur omnes de his, quæ procedebãt de ore Dei.

Poſtcommunio.

QVæſumus omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per dominum.

Alia poſtcõio. Mundet. infra. f.83

¶ Dominica ſexta poſt Epiphaniam. Introitus.

Pſal. 96. ADorate deum omnes angeli eius: audiuit, & lætata eſt Sion: & exultauerunt filię Iudę. ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętētur inſulæ multæ. ℣. Glła patri, & filio, & ſpiritui. Oro.

PRæſta, quæſumus, omnipotẽs Deus: vt ſemper rationabilia meditantes, quæ tibi ſunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ filium tuum. Secunda oratio. A cunctis. vt infra. folio 83.

Tertia ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

1.c.1 FRatres: Gratias agim⁹ deo ſemper pro omnibus vobis: memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris, ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtrę, & laboris, & caritatis & ſuſtinentię ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum, & patrem noſtrum. Sciẽtes fratres dilecti, à deo electionem veſtram: quia euangelium noſtrum nõn fuit ad vos in ſermone tñ, ſed & in virtute, & in ſpũ ſancto, & in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis ꝓpter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & domini: excipiẽtes verbũ in tribulatione multa cũ gaudio ſpirit⁹ ſancti: ita vt facti ſitis forma omnib⁹ credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo domini: non ſolum in Macedonia & in Achaia, ſed & in oĩ loco fides veſtra, q̃ eſt ad deum, profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quicquã loqui. Ipſi enim de nobis annunciant qualem introitũ habuerimus ad vos: & quomodo conuerſi eſtis ad deũ à ſimulacris, ſeruire deo viuo & vero: & expectare filium eius de cęlis (quẽ ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura. Gradu.

Timebunt gentes nomen tuũ domine, & omnes reges terræ gloriã tuam. ℣. Quoniam ædificauit dominus Sion, & videbitur in maieſtate ſua. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulæ multę. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus turbis parabolã hanc. Simile eſt regnũ cęlorũ grano ſinapis: quod accipiẽs homo ſeminauit in agro

ſuo, quod minimũ quidẽ eſt om-
nibus ſeminibus. Cum autẽ creue
rit, maius eſt omnibus oleribus: &
fit arbor, ita vt volucres cęli veniãt,
& habitent in ramis eius. Aliã pa-
rabolam locutus eſt eis. Simile eſt
regnũ cęlorum fermento: quod ac
ceptũ mulier abſcondit in farinæ
ſatis tribus, donec fermentatũ eſt
totum. Hęc omnia locutus eſt Ie-
ſus in parabolis ad turbas: & ſine
parabolis non loquebatur eis: vt
impleretur quod dictũ eſt per pro-
phetam, dicentem. Aperiam in pa
rabolis os meum: eructabo abſcõ-
dita à conſtitutione mundi.
Pſal. 117. Credo. Offertorium. Dextera do-
mini fecit virtutẽ: dextera domini
exaltauit me, dextera domini fecit
virtutem: non moriar, ſed viuam,
& narrabo opera domini. Secreta.

HAec nos oblatio deus mun-
det, quæſumus, & renouet,
gubernet, & protegat. Per domi.
Lu. 4. Communio. Mirabantur omnes
de his, quę procedebãt de ore Dei.

Poſtcommunio.

COeleſtibus domine paſti deli-
ciis, q̃s: vt ſemper eadẽ, ꝑ quę
veraciter viuimus, appetamus. Per.

¶ Dominica in Septuageſima Sta-
tio ad ſanctum Laurentium ex-
tra muros. Introitus.

Pſal. 17. CIrcundederunt me ge-
mitus mortis: dolores
inferni circundederũt
me: & in tribulatio-
ne mea inuocaui do-
minum, & exaudiuit de templo
ſancto ſuo vocem meã. Pſalmus.
Diligã te domine fortitudo mea,
dominus firmamẽtum meum, &
refugium meũ, & liberator meus.
℣. Gloria patri &c. Non dicitur
Gloria in excelſis à Dominica Sep
tuageſimæ, vſque ad Paſcha, ex-
ceptis feria quinta in cęna domini
& Sabbatho ſancto, & quãdo dici-
tur miſſa de aliquo feſto. Oratio.

PReces populi tui, quęſumus do
mine, clementer exaudi: vt qui
iuſte ꝓ peccatis noſtris affligimur,
pro tui nominis gloria miſericor-
diter liberemur. Per dominum no
ſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

¶ Si Dominica Septuageſimæ vene
rit ante feſtum Purificationis, vel
in ipſa die, ſecunda & tertia oratio
dicantur vt ſupra. f. 74. Si aũt vene
rit poſt, dicatur ſecunda oratio ad
poſcenda ſuffragia ſanctorũ. Orõ.

ACunctis nos, quæſumus do-
mine, mentis & corporis de-
fende periculis: & intercedente bea
ta & glorioſa ſemperque virgine
Dei genitrice Maria, cum beatis
Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, at-
que beato N. & omnibus ſanctis,
ſalutem nobis tribue benignus &
pacem: vt deſtructis aduerſitatibꝰ
& erroribus vniuerſis, Eccleſia tua
ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia
oratio dicatur ad libitum ſacerdo-
tis, & ſimili modo fiat in Sexage-
ſima, & Quinquageſima.

¶ Lectio epiſtolæ beati Pauli apo-
ſtoli ad Corinthios.

FRatres. Neſcitis quod hi qui 1. c. 9
in ſtadio currunt, omnes qui-
dem currunt: ſed vnus accipit bra
uium? Sic currite, vt comprehen
datis. Omnis autem qui in ago-
ne contendit: ab omnibus ſe ab-
ſtinet. Et illi quidem, vt corru-

ptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe repro
ca.10 bus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum
Pſal. 9 eſt deo Graduale. Adiutor in opportunitab⁹, in tribulatione: ſperent in te, qui nouerunt te: quoniam non derelinquis quærentes
c.11. te domine. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in æternum: exurge domine, non præualeat homo. Tractus.
Pſal. 129. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? ℣. Quia apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

¶ A Septuageſima vſque ad feriam iiij. Cinerum, Tractus dicitur tantum in Dominicis & feſtis: in ferijs autem quando repetitur Miſſa de Dominica non dicitur, ſed tantum Graduale.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſextam & nonam horam: & fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exiit, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam. Cum ſero autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Cum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduerſus patrem familias, dicentes. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus? At ille reſpondens, vni eorum dixit. Amice, non facio ti-

bi iniuriam. Nonne ex denario cõ-
ueniſti mecum? Tolle quod tuum
eſt, & vade. Volo autem & huic
nouiſſimo dare, ſicut & tibi. Aut
non licet mihi, quod volo, facere?
An oculus tuus nequam eſt, quia
ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſi-
mi primi, & primi nouiſſimi. Mul
ti enim ſunt vocati: pauci vero ele
al. cti. Credo. Offertorium.
1 Bonũ eſt confiteri domino, & pſal
lere nomini tuo altiſſime. Secreta.

MVneribus noſtris, quæſumus
domine, precibuſque ſuſce-
ptis: & cæleſtibus nos munda my-
ſteriis, & clementer exaudi. Per do-
minum noſtrum. Alia ſecreta.

EXaudi nos deꝰ ſalutaris noſter:
vt per huius ſacramenti virtu-
tem, à cunctis nos mentis, & cor-
poris hoſtibꝰ tuearis, gratiã tribuẽs
in p̃ſenti, & gloriã in futuro. Cõio.
Illumina faciem tuam ſuper ſer-
l. uum tuum: & ſaluũ me fac in tua
8 miſericordia: domine non cõfun-
dar: quoniã inuocaui te. Poſtcõio.

FIdeles tui deus per tua dona fir-
mentur: vt eadem & percipien
do requirant, & quærendo ſine fi-
ne percipiant. Per dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Alia poſtcommunio.

MVndet & muniat nos, quæ-
ſumus domine, diuini ſacra
menti munus oblatum: & interce-
dente beata virgine dei genitrice
Maria cum beatis apoſtolis tuis Pe-
tro & Paulo, atque beato N. & om
nibus ſanctis: à cunctis nos red-
dat & peruerſitatibus expiatos, &
aduerſitatibus expeditos.
Tertia ad libitum. Dicitur Benedi-
camus domino. ℞. Deo gratias.

¶ Dominica in Sexageſima. Statio
ad ſanctum Paulum. Introitus.

EXurge, quare obdor- Pſal.
mis domine: exurge, 43
& ne repellas in finẽ:
quare faciem tuam a-
uertis: obliuiſceris tri-
bulationem noſtram? adhæſit in
terra venter noſter: exurge domi-
ne, adiuua nos, & libera nos.
Pſalmus. Deus auribus noſtris au-
diuimus: patres noſtri annuncia-
uerunt nobis. ℣. Gloria patri, & fi-
lio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus, qui conſpicis quia ex nul
la noſtra actione confidimus,
concede propitius: vt contra aduer
ſa omnia, doctoris gentium prote-
ctione muniamur. Per dominum.
Secunda oratio. A cunctis vt ſu-
pra ĩ dominica Septuageſimę. f. 45.
Tertia ad libitum ſacerdotis. Le-
ctio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Corinthios.

FRatres. Libenter ſuffertis inſi-
pientes: cum ſitis ipſi ſapien- 2. co.
tes. Suſtinetis enim, ſiquis vos in 11. &
ſeruitutem redigit, ſiquis deuorat, 12
ſiquis accipit, ſiquis extollitur, ſi-
quis in faciem vos cædit. Secun-
dum ignobilitatem dico, quaſi nos
infirmi fuerimus in hac parte. In
quo quis audet (in inſipientia di-
co) audeo & ego. Hebræi ſunt: &
ego. Iſraelitæ ſunt: & ego. Semen
Abrahæ ſunt: & ego. Miniſtri Chri
ſti ſunt, & ego: vt minus ſapiens
dico, plus ego. In laboribus plu-
rimis, in carceribus abundantius,
in plagis ſupra modum, in mor-
tibus frequenter. A Iudæis quin-

quies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cęſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui. In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. Preter illa, quę extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: q̄ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quod non mentior. Damaſci, præpoſitus gentis Aretę regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehenderet: & per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murum: & ſic effugi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad viſiones, & reuelationes domini. Scio hominē ī Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſque ad tertium cęlum. Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue ī corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) quoniam raptus eſt ī paradiſum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus meis. Nā & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens. Veritatem enim dicā. Parco autē, nequis me exiſtimet ſupra id qđ videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me, dat[9] eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet. Propter quod, ter dominum rogaui, vt diſcederet à me: & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet ī me virtus Chriſti. Grad. Sciant gentes, quoniam nomen tibi deus: tu ſolus altiſſim[9] ſuper omnē terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciē venti. Tractus. Cōmouiſti domine terram, & conturbaſti eā. ℣. Sana contritiones eius, quia mota eſt. ℣. Vt fugiant à facie arcus, vt liberentur electi tui.

Pſal. 82. Pſal. 89.

Seq. ſancti euangelij ſ̄m Lucam. ca. 8.

IN illo tēpore. Cū turba plurima conuenirēt, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit p̄ ſimilitudinē. Exiit q̄ ſeminat ſeminare ſemē ſuū. Et dū ſeminat, aliud cecidit ſec[9] viā, & cōculcatū eſt, & volucres cęli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petrā: & natū aruit, quia non habebat humorē. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum cētuplum.

Hæc

Hæc dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eũ diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: cęteris autem in parabolis: vt videntes non videãt, & audientes non intelligant. Eſt autem hæc parabola. Semen, eſt verbum Dei. Quod autem ſecus viã, hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam quod ſupra petram, hi ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices nõ habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedũt. Quod autem in ſpinis cecidit: hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam: hi ſunt, qui in corde bono, & optimo, audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Offertorium.

Perfice greſſus meos ĩ ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te domine. Secreta.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper, & muniat. Per dominum noſtrum. Aliæ ſecre. vt in Dominica Septuageſimæ. fol. 82. Cõio. Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutẽ meam. Poſtcõmunio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum noſtrum.
Aliæ poſtcommuniones, vt in Dominica Septuageſimæ.

¶ Dominica in Quinquageſima.

Statio ad S. Petrum. Introitus. Pſal. 30

Eſto mihi in deum protectorem, & in locum refugij, vt ſaluum me facias: quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. Pſalm'. In te domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Preces noſtras, quæſumus domine, clementer exaudi: atque à peccatorum noſtrorum vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio. A cunctis nos. vt in Dominica Septuageſimæ. folio 81.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1. co. 12. Fratres. Si linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonãs, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, caritatem autem nõ

habuero, nihil mihi prodeſt. Caritas patiens eſt: benigna eſt. Caritas non æmulatur: nō agit perperam: non inflatur: nō eſt ambitioſa: nō quærit quæ ſua ſunt: nō irritatur: non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitatem, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Caritas nunquam excidit: ſiue prophetiæ euacuabuntur: ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cū autem venerit quod perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cū eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autē factus ſum vir: euacuaui quæ erāt paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nunc autem manēt, fides, ſpes, caritas, tria hęc: maior autem horum eſt caritas.

Pſal. 76. Graduale. Tu es deus, qui facis mirabilia ſolus; notam feciſti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberaſti in brachio tuo populū tuū, filios Iſrael, & Ioſeph. Tractus. Iubilate

Pſal. 99. deo oīs terra: ſeruite domino in lętitia. ℣. Intrate in cōſpectu eius in exultatione: ſcitote, quod dominus ipſe eſt deus. ℣. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos: Nos autē populus eius, & oues paſcue ei⁹. Sequentia ſancti euāgelij ſecundum. Luçam.

c. 18. IN illo tempore. Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis. Ecce aſcēdimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur. Et poſtquam flagellauerint, occident eū: & die tertia reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum iſtud abſconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Factum eſt autem, cum appropinquaret Iericho, cęcus quidam ſędebat ſecus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens. Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eū, vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat. Fili Dauid miſerere mei. Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et dixit illi Ieſus. Reſpice. Fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Credo. Offertorium. Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas: in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Pſal. 118.

Secreta.

HAec hoſtia, quęſumus domine, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuū: Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

Alia

Alia ſecreta. Exaudi nos de⁹, vt ſu-
pra in dominica Septuageſimæ.
fol. 81. Communio. Manducaue-
runt: & ſaturati ſunt nimis, & de-
ſiderium eorum attulit eis domi-
nus: non ſunt fraudati à deſide-
rio ſuo. Poſtcommunio.

QVæſumus omnipotens deus:
vt qui cœleſtia alimenta per-
cepimus, per hęc contra omnia ad
uerſa muniamur. Per dominum.
Alia poſtcommunio. Mundet. vt
ſupra in Dominica Septuag. f.90.

¶ Feria quarta Cinerum ante Miſ
ſam benedicuntur cineres facti de
ramis oliuæ benedictis prętoriti an
ni, hoc modo. Primo cãtatur Aña.

1. EXaudi nos domine:
quoniã benigna eſt
miſericordia tua: &
ſecundum multitu-
dinem miſerationũ
tuarũ reſpice nos domine. Pſalꝰ.
Saluum me fac deus: quoniam in
trauerunt aquę vſque ad animam
meam. ℣. Gloria patri, & filio. E-
xaudi nos domine. Deinde dicitur
Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpi-
ritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus
parce pœnitentibus, propitia-
re ſupplicantibus: & mittere digne
ris ſanctum angelum tuum de cœ
lis, qui bene ✠ dicat, & ſancti ✠ fi
cet hos cineres: vt ſint remedium
ſalubre omnibus nomen ſanctum
tuum humiliter implorantibus: ac
ſemetipſos pro conſcientia delicto
rum ſuorũ accuſantibus: atq; ante
conſpectũ diuinæ clemẽtię tuæ fa-
cinora ſua deplorantibus: vel ſere-
niſſimam pietatem tuam ſuppli-
citer obnixeque flagitantibus: &
præſta per inuocationem ſanctiſſi
mi nominis tui: vt, quicũque eos
ſuper ſe aſperſerint, pro redẽptio-
ne peccatorum ſuorum corporis
ſanitatem, & animæ tutelam per-
cipiant. Per Chriſtum dominũ no
ſtrũ. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

DEus, qui non mortem, ſed pę-
nitentiam deſideras peccato-
rum: fragilitatem conditionis hu-
manæ benigniſſime reſpice: & hos
cineres, quos cauſa proferendę hu
militatis atque promerendæ ve-
niæ, capitibus noſtris imponi de-
cernimus, bene ✠ dicere pro tua
pietate dignare: vt, qui nos cine-
rem eſſe, & ob prauitatis noſtræ
meritum in puluerem reuerſuros
cognoſcimus: peccatorum om-
nium veniam, & præmia pœni-
tẽtibus repromiſſa miſericorditer
cõſequi mereamur. Per Chriſtum
dominum noſtrum. ℟. Amen.
Oremus. Oratio.

DEus, qui humiliatione flecte-
ris, & ſatisfactione placaris:
aurẽ tuæ pietatis inclina precibus
noſtris: & capitibus ſeruorum tuo
rum, horũ cinerum aſperſione at-
tactis, effunde propitius gratiã tuæ
bene ✠ dictionis: vt eos, & ſpiritu
cõpunctionis repleas, & quæ iuſte
poſtulauerũt, efficaciter tribuas: &
conceſſa perpetua ſtabilitate inta-
ctos manere decernas. Per Chriſtũ
dominũ noſtrũ. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus,
qui niniuitis, in cinere, & ci-
licio pœnitentibus, indulgentiæ
tuæ remedia pręſtitiſti: concede
propitius: vt ſic eos imitemur ha-

bitu,

bitu, quatenus veniȩ proſequamur obtentu. Per dominum noſtrum.

Completa benedictione, primo imponitur cinis ſacerdoti celebraturo Miſſam ab alio ſacerdote, ſi adeſt: alioquin, ſacerdos ipſe genib⁹ flexis corā altari ſibi ipſi cineres īponit: & cantatur ſtatim à choro. Aña.

Ioe. 2. IMmutemur habitu in cinere & cilicio: ieiunemus, & plorem⁹ ante dominum: quia multum miſericors eſt dimittere peccata noſtra deus noſter. Alia antiphona. Iuxta veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini, & dicent: parce domine, parce populo tuo: & ne diſſipes ora canentium te domine. Sequitur ℟. cum ℣. Gloria Patri, & Filio, & ſpi. ℟. Emendemus in melius, quȩ ignoranter peccauimus: ne ſubito prȩoccupati die mortis, quȩramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus. Attende domine, & mi- Pſal. 78. ſerere, quia peccauim⁹ tibi ℣. Ad iuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos. Attende domine. ℣. Gloria patri, & filio. Attende.

Sacerdos verò dum cantantur antiphonȩ, & reſponſorium, primo miniſtris ſtantibus genibus flexis corā Gen. 3. altari, imponit cinerem, dicens. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Poſtea veniūt alij, & genibus flexis ante altare recipiunt cineres à ſacerdote, vt dictum eſt de miniſtris. Cōpleta cinerum datione dicitur. Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

COncede nobis domine præſidia militiæ Chriſtianæ ſanctis inchoare ieiuniis: vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxiliis. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Deinde dicitur Miſſa.

¶ Feria iiij. Cinerum. Statio ad ſanctam Sabinam. Introitus.

MIſereris omnium, domine: Sap. 11. & nihil odiſti eorum quȩ feciſti, diſſimulans peccata hominum propter pænitentiam: & parcens illis: quia tu es dominus deus noſter. Pſal. Mi- Pſal. 56. ſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

PRæſta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda ſolennia, & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura deuotione percurrāt. Per dominum noſtrum Ieſum Chri.

¶ Ab hac die vſque ad Dominicā de Paſſione poſt orationē diei dñi duæ ſequentes orationes. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorū. Oratio.

A Cunctis nos, quæſumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata glorioſa ſemperque virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Pro viuis & defunctis generalis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui viuorum dominaris ſimul & mortuorū, omniumq; miſereris, quos tuos fide & opere fu-

turos eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus,quoſque, vel præſens ſeculũ adhuc in carne retinet,vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus ſanctis tuis,pietatis tuę clementia omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per domi.

Lectio Iohelis prophetę.

2. HAec dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio, & fletu, & planctu:& ſcindite corda veſtra,& non veſtimenta veſtra. Et conuertimini ad dominum deũ veſtrum, qa benignus,& miſericors eſt: patiens & multę miſericordię: & pręſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi cõuertatur, & ignoſcat deꝰ: & relinquat poſt ſe benedictionem,ſacrificium & libamẽ domino deo noſtro? Canite tuba in Sion: ſanctificate ieiuniũ: vocate cętum: congregate populum: ſanctificate Eccleſiam: coadunate ſenes:cõgregate paruulos, & ſugentes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulũ & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri domini,& dicent. Parce dñe,parce populo tuo: & ne des hęreditatẽ tuã in opprobrium, vt dominẽtur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi eſt deus eorum? Zelatus eſt dominus terrã ſuã: & pepercit populo ſuo. Et reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo. Ecce ego mittã vobis frumentum, & vinũ, & oleũ:& replebimini in eis, & nõ dabo vos vltra opprobrium in gẽtibus: dicit dominus omnipotens,

Gradua. Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Miſit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Tractus. Pſal. 56.

Domine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Cum dicitur ſequens verſus genuflectitur. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuũ. Pſal. 101. Pſ. 78.

Supradictus tractus ab hac die dicitur feria ij. & iiij. & vj. vſque ad feriam quartam maioris hebdomadæ, niſi proprius aſſignetur.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cũ ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ, triſtes. Exterminãt enĩ facies ſuas: vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuã. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuũ; & faciẽ tuã laua,ne videaris hominibus ieiunãs: ſed patri tuo,qui eſt in abſcondito. Et pater tuus,qui videt in abſcondito, reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi ęrugo & tinea demoli- ca. 6.

tur: & vbi fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec ſurantur.
Pſal. 29. Vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Offertorium. Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me: domine clamaui ad te, & ſanaſti me. Secreta.

FAc nos, queſumus domine, his muneribus offerendis conuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ſacramēti celebramus exordium. Per dominum noſtrum &c.

Aliæ ſecretæ vſque ad Dominicam Paſſionis.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti, & gloriam in futuro. Secreta.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue queſumus: vt, intercedentibus omnib᷒ ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, & nomina omnium fideliū beatæ prædeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominū noſtrū.

Prefat. Qui corporali ieiunio. &c.

Et dicitur quotidie vſque ad Dominicam Paſſionis: etiam in miſſa de feſto quando propriam non habuerit. Cōio. Qui meditabitur in
Pſal. 1. lege dn̄i die ac nocte, dabit fructū ſuum in tempore ſuo. Poſtcōio.

PErcepta nobis domine præbeat ſacramenta ſubſidium: vt tibi grata ſint noſtra ieiunia, & nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtrum. Aliæ poſtcōmuniones vſq; ad Dominicam Paſſionis.

MVndet & muniat nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedente btā virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque btō N. & omnibus ſanctis: à cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

PVrificēt nos, quæſumus, omnipotēs & miſericors deus, ſacramenta quæ ſumpſimus: & intercedentibus omnibus ſanctis tuis, præſta: vt hoc tuum ſacramentum nō ſit nobis reatus ad pœnā, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerū, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamētū: ſit viuorum atq; mortuorū fidelium, remiſſio oīum delictorū. Per dominum. Deinde ſacerdos abſolute dicit. Oremus. Poſtea diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit. Humiliate capita veſtra deo. Alioquin, ipſe ſacerdos. Sequitur ſup pplm. Orō.

INclinantes ſe domine maieſtati tuę, propitiatus intende: vt q̄ diuino munere ſunt refecti, celeſtib᷒ ſemper nutriantur auxiliis. Per do.

Et hic modus ſeruatur tantummodo in Miſſa de feria vſque ad quartam feriam maioris hebdomadæ.

¶ Feria quinta. Statio ad ſanctum Georgium. Introitus.

DVm clamarem ad dominū, exaudiuit vocem meam, ab his qui appropinquāt mihi:

& humiliauit eos, qui eſt ante ſecula,& manet in ęternū: iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam,& ne deſpexeris deprecationem meam, intēde mihi,& exaudi me. ℣ Gloria patri,& filio & ſpiritui ſancto. Oratio

DEus qui culpa offenderis,pœnitentia placaris,preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuę iracundiæ, quæ ꝑ peccatis noſtris meremur, auerte. Per dominum. Aliæ orationes vt ſupra in feria iiij.Cinerum f.88.

Lectio Iſaię prophetę.

IN diebus illis. Aegrotauit Ezechias vſque ad mortē: & introiuit ad eum Iſaias filius Amos propheta,& dixit ei. Hęc dicit dominus.Diſpone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit. Obſecro domine, memento quæſo, quomodo ambulauerim corā te in veritate, & in corde perfecto:& quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum eſt verbū domini ad Iſaiam, dicens. Vade, & dic Ezechię. Hæc dicit Dominus deus Dauid patris tui.Audiui orationem tuam: & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos,quindecim annos: & de manu regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam, & protegam eā. Ait dominus omnipotens. Grad. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet. ℣ Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocē meam, ab his qui appropinquant mihi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tēpore. Cum introiſſet Ieſꝰ Capharnaum, acceſſit ad eū Cēturio, rogans eum, & dicēs. Domine puer meꝰ iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus, Ego veniam, & curabo eū. Et reſpondens Centurio,ait.Domine nō ſum dignus, vt intres ſub tectum meū: ſed tantum dic verbo: & ſanabitur puer meus.Nam & ego hō ſum ſub poteſtate cōſtitutus, habens ſub me milites:& dico huic: Vade, & vadit.Et alio:veni, & venit. Et ſeruo meo:fac hoc,& facit. Audiens aūt Ieſus miratus eſt: & ſequētibus ſe, dixit.Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Iſrael. Dico autē vobis, quod multi ab oriente & occidente venient,& recūbēt cum Abraham,Iſaac, & Iacob in regno cęlorū: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores:ibi erit fletus & ſtridor dentiū.Et dixit Ieſus Centurioni. Vade: & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meam:deus meus in te confido,nō erubeſcam: neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant, non confundentur. Secreta.

ca.8. Pſal. 24.

SAcrificijs pręſentibus domine,

quæſumus, intende placatus: vt & deuotioni noſtræ, proficiant, & ſaluti. Per dominum noſtrum.
Aliæ ſecrete, vt ſupra in feria iiij. Cinerum. folio 90. Communio.
Pſ.50 Acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta ſuper altare tuum domine. Poſtcõmunio.

COeleſtis doni bñdictione percepta, ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idẽ nobis, & ſacramenti cauſa ſit, & ſalutis. Per dominum noſtrum.
Alię poſtcommuniones, vt ſupra in feria iiij. Cinerum. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

PArce dñe, parce populo tuo, vt dignis flagellationibus caſtigat⁹, ĩ tua miſeratione reſpiret. Per.

¶ Feria Sexta. Statio ad ſanctos Ioãnem, & Paulum. Introitus.

Pſ.29 AVdiuit domin⁹ & miſertus eſt mei, dominus factus eſt adiutor me⁹. Pſalmus. Exaltabo te domine, quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſup me. ℣. Glia. Oratio.

INchoata ieiunia, quæſumus domine, benigno fauore proſequere: vt obſeruantiam, quam corporaliter exhibemus, mẽtibus etiã ſinceris exercere valeamus. Per do.
Alię orationes, vt ĩ fer. iiij. Cinerũ. fol. 88. Lectio Iſaiæ prophetę.

c.58. HAec dicit dominus deus. Clama, ne ceſſes: quaſi tuba, exalta vocem tuam: & annuncia populo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & quæ iudicium dei ſui non dereliquerit. Rogant me iudicia iuſtitiæ: & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra: & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis: & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquid cõtorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternęre? Nunquid iſtud vocabis ieiuniũ, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos: & omne onus diſrumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum: & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi mane lumẽ tuum: & ſanitas tua citius orietur: & anteibit faciem tuã iuſtitia tua: & gloria domini colliget te. Tũc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet: ecce adſũ: Quia miſericors ſum dñs deus tuus. Gradu. Vnã petij à domino, hanc requiram: vt inhabitẽ ĩ domo domini. ℣. Vt videã voluntatem domini, & protegar à templo ſancto eius. Tract. Domi- Pſ.26 Pſal. 102.

nc

ne non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euãgelij ſecundum Matthæum.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Diliges ꝓximũ tuũ: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequẽtibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt: qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? non ne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter celeſtis perfectus eſt. Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominib', vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Cũ ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amẽ dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Offertorium. Domine, viuifica me ſecundum eloquium tuum; vt ſciã teſtimonia tua. Pſal. 118.

Secreta.

SAcrificium domine obſeruantiæ quadrageſimalis quod offerimus, præſta quæſumus, vt tibi & mentes noſtras reddat acceptas, & continentię promptioris nobis tribuat facultatem. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ. Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. fol. 90.

Communio. Seruite domino in timore: & exultate ei cum tremore: apprehendite diſciplinam, ne pereatis de via iuſta. Pſ. 2.

Poſtcommunio.

SPiritum nobis domine tuæ caritatis infunde: vt, quos vno pane cæleſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominum noſtrum Ieſum. in vnitate eiuſdem.

Alię poſtcommuniones, vt ſupra in feria quarta Cinerum. folio 90.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Oratio.

TVere domine populum tuũ: & ab omnibus peccatis clemẽter emunda: quia nulla ei nocebit aduerſitas, ſi nulla ei dominetur iniquitas. Per dominum noſtrum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Tryphonem Introitus.

AVdiuit dominus, & miſertus eſt mei: dominus factus eſt Pſal. 29.

adiutor meus. Pſalmus. Exaltabo
te Domine, quoniam ſuſcepiſti
me: nec delectaſti inimicos me-
os ſuper me. ℣. Gloria patri, & fi-
lio & ſpiritui ſancto. Oratio.
Adeſto domine ſupplicationi
bus noſtris,& cōcede: vt hoc
ſolenne ieiuniū,quod animis,cor-
poribuſque curādis ſalubriter in-
ſtitutum eſt, deuoto ſeruitio cele-
bremus. Per dominū. Aliæ oratio-
nes, vt in feria iiij. Cinerū. fol.88.

c.58. Lectio Iſaiæ prophetæ.

Haec dicit dominus deꝰ. Si ab-
ſtuleris de medio tui catenā,
& deſieris digitum extendere, & lo
qui quod non prodeſt: cum effu-
deris eſurienti animam tuā, & ani
mam afflictam repleueris: tūc orie
tur in tenebris lux tua, & tenebrę
tuæ erunt ſicut meridies. Et requiē
dabit tibi dominus deus tuus ſem
per, & implebit ſplendoribus ani-
mam tuam: & oſſa tua liberabit.
Et eris quaſi hortus irriguus: & ſi-
cut fons aquarum, cuius non defi-
cient aquę. Et ędificabuntur in te
deſerta ſeculorū: fundamenta ge-
nerationis & generationis ſuſcita-
bis. Et vocaberis ædificator ſepiū,
conuertens ſemitas in quietem. Si
auerteris à ſabbato pedem tuum,
facere voluntatem tuā in die ſan-
cto meo: & vocaueris ſabbatum
delicatum,& ſanctum domini glo
rioſum,& glorificaueris eum dum
non facis vias tuas, & non inueni-
tur volūtas tua, vt loquaris ſermo
nem: tūc delectaberis ſuper domi-
no:& ſuſtollam te ſuper altitudinē
terræ: & cibabo te hæreditate Ia-
cob patris tui. Os enim domini lo
cutum eſt. Graduale. Vnam petij Pſal 26.
à domino, hanc requiram: vt inha
bitem in domo domini. ℣. Vt vi-
deam voluntatem domini, & pro
tegar à templo ſancto eius.

Sequentia ſancti euāgelij ſecun-
dum Marcum.



IN illo tē-
pore. Cū ca.6.
ſero eſſet fa-
ctū, erat na-
uis ī medio
mari,& Ieſus
ſolus in ter-
ra. Et vidit
diſcipulos ſuos laborantes in remi
gando: erat enim ventus cōtrarius
eis. Et circa quartam vigiliam no-
ctis venit ad eos ambulans ſupra
mare:& volebat pręterire eos. At il
li vt viderunt eum ambulantē ſu-
pra mare, putauerunt phantaſma
eſſe:& exclamauerunt. Omnes enī
eum viderunt:& conturbati ſunt.
Et ſtatim locutus eſt cū eis:& dixit
illis. Cōfidite, ego ſum: nolite time
re. Et aſcēdit ad illos in nauim: &
ceſſauit ventus:& plus magis intra
ſe ſtupebāt: non enim intellexerūt
de panibꝰ: erat enim cor illorū ob-
cęcatū. Et cū traſfretaſſent, venerūt
ī terrā Geneſareth: & applicuerūt.
Cūq; egreſſi eſſent de naui, conti-
nuo cognouerūt eū. Et percurren-
tes vniuerſam regionē illam, cepe-
runt in grabatis eos qui ſe male ha
bebant circūferre, vbi audiebāt eū
eſſe. Et quocunque introibat, in vi
cos, vel in villas, aut in ciuitates: in
plateis ponebāt infirmos,& depre-
cabantur eū vt vel fimbriam veſti-
menti eius tangerent. Et quotquot

tangebaut eũ, ſalui fiebant. Offert.
1. Domine viuifica me ſecundũ elo
1. quium tuum : vt faciam teſtimo-
nia tua . Secreta.

SVſcipe domine ſacrificium, cuius te voluiſti dignanter immolatione placari: & preſta, q̃ſumus: vt huius operatione myſterij mundati, beneplacitũ tibi noſtræ mentis offeramus affectum. Per. Aliæ ſecretę vt in feria iiij. Cinerum. f.90.
2. Cõmunio. Seruite domino in ti-
more, & exultate ei cũ tremore: apprehendite diſciplinam, ne pereatis de via iuſta. Poſtcommunio.

COeleſtis vitę munere vegetati, quæſumus domine : vt quod eſt nobis in præſenti vita myſteriũ, fiat æternitatis auxilium. Per dñm. Aliæ poſtcõio. vt in feria iiij. Cinerum. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Orõ.

FIdeles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem & percipiendo requirant, & querendo ſine fine percipiant. Per dominum no.

¶ Dominica prima in Quadrageſima. Statio ad ſanctum Ioannem ĩ Laterano. Introitus.
1. INuocabit me, & ego exaudiam eum, & eripiam eũ, & glorificabo eũ: lõgitudine dierũ adimplebo eum.
ps. Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei cęli cõmorabitur. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuã annua quadrageſimali obſeruatione purificas: præſta familię tuæ: vt, quod à te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per dominum noſtrum &c. Alias Orationes quære ſupra in feria quarta Cinerum. fol. 88.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Hortamur vos, ne ĩ va- 2.c.6
cuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: & ĩ die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, ĩ multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus: in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in caritate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iuſtitiæ, à dextris & à ſiniſtris, per gloriã & ignobilitatem: per infamiam & bonã famam: vt ſeductores & veraces: ſicut qui ignoti & cogniti: quaſi morientes, et ecce viuimus: vt caſtigati et non mortificati: quaſi triſtes, ſemp aũt gaudentes: ſicut egẽtes, multos aũt locupletãtes: tãquã nihil habentes, & oĩa poſſidentes.
Grad. Angelis ſuis deꝰ mãdauit de Pſal.
te, vt cuſtodiant te ĩ omnibus viis 90.
tuis. ℣. In manibꝰ portabũt te, ne vnquã offendas ad lapidẽ pedem
tuũ. Tractus. Qui habitat in adiu- Pſal.
torio altiſſimi, in protectione dei 90.
cœli commorabitur. Dicet domino, ſuſceptor meus es tu: et refugium meum: deus meus, ſperabo in eũ. Quoniam ipſe liberauit me

de laqueo venãtiũ, & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis à timore nocturno. A ſagitta volãte per diem, à negotio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano. Cadẽt à latere tuo mille, & decẽ millia à dextris tuis: tibi autẽ non appropinquabunt. Quoniam angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in oĩbus viis tuis. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconẽ. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegã eum, quoniam cognouit nomen meũ. Inuocabit me, & ego exaudiã eũ, cum ipſo ſum in tribulatione. Eripiam eum, & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

Sequentia ſancti Euangelij, ſecundum Matthæum.

ca. 4.



IN illo tempore: Ductus eſt Ieſus in deſertũ a ſpiritu, vt tẽtaretur a diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant: Qui reſpondens dixit, Scriptum eſt. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem: & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit. Si filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enĩ. Quia angelis ſuis mãdauit de te: & ĩ manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Ait illi Ieſus rurſum. Scriptum eſt. Non tentabis dominum deum tuum. Iterum aſſumpſit eũ diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi: & gloriam eorum: & dixit illi. Hęc omnia tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me. Tunc dixit ei Ieſus. Vade Satana, ſcriptum eſt enim. Dominum Deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerũt, & miniſtrabant ei. Credo. Offert. Pſal. 90.
Scapulis ſuis, obumbrabit tibi dominus, & ſub pennis eius ſperabis, ſcuto circũdabit te veritas eiꝰ. Sec.

SAcrificiũ quadrageſimalis initij ſolẽniter immolamꝰ, te domine deprecantes: vt cum epularũ reſtrictione carnaliũ, à noxiis quoque voluptatibus temperemur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Aliæ ſecretę, ſupra in feria iiij. Cinerum. Communio Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus, & ſub pennis eius ſperabis, ſcuto circundabit te veritas eius. Pſal. 90.

Poſtcommunio.

TVi nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret, & à vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum vi.

Aliæ poſtcommuniones, ſupra in feria iiij. Cinerum.

Feria ij. Statio ad ſanctum Petrũ ad vincula. Introitus.

il. SIcut oculi ſeruorum ĩ
1. manibus dominorum ſuorum : ita oculi noſtri ad dominum Deũ noſtrum, donec miſereatur noſtri: miſerere noſtri domine, miſerere noſtri. Pſalmus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter: &, vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat, mentes noſtras cęleſtibꝰ inſtrue diſciplinis. Per dominum noſtrum. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 88.

Lectio Ezechielis prophetæ.

14. HAec dicit dominus Deus. Ecce, ego ipſe requiram oues meas: & viſitabo illas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouium ſuarũ diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerãt in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis: & congregabo eas de terris: & inducam eas in terram ſuam : & paſcam eas in montibus Iſrael, in riuis, & in cunctis ſedibus terræ. In paſcuis vberrimis paſcam eas : & in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in herbis virentibus: & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcam oues meas : & ego eas accubare faciã, dicit dominus deꝰ. Quod perierat, requiram, & quod abiectũ erat, reducam: & quod cõfractũ fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, conſolidabo: & q̃d pingue & forte, cuſtodiam. Et paſcam illas ĩ iudicio, dicit dominus omnipotens. Grad. Protector noſter aſpice deus, & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutũ, exaudi preces ſeruorum tuorum. Pſ. 83
Tract. Domine non ſecundũ peccata noſtra, quæ fecimus nos : neq; Pſal.
ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memi- 102. Pſal.
neris iniquitatum noſtrarum anti- 78.
quarum: cito anticipent nos miſericordię tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui domine libera nos : & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſci- c. 25.
pulis ſuis. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo : tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. Et congregabuntur ante eũ omnes gẽtes: & ſeparabit eos ab inuicem : ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis. Et ſtatuet oues quidẽ à dextris ſuis: hædos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erũt. Venite benedicti patris mei : poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare : Sitiui, & dediſtis mihi bibere : Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudꝰ, & operuiſtis me: Infirmꝰ, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me. Tũc reſpõdebunt ei iuſti dicentes. Domine quãdo te vidimus eſu-

rientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, & col legimus te? aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quan diu feciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris eius erunt. Diſcedite à me maledicti, in ignē æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: Sitiui, & non dediſtis mihi potum: Hoſpes eram, & nō collegiſtis me: Nudus, & non operuiſtis me: Infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientē, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quādiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium ęternū: iuſti autem, in vitam ęternam. Of-

Pſal. 118. fertoriū. Leuabo oculos meos, & conſiderabo mirabilia tua dn̄e, vt doceas me iuſtitias tuas: da mihi ītellectū, & diſcā mandata tua. Sec.

MVnera tibi domine oblata ſanctifica: noſque à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per do. Aliæ ſecretæ, vt in feria iiij. Cinerū. f. 90. Cōio. Amen

Mat. 25. dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: venite benedicti patris mei, poſſidete paratū vobis regnū ab initio ſeculi.

Poſtcommunio.

SAlutaris tui domine munere ſatiati ſupplices exoramus: vt cuius lætamur guſtu, renouemur effectu. Per dominum noſtrum. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

ABſolue, quæſumus domine, noſtrorum vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctam Anaſtaſiam. Introitus.

DOmine refugium factus es nobis à generatione in generationē: à ſeculo & in ſeculū tu es. Pſalmus. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à ſeculo, & vſque in ſeculum tu es deus. ℣. Gloria patri, & filio &c. Oratio.

Pſal. 89.

REſpice domine familiam tuā, & pręſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, q̄ ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominū. Alię orationes, vt ī feria iiij. Cinerum. Lectio Iſaię prophetæ.

IN diebus illis: Locutus eſt Iſaias propheta, dicens. Quærite dominum dū inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt. Dere- c. 55. linquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius: & ad deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Nō enim cogitationes meę,

cogitationes veſtrę, neque vię veſtrę, vię meę, dicit Dominus. Quia ſicut exaltantur cęli à terra: ſic exaltatę ſunt vię meę à viis veſtris, & cogitationes meę à cogitationibus veſtris. Et, quomodo deſcendit imber & nix de cælo, & illuc vltra nõ reuertitur: ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud, ait dominus omnipotens. Graduale. Dirigatur oratio mea, ſicut in-
1. cenſum in conſpectu tuo domine. ℣ Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

1. IN illo tempore. Cum intraſſet Ieſus Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicẽs. Quis eſt hic? Populi autem dicebant. Hic eſt Ieſus propheta, à Nazareth Galilęę. Et intrauit Ieſus in templũ dei: & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo: & menſas numulariorum, & cathedras vendẽtium columbas euertit, & dixit eis. Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latronũ. Et acceſſerunt ad eum cęci, & claudi in templo: & ſanauit eos. Vidẽtes autem principes ſacerdotũ, & ſcribę, mirabilia quę fecit, & pueros, clamantes in templo, & dicentes, hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei. Audis quid iſti dicũt? Ieſus autẽ dixit eis. Vtique. Nunquam legiſtis, quia ex ore infantiũ, & lactẽtium perfeciſti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibiq; manſit. Offertoriũ. In te ſperaui Pſal. 30.
dñe: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

OBlatis, quęſumus domine, placare muneribus: & à cunctis nos defende periculis. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ. Aliæ ſecretę, vt in feria iiij. Cinerũ. Communio. Cum inuocarem te, Pſ. 4.
exaudiſti me deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti me: miſerere mei domine, & exaudi orationem meam. Poſtcommunio.

PReſta, q̃s, omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectũ, cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per do. Aliæ poſtcõiones, vt in feria iiij. Cinerum. folio 88. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

AScendant ad te domine preces noſtræ: & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam. Per.

¶ Feria iiij. Quatuor temporum. Statio ad Sanctam Mariam maiorem. Introitus.

REminiſcere miſeratio- Pſal. 24
num tuarum domine, & miſericordiæ tuę, q̃ à ſeculo ſunt, ne vnquã dominẽtur nobis inimici noſtri: libera nos deꝰ Iſrael, ex omnibus anguſtiis noſtris. Pſalmus. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria. poſt Kyrie el. dicitur. Oremꝰ.

Flecta-

Flectamus genua. ℟. Leuate. Oremus. Oratio.

PReces noſtras, quęſumus domine, clementer exaudi: & contra cuncta nobis aduerſantia, dexteram tuæ maieſtatis extende. Per.

Lectio libri Exodi.

c. 24. IN diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in mōtem, & eſto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ ſcripſi: vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius: aſcendensq; Moyſes in montem dei, ſenioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem: & habitauit gloria domini ſuper Synai, tegens illum nube ſex diebus. Septimo autem die vocauit eū dominus de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorię domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſusque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta

Psal. 24. noctibus. Gradu. Tribulationes cordis mei dilatatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me domine. ℣. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. Hic dicitur Dominus vobiſcum. Oremus. Oratio.

DEuotionem populi tui, quęſumus domine, benignus intende: vt qui per abſtinentiam macerātur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per do.

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum, folio 88.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Venit Elias in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerū ſuum: & perrexit in deſertum, viā vnius diei. Cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam Iuniperum: petiuit animę ſuę vt moreretur, & ait. Sufficit mihi domine: tolle animā meam. Neque enim melior ſum quam patres mei. Proiecitque ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, angelꝰ domini tetigit eum, dixitque illi. Surge, comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquę. Comedit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſusque eſt angelus domini ſecundo, & tetigit eum: dixitq; illi. Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibꝰ, vſq; ad montem dei Horeb. Tractus. Psal. 24.

3. ca. 19.

De neceſſitatibꝰ meis eripe me domine: vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideāt me inimici mei. ℣. Et enim vniuerſi, qui te expectant, nō confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore. Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ & phariſæi, dicentes. Magiſter, volumus à te ſignum videre. Qui reſpon- c. 12

dens ait illis. Generatio mala & adultera ſignum quærit:& ſignum nō dabitur ei, niſi ſignū Ionę prophetę. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus,& tribus noctibus. Viri Niniuitę ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabūt eā: quia pęnitentiā egerunt in prędicatione Ionę. Et ecce plusquam Ionas hic. Regina Auſtri ſurget in iudicio cū generatione iſta,& cōdēnabit eā: quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis.Et ecce,pluſquam Salomon,hic. Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiē & non inuenit: Tunc dicit. Reuertar in domum meā, vnde exiui. Et veniens,inuenit eam vacantē, ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit,& aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi:& fiunt nouiſſima hominis illius peiora priorib⁹. Sic erit & generationi huic peſſimæ. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius & fratres ſtabant foris,quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait. Quæ eſt mater mea,& qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit volūtatem patris mei qui in cælis eſt: ipſe meus frater,& ſoror, & mater eſt. Offerto

Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: & leuabo man⁹ meas ad mandata tua, quæ dilexi. Sec.

HOſtias tibi domine placationis offerimus:vt & delicta nr̄a miſeratus abſoluas, & nutātia corda tu dirigas. Per do. Aliæ ſecretę, vt in feria iiij. Cine.fol. 90. Cōio.

Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo domine. Pſ. 5. Poſtcommunio.

TVi domine perceptione ſacramenti,& à noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis. Per domi. Alię poſtcōiones, vt in fer.iiij. Cinerum.fol. 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

MEntes noſtras, quæſumus domine, lumine tuę claritatis illuſtra: vt videre poſſimus quę agenda ſunt: & quę recta ſunt, agere valeamus. Per dominum no.

¶ Feria v.Statio ad ſanctum Laurētium in Paliſpernæ. Introitus.

COnfeſſio,& pulcritudo in conſpectu eius: Pſ. 95 ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius. Pſalmus. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri,& filio, & ſpiritui ſctō. Oratio.

DEuotionem populi tui, quæſumus domine, benignus intende: vt qui per abſtinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiātur in mēte. Per dominum noſtrū. Alię orationes, vt in feria quarta cinerum. fol. 88.

Lectio Ezechielis prophetę.

IN diebus illis. Factus eſt ſermo

domini ad me dicens. Quid eſt, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium iſtud ī terra Iſrael, dicentes: Patres comederūt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt? Viuo ego, dicit Dominus deus: ſi erit vobis vltra parabola hæc in prouerbium in Iſrael. Ecce omnes animę meæ ſunt: vt anima patris, ita & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam: in mōtibus non comederit: & oculos ſuos nō leuauerit ad idola domus Iſrael: & vxorem proximi ſui non violauerit: & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit: & hominem non contriſtauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit: & nudū operuerit veſtimento: ad vſuram non cōmodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuam: & iudicium verum fecerit inter virū & virum: & in pręceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt. Vita viuet: ait dominus Deus. Graduale

Pſal. 16. Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

c. 15. IN illo tempore. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce, mulier Chananęa à finibus illis egreſſa clamauit, dicēs ei. Miſerere mei domine fili Dauid: filia mea male à dęmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius, rogabant eum dicentes. Dimitte eam: quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait. Non ſum miſſus, niſi ad oues, que perierunt domus Iſrael. At illa venit, & adorauit eum, dicens. Domine adiuua me. Qui reſpondens, ait. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nā & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus, ait illi. O mulier magna eſt fides tua. Fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Offertorium. Immittet angelus domini in circuitu timentium eū, & eripiet eos: guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Pſal. 33. Secreta

SAcrificia domine, quæſumus, propitius iſta nos ſaluent: quæ medicinalibus ſunt inſtituta ieiuniis. Per dominum noſtrum.

Aliæ ſecretę, vt in feria iiij. Cinerum folio 90. Communio. Panis quē ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita. Io. 6. Poſtcommunio.

TVorum nos domine largitate donorum, & temporalibus attolle præſidiis, & renoua ſempiternis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuū. Alię poſtcōiones, vt ī feria iiij. Cinerū. f. 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DA, quęſumus domine, populis Chriſtianis, & quę profitentur agnoſcere, & cæleſte munus diligere, quod frequentant. Per do,

¶ Feria ſexta. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

al. DE neceſſitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meã, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Pſalmus. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

ESto domine ꝓpitius plebi tuæ: & quã tibi facis eſſe deuotã, benigno refoue miſerat⁹ auxilio. Per dominum noſtrum. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerũ. fol. 88.

Lectio Ezechielis prophetæ.

18. HAec dicit dominus De⁹. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit: & impietas impij erit ſuper eum. Si autem impius egerit pęnitẽtiam ab omnibus peccatis ſuis, quę operatus eſt, & cuſtodierit vniuerſa pręcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iuſtitiã: vita viuet, & nõ morietur. Omniũ iniquitatũ eius, quas operatus eſt, nõ recordabor. In iuſtitia ſua, quã operatus eſt, viuet. Nunquid volũtatis meę eſt mors impij, dicit dominus de⁹, & non vt conuertatur à viis ſuis, & viuat? Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. In pręuaricatione ſua qua pręuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Et dixiſtis: Non eſt æqua via domini. Audite ergo domus Iſrael. Nunquid via mea, non eſt æqua, & nõ magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Cum enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iuſtitia, quam operatus eſt, morietur. Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiam: ipſe animam ſuam viuificabit. Conſiderans enim, & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita viuet & non morietur, ait dominus omnipotens. Graduale. Saluum fac ſer Pſal. 85.
uum tuum Deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam. Tractus. Domine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipẽt nos miſericordiæ tuę: quia pauperes facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & ꝓpitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

Pſal. 102.



IN illo tpe. Erat dies feſt⁹ Iudæorũ: & aſcẽdit Ieſ⁹ Ieroſolymã. Eſt autẽ Ieroſolymis ꝓbatica piſcina: q̃ cognominatur hebraice

Bethſalda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cęcorum, claudorum, & aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autē domini ſecundum tempus deſcēdebat in piſcinam: & mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidā homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem: & cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet, dixit ei. Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus. Surge, tolle grabatum tuū, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudęi, illi qui ſanus factus fuerat. Sabbatū eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuū, & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus autem declinauit à turba cōſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in tēplo, & dixit illi. Ecce ſanus fact⁹ es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliqd contingat. Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis: quia Ieſus eſſet, qui fecit eū ſanum. Offertorium. Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci oēs retributiones eius: & renouabitur ſicut aquila iuuentus tua. Pſ. 10

Secreta.

SVſcipe, queſumus domine, munera noſtris oblata ſeruitiis: & tua propitius dona ſanctifica. Per dominum noſtrum. Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. fol. 90.

Communio. Erubeſcant, & conturbētur omnes inimici mei: auertantur retrorſum, & erubeſcāt valde velociter. Pſal. 6.

Poſtcommunio.

PEr huius domine operationē myſterij, & vitia noſtra purgētur, & iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrum &c. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

EXaudi nos miſericors deus: & mētibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende. Per dominum no.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.

INtret oratio mea in cōſpectu tuo: inclina aurē tuam ad precē meā, domine. Pſalmus. Domine deus ſalutis meę: in die clamaui, & nocte corā te. ℣. Gloria. Pſ. 87 poſt Kyrie eleiſon dicitur Orem⁹. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

POpulum tuum, queſumus domine, propitius reſpice: atque ab eo flagella tuæ iracūdiæ clemēter auerte. Per dominum noſtrū.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis: Locutus eſt Moyſes ad dominum, dicens. Reſpi- c. 16.

ce domine de ſanctuario tuo,& de
excelſo cælorum habitaculo: & be
nedic populo tuo Iſrael, & terræ,
quam dediſti nobis, ſicut iuraſti
patribus noſtris, terræ lacte & mel-
le mananti. Audi Iſrael. Hodie do
minus deus tuus præcepit tibi, vt
facias mandata eius atque iudicia:
& cuſtodias & impleas ex toto cor
de tuo,& ex tota anima tua. Domi
num elegiſti hodie vt ſit tibi deus:
& ambules in viis eius:& cuſtodias
ceremonias illius, & mandata atq;
iudicia: & obedias eius imperio.
En, dominus elegit te hodie, vt ſis
ei populus peculiaris, ſicut locutus
eſt tibi: & cuſtodias omnia pcepta
illius:& faciet te excelſiorem cun-
ctis gentibus quas creauit in laudē,
& nomen, & gloriam ſuam: vt ſis
populus ſanctus domini Dei tui, ſi
cut locutus eſt tibi. Graduale.
ſal. 8. P ropitius eſto peccatis noſtris do-
mine,nequando dicant gentes,vbi
eſt deus eorū? ℣. Adiuua nos deus
ſalutaris noſter, & propter gloriā
noīs tui dn̄e libera nos. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate. Orō.

PRotector noſter aſpice deus:
vt, qui malorum noſtrorum
pondere premimur, percepta mi-
ſericordia tua, libera tibi mente fa
mulemur. Per dominum noſtrū
Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio libri Deuteronomij.

11. IN diebus illis: dixit Moyſes filiis
Iſrael. Si cuſtodieritis mandata,
quæ ego præcipio vobis, & feceri-
tis ea, vt diligatis dominum deum
veſtrum, & ambuletis in omnibus
viis eius adhęrentes ei:diſperdet do
minus omnes gētes iſtas ante faciē
veſtram, & poſſidebitis eas, quæ
maiores & fortiores vobis sūt. Om
nis locus, quem calcauerit pes ve-
ſter, veſter erit. A deſerto, & Liba-
no, & flumine magno Euphrate,
vſq; ad mare occidentale erunt ter
mini veſtri.Nullus ſtabit cōtra vos.
Terrorem veſtrum & formidinem
dabit dn̄s deus veſter ſup omnem
terram,quā calcaturi eſtis: ſicut lo
cutus eſt vobis domin⁹ deus veſter.
Graduale. P rotector noſter aſpice Pſal. 83.
deus, & reſpice ſuper ſeruos tuos.
℣. Domine,de⁹ virtutū,exaudi pre
ces ſeruorū tuorum. Oremus. Fle-
ctamus gen. ℟. Leuate. Oratio.

ADeſto, quęſum⁹ domine,ſup
plicationibus noſtris: vt eſ-
ſe, te largiente, mereamur,& inter
proſpera humiles, & inter aduerſa
ſecuri. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Machabęorum.

IN diebus illis. Orationem facie- 2.c.1
bant ſacerdotes, dum offerrent
ſacrificium pro populo Iſrael, Io-
natha inchoante, cæteris autem
reſpondentibus & dicentibus. Be-
nefaciat vobis deus: & memine-
rit teſtamenti ſui, quod locutus
eſt ad Abraham, Iſaac, & Iacob
ſeruorum ſuorum fidelium. Et det
vobis cor omnibus, vt colatis eū,
& faciatis eius voluntatem corde
magno & animo volenti. Adape-
riat cor veſtrū in lege ſua,& in prę-
ceptis ſuis, & faciat pacem. Exau-
diat orationes veſtras: & reconci-
lietur vobis, nec vos deſerat in tem
pore malo, dominus deus veſter.
Gradua. Conuertere domine ali- Pſal. 89.
quātulum, & deprecare ſuper ſer-
uos tuos. ℣. Domine,refugium fa-

ctus es nobis à generatione ĩ gene-
rationem. Oremus. Flectamus ge-
nua. ℟ Leuate. Oratio.

PReces populi tui, quæſumꝰ do-
mine, clementer exaudi: vt qui
iuſte pro peccatis noſtris affligi-
mur, pro tui nominis gloria miſe
ricorditer liberemur. Per dominũ.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 36 MIſerere noſtri Deus omniũ,
& reſpice nos: & oſtẽde no-
bis lucem miſerationum tuarum:
& immitte timorem tuum ſuper
gentes, quæ non exquiſierunt te: vt
cognoſcant, quia nõ eſt Deus niſi
tu: vt enarrent magnalia tua. Al-
leua manum tuam ſuper gentes a-
lienas: vt videant potẽtiam tuam.
Sicut enim in conſpectu eorũ ſan-
ctificatus es in nobis: ſic in conſpe
ctu noſtro magnificaberis in illis:
vt cognoſcant te, ſicut & nos co-
gnouimus, quoniam nõ eſt Deus
præter te domine. Innoua ſigna, &
immuta mirabilia. Glorifica ma-
num, & brachium dextrum. Excita
furorẽ: & effunde iram. Tolle ad-
uerſarium, & afflige inimicũ. Feſti-
na tempus, & memento finis: vt e-
narrent mirabilia tua: domine deꝰ
Pſal. 140. noſter. Graduale. Dirigatur ora-
tio mea, ſicut incenſum in cõſpe-
ctu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum
mearum ſacrificium veſpertinũ.
Oremus. Flectamus genua. ℟.
Leuate. Oratio.

ACtiones noſtras, quæſumus
domine, aſpirando præueni, & ad
iuuando proſequere: vt cuncta no
ſtra oratio, & operatio à te ſem-
per incipiat, & per te cepta finia-
tur. Per dominum noſtrum &c.

Lectio Danielis prophetæ.

IN diebus illis. Angelus domini ca
deſcendit cum Azaria & ſociis
eius in fornacem: & excuſſit flam-
mam ignis de fornace, & fecit me-
dium fornacis, quaſi vẽtum roris
flãtem. Flamma autem diffuſa eſt
ſuper fornacẽ cubitis quadraginta
nouem: & incendit quos repperit
iuxta fornacem de Chaldæis mini
ſtros regis, qui eã incendebãt. Illos
autem omnino non tetigit ignis,
neq; contriſtauit, nec quiquã mo-
leſtiæ intulit. Tunc hi tres, quaſi ex
vno ore laudabãt, & glorificabãt,
& benedicebant Deum in forna-
ce, dicentes. Hymnus.

BEnedictus es domine deus pa- Da
trum noſtrorum. Et laudabi-
lis & glorioſus in ſecula. Et bene-
dictum nomen gloriæ tuæ: quod
eſt ſanctum. Et laudabile & glorio
ſum in ſecula. Benedictus es in tẽ-
plo ſancto glorię tuę. Et laudabilis
& glorioſus in ſecula. Benedictus
es ſuper thronum ſanctum regni
tui. Et laudabilis & glorioſus in ſe-
cula. Benedictus es ſuper ſceptrũ
diuinitatis tuæ. Et laudabilis & glo
rioſus in ſecula. Benedictus es qui
ſedes ſuper Cherubim, intuẽs abyſ
ſos. Et laudabilis & glorioſus in ſe-
cula. Benedictus es, q ambulas ſu-
per pennas ventorum, & ſuper vn-
das maris. Et laudabilis & glorio-
ſus in ſecula. Benedicãt te omnes
angeli, & ſancti tui. Et laudent te, &
glorificẽt in ſecula. Benedicant te
cęli, terra, mare, & oĩa q̃ ĩ eis ſunt.
Et laudẽt te, & glorificẽt in ſecula.
Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſan
cto. Et laudabili & glorioſo in ſe-

cula. Sicut erat ĩ principio, & nũc & ſemp,& in ſecula ſeculorũ, am̃. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Benedictus es domine Deus patrum noſtrorũ. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcum. Nõ dicitur. Flectamus genua. Oremus. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius, vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per do. Aliæ orones, vt in fer. iiij. Cin. f. 88.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

FRatres: Rogamus vos, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt, ſectamini in inuicẽ, & in omnes. Semper gaudete: ſine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate: quod bonũ eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela, in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Tractus. Laudate dñm oẽs gentes: & collaudate eũ oẽs populi. ℣. Qm̃ confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas dñi manet in æternum. Euãgelium. In illo tpe: Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum. Quære in ſequẽti Dominica. Offert. Dñe Deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte corã te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Secreta.

PRæſentibus ſacrificiis, q̃s dñe, ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius, interius operetur. Per domi. Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. fol. 90. Communio.

Domine Deus in te ſperaui, libera me ab omnibus perſequẽtibus me, & eripe me. Poſtcommunio. Pſ. 7.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis æterna proueniãt. Per dominum noſtrũ. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio.

FIdeles tuos Deus benedictio deſiderata confirmet: quæ eos, & à tua voluntate nunquam faciat diſcrepare, & tuis ſemper indulgeat beneficiis gratulari. Per do.

¶ Dominica ij. Quadrageſimæ. Statio ad Sanctam Mariam in Dominica. Introitus.

REminiſcere miſerationum tuarum domine, & miſericordiæ tuæ, q̃ à ſeculo ſunt: ne vnquam dominẽtur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael, ex omnibus anguſtiis noſtris. Pſalmus. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat &c. Oratio. Pſ. 24

DEus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius, exte-

riusq; cuſtodi : vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mũdemur in mente. Per dominum.

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. ſupra. folio 88.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

1.c.4 FRatres. Rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu: quemadmodũ accepiſtis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere deo: ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ pręcepta dederim vobis, per dominum Ieſum. Hęc eſt enim volũtas dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione: vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & honore: nõ in paſſione deſiderij, ſicut & gẽtes quę ignorant deum. Et ne quis ſupergrediatur, neque circunueniat in negocio fratrem ſuum: quoniã vindex eſt dominus de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam: ſed in ſanctificationem. In Chriſto Ieſu Domino noſtro. Graduale.

Pſal. 24. Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt: de neceſſitatib⁹ meis erue me dñe. ℣. Vide humilitatẽ meã & laborem meũ: & dimitte omnia
Pſal. 105. peccata mea. Tractus. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ei⁹. ℣. Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? ℣. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. ℣. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tẽpore: Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplẽduit facies eius ſicut ſol, veſtimẽta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerũt illis Moyſes & Elias cũ eo loquentes. Reſpondens autẽ Petrus, dixit ad Ieſum. Domine, bonũ eſt nos hic eſſe. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnũ, Moyſi vnum, & Elię vnũ. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderũt ĩ faciem ſuam, & timuerunt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis. Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendentibus illis de mõte, præcepit eis Ieſus, dicens. Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat. c.

Credo. Offertoriũ. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Secreta.

SAcrificiis præſentibus domine, quæſumus, intende placatus: vt

& de-

& deuotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per dominum noſtrum.
Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Communio.
C.5. Intellige clamorem meum: inten de voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus: quoniam ad te orabo domine. Poſtcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiam placitis moribꝰ dignāter deſeruire concedas. Per dominū noſtrum. Aliæ poſtcōiones, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 90.

¶ Feria ij. Statio ad ſanctum Clementem. Introitus.

Pſ.25 REdime me domine, & miſerere mei: pes enī meus ſtetit ī via recta: in eccleſijs benedicam Dominum. ps. Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperans, non infirmabor. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens deus: vt familia tua, quę ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinet, ſectando iuſtitiam à culpa ieiunet. Per dominum noſtrum &c.
Alię orationes, vt in feria quarta Cinerum. ſupra. folio 88.

Lectio Danielis prophetæ.

c.9. IN diebus illis. Orauit Daniel dominum, dicens. Domine deꝰ noſter, qui eduxiſti populum tuū de terra Aegypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecūdum diem hāc: peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine in omnem iuſtitiam tuā auertatur, obſecro, ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ieruſalem, & à monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra, & iniquitates patrū noſtrorum, Ieruſalem & populus tuus in opprobrium ſunt omnibꝰ per circuitum noſtrum. Nunc ergo exaudi domine deus noſter orationem ſerui tui, & preces eius: & oſtē de faciem tuā ſuper ſanctuarium tuum, quod deſertum eſt. Propter temetipſum inclina deus meus aurē tuā, & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram, & ciuitatem, ſuper quā inuocatum eſt nomen tuum. Neq; enim in iuſtificationibus noſtris proſternimꝰ preces ante faciem tuam: ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine, attende, fac, ne moreris ꝓpter temetipſum deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatē, & ſuper populum tuum, domine deus noſter.
Grad. Adiutor meus, & liberator meus eſto: domine ne tardaueris. Pſ.69
℣. Confundantur, & reuereātur inimici mei, qui quærunt animam meam. Tractus. Domine nō ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarū antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. Pſ.78

Sequentia ſancti euāgelij ſecundum Ioannem.

IN illo tēpore. Dixit Ieſus turbis Iudęorum. Ego vado, & quære- c.8.

tis me : & in peccato veſtro moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire . Dicebant ergo Iudæi. Nunquid interficiet ſemetipſum , quia dicit : quo ego vado, vos non poteſtis venire ? Et dicebat eis. Vos de deorſum eſtis : ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis : ego non ſum de hoc mundo . Dixi ergo vobis : quia moriemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis: quia ego ſum, moriemini ĩ peccato veſtro . Dicebant ergo ei . Tu quis es? Dixit eis Ieſus. Principium: qui & loquor vobis . Multa habeo de vobis loqui, & iudicare. Sed qui miſit me, verax eſt: & ego, quæ audiui ab eo, hęc loquor in mundo . Et non cognouerũt: quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Ieſus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum , & à me ipſo facio nihil : ſed ſicut docuit me Pater, hęc loquor . Et qui me miſit, mecum eſt: & non reliqt me ſolũ: quia ego quę placita ſunt ei, facio ſemper. Offerto. Benedicã dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam dominũ in cõſpectu meo ſemper : quoniã à dextris eſt mihi, ne cõmouear. Secre.

HAec hoſtia domine placationis & laudis, tua nos ꝓtectione dignos efficiat. Per dominũ no. Aliæ ſecretæ , vt in feria quarta Cinerum. fol. 90. Communio. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Poſtcommunio.

HAec nos communio domine purget à crimine , & cœleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per do.

Aliæ poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. folio 88. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

ADeſto ſupplicationibꝰ noſtris omnipotens deus : & quibus fiduciam ſperandæ pietatis indulges, cõſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per dominũ no.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctã Balbinam. Introitus.

TIbi dixit cor meũ, quæ Pſal.
ſiui vultum tuum, vul 26.
tum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuam à me. Pſal. Dominus illuminatio mea, & ſalꝰ mea, quem timebo? ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Oro.

PErfice, quæſumus domine, benignus, in nobis obſeruantiæ ſanctæ ſubſidium: vt quæ te autore facienda cognouimus, te operãte impleamus. Per dominum noſtrum. Alię orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 88.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Factꝰ eſt ſermo Do 3. ca.
mini ad Eliam Theſbiten, dicẽs. 17.
Surge & vade in Sarephtam Sydoniorum: & manebis ibi. Pręcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te. Surrexit & abijt in Sarephtam. Cũque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna: & vocauit eam, dixitque ei. Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam. Cumque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens. Affer mihi obſecro & bucellam panis ĩ manu tua. Quæ reſpondit. Viuit dominus deus tuus: quia

non

non habeo panẽ, niſi quãtum pugillus capere poteſt farinę ĩ hydria, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciã illud mihi, & filio meo, vt comedamus & moriamur. Ad quam Elias ait. Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti. Veruntamen mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autẽ & filio tuo facies poſtea. Hæc autem dicit dominus deus Iſrael. Hydria farinæ non deficiet: nec lecythus olei minuetur, vſque in diem in qua daturus eſt dominꝰ pluuiam ſuper faciem terræ. Quę abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ. Et comedit ipſe, & illa, & domꝰ eius. Et ex illa die hydria farinæ nõ defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta verbum domini, qđ locutus fuerat in manu Eliæ. Grad.

Pſal. 54. Iacta cogitatum tuum ĩ domino, & ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocẽ meã ab his ꝗ appropinquãt mihi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

23. IN illo tempore: Locutus eſt Ieſus ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens. Super Cathedrã Moyſi ſederũt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecundũ vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponũt in humeros hominũ: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videãtur ab hominibus. Dilatant enĩ philacteria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus ĩ cęnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, rabbi. Vos autẽ nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: oẽs autem vos fratres eſtis. Et patrẽ nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter, qui in cęlis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui aũt ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Off.

Miſerere mei domine ſm magnã miſericordiã tuã: dele domine iniquitatem meam. Pſal. 50.

Secreta.

SAnctificationem tuã nobis domine his myſterijs operare placatus: quæ nos & terrenis purget vitiis: & ad cœleſtia dona perducat. Per dominum noſtrum Ieſum.

Alię ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. fo. 90. Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: lętabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo altisſime. Pſ. 9.

Poſtcommunio.

VT ſacris domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis, quæſumus, ſemper obedire mandatis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Alię poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum fol. 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Oratio.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, & animarum noſtrarum medere languoribus: vt, remiſsione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶Feria iiij. Statio ad ſanctam Cęciliam. Introitus.

Pſal. 37. NE derelinquas me domine deus meus, ne diſcedas à me: intēde in adiutorium meū domine virtus ſalutis meę. Pſalmus. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

POpulum tuum domine propitius reſpice: & quos ab eſcis carnalibus pręcipis abſtinere, à noxiis quoq; vitiis ceſſare cōcede. Per dominum noſtrū. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerum. folio 88.

c.13. Lectio libri Heſter.

IN diebus illis: Orauit Mardochęus ad Dominum, dicens. Domine deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita: & nō eſt qui poſſit tuę reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos, continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti cęlum & terrā, & quicquid cæli ambitu cōtinetur. Tu es dominus omnium: & non eſt qui reſiſtat maieſtati tuę. Et nunc dñe rex regū, deus Abraham, miſerere populo tuo: quia volūt nos inimici noſtri perdere, & hęreditatē tuā delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi: ſed exaudi deprecationem noſtram, & propitius eſto ſorti & ſuniculo hæreditatis tuę. Et conuerte luctum noſtrū in gaudium: vt viuētes laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canētiū te, domine deus noſter. Gradu.

Pſal. 27. SAluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuę. ℣. Ad te domine clamaui, deus meus ne ſileas à me, & ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Tractus.

Pſal. 101. DOmine non ſecundum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitatęs noſtras retribuas nobis. ℣. Pſal. 78. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriā nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

c.20. IN illo tempore: Aſcendens Ieſus Ieroſolymā, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis. Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis: & cōdemnabūt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudēdum, & flagellādum, & crucifigendum: & die tertia reſurget. Tunc acceſſit ad eum mater filiorū Zebedæi cū filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram, in regno tuo. Reſpōdens autē Ieſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quē ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt à patre meo. Et audientes decem, indignati ſunt de

duobus fratribus. Ieſus autem vocauit eos ad ſe: & ait. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuã redemptionem pro multis. Offertorium. A d te domine leuaui animam meam, deus meus in te confido, nõ erubeſcã: neq; irrideant mę inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectãt, nõ confundẽtur. Secreta.

HOſtias, quæſumus domine, quas tibi offerimus propitius reſpice: & per hæc ſancta commercia, vincula peccatorum noſtrorũ abſolue. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Communio. I uſtus dominus, & iuſtitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

Poſtcommunio.

SVmptis domine ſacramentis, ad redemptionis æternę, quæſumus, proficiamus augmẽtũ. Per dominum. Aliç poſtcommuniones, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 90. Super populum. O remus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DEus innocentiæ reſtitutor, & amator, dirige ad te tuorum corda ſeruorum: vt ſpiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur ſtabiles, & ĩ opere efficaces. Per dominum no. in vnitate eiuſdem.

¶Feria v. Statio ad ſanctam Mariã trans Tyberim. Introitus.

DEus in adiutoriũ meũ intende, Domine ad adiuuandum me feſtina: confundantur, & reuereantur omnes inimici mei: qui quærunt animam meam. Pſalmus. Auertãtur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala. ℣. Gloria pa. &c. Oratio. Pſ. 69

PReſta nobis, quæſumus domine, auxilium gratiæ tuæ: vt ieiuniis & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hoſtibus mẽtis & corporis. Per dominum no.

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 88.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

HAec dicit dominus Deus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum: & à dño recedit cor eius. Erit enim quaſi miricę in deſerto, & non videbit cum venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis, & inhabitabili. Benedictus vir, qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride: & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum: nec aliquando deſinet facere fructum. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile: qs cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Dicit Dominus omnipotens. Grad. c. 17.

Pſal. 78. Propitius eſto peccatis noſtris domine, nequando dicant gentes, vbi eſt deus eorum? Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui domine libera nos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c.16. IN illo tempore: Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues: & ſepultus eſt in inferno. Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à lõge, & Lazarum in ſinu eius. Et ipſe clamans, dixit. Pater Abraham miſerere mei: & mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti ſui in aquã, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint: neque inde huc tranſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorũ. Et ait illi Abraham. Habent Moyſen, & prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abraham: ſed ſiquis ex mortuis ierit ad eos, pęnitentiam agent. Ait autem illi. Si Moyſen & prophetas non audiũt: neque, ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Offertorium.

Precatus eſt Moyſes in conſpectu domini dei ſui, & dixit: quare domine iraſceris in populo tuo? parce irę animę tuę: memẽto Abraham, Iſaac, & Iacob: quibus iuraſti dare terrã fluentẽ lac, & mel: & placatus eſt dominus de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. Exo. 32. Secreta.

PRæſenti ſacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata ſanctificẽt: vt quod obſeruãtia noſtra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filiũ tuũ. Alię ſecretę, vt in feria iiij. Cinerũ.

Communio. Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in eo, dicit dominus. Poſtcommunio.

GRatia tua nos, quæſumus domine, non derelinquat: quæ & ſacræ nos deditos faciat ſeruituti, & tuam nobis opem ſemper acquirat. Per dominũ. Alię poſtcõiones, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 90.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

ADeſto domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poſcentibus: vt his, qui te auctore, & gubernatore gloriantur, & congregata reſtaures, & reſtaurata conſerues. Per dominum no.

¶Feria vj. Statio ad ſanctum Vitalem. Introitus.

Pſal. 6. EGo autē, cum iuſtitia apparebo in cōſpectu tuo: ſatiabor, dum manifeſtabitur gloria tua. Pſal's. Exaudi domine iuſtitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DA, quęſumus, omnipotēs de⁹: vt ſacro nos purificante ieiunio, ſynceris mentibus ad ſancta ventura facias peruenire. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 88.

Lectio libri Geneſis.

37. IN diebus illis: Dixit Ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomniū meū, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare: veſtroſque manipulos circunſtantes adorare manipulum meum. Reſponderunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris? aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum atque ſermonum inuidiæ & odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoque ſomnium vidit, quod narrans fratribus, ait. Vidi per ſomniū quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cum patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater, & dixit. Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? Nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terrā? Inuidebant igitur ei fratres ſui: pater vero rem tacitus cōſiderabat. Cumque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Iſrael. Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni mittam te ad eos. Quo reſpondente, præſto ſum: ait. Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle Hebrō, venit in Sichem. Inuenitque eum vir errantem in agro: & interrogauit quid quæreret. At ille reſpondit. Fratres meos quęro: indica mihi vbi paſcant greges. Dixit ei vir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui autem eos dicentes. Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos ī Dothain. Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur. Ecce ſomniator venit: venite occidamus cū: & mittamus eum in ciſternam veterē, dicemuſque: fera peſſima deuorauit eum. Et tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autem hæc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effundamus ſanguinem: ſed proiicite eum in ciſternam hanc, quę eſt in ſolitudine: manuſque veſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri ſuo.

Graduale. Ad dn̄m cū tribularer clamaui, & exaudiuit me. ℣. Dn̄e libera animā meā à labiis iniquis, & à lingua doloſa. Pſal. 119. Tractus. Domine non ſecundum peccata noſtra quæ fecimus nos: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Pſal. 102.

Pſ.78 bis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericordię tuæ: quia pauperęs facti ſum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuũ.

Sequentia ſancti euãgelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudæorum, parabolam hãc. Homo qdã erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepẽ circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis: & peregre profectus eſt. Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperẽt fructus eius. Et agricolę, apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderũt, alium occiderũt, alium vero lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: verebuntur forte filium meũ. Agricolæ autem videntes filium: dixerunt intra ſe. Hic eſt hęres: venite, occidamus eum, & habebimus hęreditatem eius. Et apprehenſum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis, Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus ei⁹. Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtũ, confringetur. Super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum, & phariſæi parabolas eius: cognouerunt, quod de ipſis diceret. Et quærẽtes eum tenere, timuerũt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant. Offerto. Domine in auxiliũ meum reſpice: confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eã: domine in auxilium meum reſpice. Secreta.

HAec in nobis ſacrificia, de⁹, & actione permaneant, & operatione firmentur. Per dominũ. Alię ſecretæ, vt in feria iiij. Cinerũ. f.90. Cõio. Tu domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos à generatione hac in æternum. Poſtcommunio.

FAc nos, q̃s dñe, accepto pignore ſalutis æternæ, ſic tendere congruenter, vt ad eam peruenire poſſimus. Per do. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria iiij Cinerũ. f. 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DA quæſumus domine, populo tuo ſalutem mentis, & corporis: vt bonis operibus inhærendo, tuę ſemꝑ virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctos Marcellinum & Petrum. Introitus.

LEx Domini irreprehẽſibilis, cõuertens animas: teſtimoniũ domini fidele, ſapientiã præſtans paruulis.

Pſal. Cęli enarrant gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamẽtum. ℣. Gloria pa. Oratio.

DA, quæſumus domine, noſtris effectum ieiuniis ſalutarem: vt caſtigatio carnis aſſumpta, ad noſtrarũ vegetationẽ tranſeat animarum. Per. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerũ. fol. 88.

Lectio libri Geneſis.

27. IN diebus illis: Dixit Rebecca filio ſuo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce conſiliis meis: & pergens ad gregem affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur: quos cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpondit. Noſti, quod Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego læuis: ſi attrectauerit me pater meꝰ, & ſenſerit, timeo ne putet me voluiſſe ſibi illudere, & inducã ſuper me maledictionẽ pro benedictione. Ad quẽ mater. In me ſit, ait, iſta maledictio, fili mi: tantũ audi vocẽ meã, & pergẽs, affer quæ dixi. Abij & attulit, deditq; matri ſuæ. Parauit illa cibos, ſicut nouerat velle patrẽ illius. Et veſtibꝰ Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eũ: pelliculasq; hędorũ circũdedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit: Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es, fili mi: Dixitque Iacob. Ego ſum Eſau primogenitus tuus: feci, ſicut præcepiſti mihi. Surge, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rurſumq; Iſaac ad filium ſuum. Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit. Voluntas Dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque Iſaac. Accede huc, vt tangam te fili mi: & probem vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non? Acceſſit ille ad patrem: &, palpato eo, dixit Iſaac. Vox quidem, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. & non cognouit eum, quia piloſę manus ſimilitudinẽ maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi, ait. Tu es filius meus Eſau? Reſpondit. Ego ſum. At ille: Affer inquit, mihi cibos de venatione tua, fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet: obtulit ei etiam vinum. Quo hauſto dixit ad eum. Accede ad me, & da mihi oſculũ, fili mi. Acceſſit, & oſculatus eſt eum. Statimque vt ſenſit veſtimentorum illius fragrantiã, benedicens ait. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cæli, & de pinguedine terrę, abũdantiam frumenti, vini, & olei. Et ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus. Eſto dominus fratrum tuorum: & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit, tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Iſaac ſermonem imple-

uerat, & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, coctoſq; de venatione cibos intulit patri, dicẽs. Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi aĩa tua. Dixitq; illi Iſaac. Quis enim es tu? Qui reſpõdit. Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehementi: & vltra quã credi poteſt admirãs, ait. Quis ergo ille eſt, qui dudum captam venationẽ attulit mihi, & comedi ex omnibus priuſquam tu venires? benedixiq; ei, & erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugiit clamore magno: & conſternatus ait. Benedic etiã & mihi pater mi. Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille ſubiunxit. Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob. Supplãtauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, & nunc ſecũdo ſurripuit bñdictionẽ meã. Rurſumque ad patrem, Nunquid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionẽ? Reſpondit Iſaac, Dñm tuum illum conſtitui, & oẽs fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui. Frumento, vino, & oleo ſtabiliui eum: & tibi poſt hæc fili mi, vltra quid faciam? Cui Eſau. Nũ vnã, inquit, tm̃ benedictionem habes pater? Mihi quoque obſecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Iſaac, dixit ad eum. In pinguedine terræ, & in rore cęli deſuper erit benedictio tua. Grad.
Pſal. 91. Bonũ eſt confiteri dño, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiã tuam, & veritatem tuã per noctẽ.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo qdã habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis, patri, Pater, da mihi portionẽ ſubſtantiæ, quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuã, viuendo luxurioſe. Et poſtquam cõſummaſſet omnia, facta eſt fames valida in regione illa: & ipſe cæpit egere. Et abiit, & adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illũ in villã ſuã, vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrẽ ſuũ de ſiliquis, quas porci mãducabant: & nemo illi dabat. In ſe aũt reuerſus, dixit. Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meũ, & dicã ei: Pater peccaui in cęlum & corã te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnũ de mercenariis tuis. Et ſurgens, venit ad patrẽ ſuũ. Cum autẽ adhuc longe eſſet, vidit illũ pater ipſius: & miſericordia motus eſt. Et accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitque ei filius. Pater peccaui in cęlum, & corã te: iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos. Cito proferte ſtolã primã, & induite illum: & date anulũ in manu eius, & calceamẽta in pedes eius: & adducite vitulũ ſaginatũ, & occidite,

& mãducemus & epulemur: quia
hic filius meus mortuus erat, & re
uixit: perierat, & inuentus eſt. Et cę
perunt epulari. Erat autẽ filius eius
ſenior in agro. Et cum veniret, &
appropinquaret domui, audiuit
ſymphoniam & chorum. Et voca
uit vnũ de ſeruis: & interrogauit,
quę hęc eſſent. Isque dixit illi. Fra-
ter tuus venit: & occidit pater tuus
vitulũ ſaginatũ, quia ſaluũ illũ re-
cepit. Indignatus eſt autẽ, & nole-
bat introire. Pater ergo illius egreſ-
ſus cœpit rogare eum. At ille re-
ſpondens, dixit patri ſuo. Ecce tot
annis ſeruio tibi, & mandatum
tuum nunquam preterii: & nun
quam dediſti mihi hędum, vt cũ
amicis meis epularer. Sed poſtquã
filius tuus hic, qui deuorauit ſub-
ſtãtiam ſuam cum meretricibus,
venit: occidiſti vitulum ſagina-
tum. At ipſe dixit illi. Fili, tu ſem-
per mecum es: & omnia mea tua
ſunt. Epulari autem, & gaudere
oportebat, quia frater tuus hic,
mortuus erat, & reuixit: perierat,
& inuẽt⁹ eſt. Offer. Illumina ocu-
los meos, ne vnquã obdormiã in
morte: neqñ dicat inimicus me⁹:
præualui aduerſus eum. Secreta.

HIs ſacrificijs domine concede
placatus: vt, qui propriis ora
mus abſolui delictis, non graue-
mur externis. Per do. Aliæ ſecre-
tæ, vt in feria quarta Cine. ſol. 90.
Cõio. Oportet te fili gaudere: quia
frater tu⁹ mortu⁹ fuerat, & reuixit:
perierat, & inuentus eſt. Poſ cõio.

SAcramenti tui domine diuini
libatio penetralia noſtri cordis
infundat: & ſui nos participes po-
tenter efficiat. Per dominum no.
Aliæ poſtcommuniones, vt in fe-
ria quarta Cinerum. folio 90.
Super populum. Oremus. Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.

FAmiliã tuam, q̃s dñe, cõtinua
pietate cuſtodi: vt quę in ſola
ſpe gratię cęleſtis innititur, cęleſti
etiam protectione muniatur. Per.

¶ Dominica iij. in xl. Statio ad S.
Laurentium extra muros. Intro.

OCuli mei ſemper ad Pſal.
dominum: quia ipſe 24.
euellet de laqueo pe-
des meos: reſpice in
me, & miſerere mei,
quoniã vnic⁹, & pauper ſum ego.
ps. Ad te domine leuaui animam
meã: deus meus in te confido, nõ
erubeſcã. ℣. Gloria patri. Oratio.

QVęſumus, oṕs deus, vota hu-
milium reſpice: atque ad de-
fenſionem noſtram, dexteram tuę
maieſtatis extẽde. Per dominum.
Alię orationes, vt in feria iiij. Ci-
nerum. folio 88. Lectio epiſtolæ
beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Eſtote imitatores Dei, ca. 5.
ſicut filij cariſſimi: & ambulate
in dilectione, ſicut & Chriſtus dile
xit nos: & tradidit ſemetipſum ꝓ
nobis oblationẽ & hoſtiã deo in
odorẽ ſuauitatis. Fornicatio autẽ
& omnis immũditia, aut auaritia,
nec nominetur ĩ vobis, ſicut decet
ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultilo
quiũ, aut ſcurrilitas, q̃ ad rẽ nõ per
tinet: ſed magis gratiarũ actio. Hoc
aũt ſcitote, intelligentes: quod oĩs
fornicator, aut ĩmũdus, aut auar⁹,
qđ eſt idolorũ ſeruit⁹, nõ habet hę
reditatem in regno Chriſti & Dei.

Nemo vos ſeducat inanibus ver-
bis. Propter hæc enim venit ira
dei in filios diffidentiæ. Nolite er-
go effici participes eorum. Eratis
enim aliquando tenebræ: nunc au
tem lux in domino. Vt filij lucis
ambulate. Fructus enim lucis eſt
in omni bonitate, & iuſtitia, & veri
Pſ.9. tate. Grad. Exurge domine, non
præualeat homo: iudicentur gen-
tes in conſpectu tuo. ℣. In Conuer
tendo inimicū meū retrorſum, in
firmabūtur, & peribūt à facie tua.
Pſal. Trac. Ad te leuaui oculos meos
122. qui habitas in cælis. ℣. Et ſicut o-
culi ancillę ĩ manibꝰ dominę ſuę,
ita oculi noſtri ad dominum deū
noſtrū, donec miſereatur noſtri. ℣.
Miſere noſtri dñe, miſerere noſtri

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Lucam.



c.11. IN illo tem-
pore. Erat Ie
ſus, eiiciens dę-
monium: & il
lud erat mutū.
Et cum eiecif-
ſet dæmoniū,
locutꝰ eſt mu-
tus: & admira
tæ ſunt turbæ. Quidam autem ex
eis dixerunt. In Beelzebub princi-
pe dæmoniorum eiicit dęmonia.
Et alij tentantes, ſignum de cælo
quærebant ab eo. Ipſe autem vt vi
dit cogitationes eorum, dixit. Om
ne regnum in ſeipſum diuiſum, de
ſolabitur: & domus ſupra domū
cadet. Si autē & ſatanas ĩ ſe ipſum
diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnū
ipſius, quia dicitis in Beelzebub
eiicere me dęmonia? Si autem ego
in Beelzebub eiicio dæmonia: filij
veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi,
iudices veſtri erunt. Porro ſi in di-
gito dei eiicio dæmonia: profectò
peruenit in vos regnum dei. Cum
fortis armatus cuſtodit atriū ſuū:
in pace ſunt om nia, quæ poſſidet.
Si autem fortior illo ſuperueniens
vicerit eum: vniuerſa arma eius
auferet, in quibus confidebat: &
ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt
mecum, aduerſum me eſt: & qui
non colligit mecum, diſpergit.
Cum immundus ſpiritus exierit
ab homine, perambulat per loca
inaquoſa, quærens requiem. Et nō
inueniens, dicit. Reuertar in do-
mum meam, vnde exiui. Et cum
venerit, inuenit eam ſcopis mun-
datam & ornatam. Et tunc vadit,
& aſſumit ſecum ſeptem alios ſpi-
ritus nequiores ſe: & ingreſſi ha-
bitāt ibi. Et fiunt nouiſſima homi
nis illius, peiora prioribus. Factum
eſt autem cum hæc diceret, extol-
lens vocem quędam mulier de tur
ba, dixit illi. Beatus venter, qui te
portauit, & vbera quæ ſuxiſti. At
ille dixit. Quinimo, beati qui au-
diūt verbū dei, & cuſtodiūt illud.
Et dicitur. Credo. Offertorium.
Iuſtitiæ domini rectæ, lætifican-
tes corda: & iudicia eius dulciora
ſuper mel & fauum: nam & ſeruus
tuus cuſtodit ea. Secreta.

HAec hoſtia, quæſumus do-
mine, emundet noſtra deli-
cta: & ad ſacrificium celebrandū,
ſubditorū tibi corpora, menteſque
ſanctificet. Per dominum noſtrū
Ieſum Chriſtū filiū tuū. Aliæ ſecre
tæ vt in feria quarta Cinerū. f. 54.

Gal. 1. Cõio. Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos: altaria tua domine virtutũ, rex meus & deus meus: beati qui habitant in domo tua, in ſeculum ſeculi laudabunt te. Poſtcõmunio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, reatibus & periculis propitiatus abſolue, quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per dominum noſtrum. Aliæ poſtcõmuniones, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 88.

¶ Feria ij. Statio ad ſanctum Marcum. Introitus.

Gal. 5. IN Deo laudabo verbum: in domino laudabo ſermonẽ: in deo ſperabo, non timebo, quid faciat mihi homo. Pſalṁ. Miſerere mei Deus, qm̃ cõculcauit me hõ, tota die bellans tribulauit me. ℣. Gloria. Oratio.

COrdibus noſtris, quęſumus domine, gratiam tuam benignus infunde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus, ita ſenſus quoque noſtros à noxiis retrahamus exceſſibus. Per dominũ. Alię orationes, vt in feria quarta Cinerum. fol. 88.

Lectio libri Regum.

.cis IN diebus illis. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud Dominum ſuum, & honoratus. Per illum enim dedit dominus ſalutem Syrię. Erat autem vir fortis, & diues: ſed leproſus. Porrò de Syria egreſſi fuerant latrũculi: & captiuā duxerāt de terra Iſrael puellā paruulā, quę erat ĩ obſequio vxoris Naaman: quę ait ad dominā ſuam. Vtinā fuiſſet dominus meus ad prophetam, qui eſt in Samaria: profecto curaſſet eum à lepra quā habet. Ingreſſus eſt itaque Naamā ad dominum ſuum, & nunciauit ei, dicens. Sic & ſic locuta eſt puella de terra Iſrael. Dixitque ei rex Syrię. Vade, & mittam literas ad regem Iſrael. Qui cum profectus eſſet, & tuliſſet ſecum decem talenta argenti, & ſex millia aureorũ, & decem mutatoria veſtimentorum, detulit literas ad regem Iſrael in hæc verba. Cum acceperis epiſtolā hāc, ſcito quod miſerim ad te Naaman ſeruum meum: vt cures eum à lepra ſua. Cumque legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, & ait. Nunquid deus ſum ego, vt occidere poſſim & viuificare: quia iſte miſit ad me, vt curem hominem à lepra ſua? Animaduertite, & videte: quod occaſiones quęrat aduerſum me. Quod cum audiſſet Eliſæus vir dei: ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimenta ſua: miſit ad eum, dicens. Cur ſcidiſti veſtimenta tua? Veniat ad me, & ſciat prophetam eſſe in Iſrael. Venit ergo Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium domus Eliſæi: miſitque ad eum Eliſæus nuncium, dicens. Vade & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatem caro tua: atque mundaberis. Iratus Naaman, recedebat dicens. Putabam quod egrederetur ad me: & ſtans inuocaret nomen domini dei ſui, & tangeret manu ſua locum leprę, & curaret me. Nunquid non meliores ſunt Abana, & Pharphar fluuij Damaſci, omnibus aquis Iſrael: vt lauer in eis, & munder? Cum ergo vertiſſet ſe, & abiret indignans ac-

ceſſerunt ad eum ſerui ſui,& locuti
ſunt ei. Pater, & ſi rem grandem di
xiſſet tibi propheta, certe facere de-
bueras: quanto magis, quia nunc
dixit tibi, lauare, & mundaberis?
Deſcendit: & lauit in Iordane ſe-
pties, iuxta ſermonem viri dei:& re
ſtituta eſt caro eius,ſicut caro pueri
paruuli:& mũdatus eſt. Reuerſusq́;
ad virum dei cum vniuerſo comi-
tatu ſuo,venit,& ſtetit coram eo,&
ait. Vere ſcio, quod nõ ſit alius deꝰ
in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſ-
Pſal. 55. rael. Graduale. Deus vitam meam
annũciaui tibi, poſuiſti lachrymas
meas in conſpectu tuo. ℣. Miſere-
re mei domine, quoniam concul-
cauit me homo, tota die bellans
Pſal. 102. tribulauit me. Tractus. Domine
non ſecundum peccata noſtra,quę
fecimus nos: neque ſecundum ini-
quitates noſtras retribuas nobis. ℣.
Pſal. 78. Domine ne memineris iniquitatũ
noſtrarum antiquarum: cito anti-
cipent nos miſericordiæ tuæ: quia
pauperes facti ſumus nimis. ℣. Ad-
iuua nos deus ſalutaris noſter: &
propter gloriã nominis tui domine
libera nos: & propitius eſto pecca-
tis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Lucam.

ca. 4. IN illo tempore,Dixerunt phari-
ſæi ad Ieſum. Quanta audiuimꝰ
facta in Capharnaũ: fac & hic
in patria tua. Ait autem. Amen
dico vobis: quia nemo propheta
acceptus eſt in patria ſua. In verita-
te dico vobis: multę viduæ erant
in diebus Eliæ in Iſrael, quando
clauſum eſt cælum annis tribus &
menſibus ſex,cum facta eſſet fames
magna in omni terra:& ad nullam
illarum miſſus eſt Elias,niſi in Sare-
phtã Sydonię, ad mulierem viduã.
Et multi leproſi erant in Iſrael ſub
Eliſęo propheta: & nemo eorũ mũ
datꝰ eſt,niſi Naamã Syrus.Et repleti
ſunt omnes ĩ ſynagoga, ira,hęc au-
dientes. Et ſurrexerunt: & eiecerũt
eum extra ciuitatem: & duxerunt
illum vſq; ad ſupercilium montis,
ſuper quem ciuitas eorum erat ędi-
ficata,vt pręcipitarent eum. Ipſe au
tem tranſiẽs, per medium illorum
ibat. Offert. Exaudi deꝰ orationem Pſal. 54.
meã, & ne deſpexeris deprecationẽ
meã: ĩtẽde ĩ me,& exaudi me. Sec.

MVnus, quod tibi domine no
ſtrę ſeruitutis offerimus,tu ſa
lutare nobis perfice ſacramẽtũ. Per
dominum no. Alię ſecretę,vt in fe-
ria iiij. Cinerum. f. 90. Cõmunio.
Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? Pſal. 13.
cum auerterit dominus captiuitatẽ
plebis ſuæ, exultabit Iacob & læta-
bitur Iſrael. Poſtcommunio.

PRæſta,quæſumus, omnipotens
& miſericors deus: vt quod ore
contingimus, pura mente capia-
mus. Per dominũ. Aliæ poſtcõio-
nes, vt in feria iiij.Cinerum. fol.90.
Super populum. Oremus. Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.

SVbueniat nobis domine miſeri
cordia tua:vt,ab imminentibus
peccatorum noſtrorum periculis,
te mereamur protegente eripi,te li-
berante ſaluari. Per dominum no.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctam Pudẽ-
tianam. Introitus.

EGgo clamaui,quoniam ex Pſal. 16.
audiſti me Deus: inclina
aurem tuam,& exaudi ver

ba mea: cuſtodi me domine vt pupillam oculi, ſub vmbra alarum tuarum protege me. Pſalmus. Exaudi domine iuſtitiam meam: intende deprecationem meã. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

EXaudi nos omnipotens, & miſericors deus: & continentię ſalutaris propitius nobis dona concede. Per dominum. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 90.

Lectio libri Regum.

4. IN diebus illis. Mulier quædam clamabat ad Eliſæum prophetã: dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt: & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deum. Ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit Eliſæus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parũ olei, quo vngar. Cui ait. Vade, pete mutuo ab omnibꝰ vicinis tuis vaſa vacua non pauca. Et ingredere, & claude oſtium tuum, cum intrinſecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia vaſa hæc: & cũ plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clauſit oſtiũ ſuper ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebãt vaſa, & illa infundebat. Cũq; plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit. Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, & indicauit homini dei. Et ille. Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui
1. viuite de reliquo. Graduale. Ab oc
cultis meis mũda me dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dñati, tũc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſci- c.18.
pulis ſuis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eũ inter te & ipſum ſolum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnũ vel duos: vt in ore duorum vel triũ teſtium ſtet oẽ verbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſiæ. Si autem eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis, quęcũque alligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram: de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus, dixit. Domine quoties peccabit ĩ me frater meus, & dimittam ei? Vſque ſepties? Dixit illi Ieſus. Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties.
Offertorium. Dextera domini ſe- Pſal.
cit virtutem: dextera domini exal- 117.
tauit me: dextera domini fecit virtutem, non moriar ſed viuam, & narrabo opera Domini. Secreta.

PEr hæc veniat, quæſumus domine, ſacramenta noſtrę redẽptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat ſemper exceſſibus; & ad ſalutaria dona perducat. Per dominũ noſtrum &c. Aliæ ſecre-

tæ,vt in feria quarta Cinerū. fo.90.
Pſal. 14. Communio. D omine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in mōte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Poſtcommunio.

SAcris domine myſteriis expiati, & veniam, quæſumus, conſequamur, & gratiam. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria iiij. Cinerum. folio 88.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

TVa nos domine ꝓtectione defende, & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dominum no.

¶Feria iiij. Statio ad ſanctum Sixtum. Introitus.

EGo autē in Domino ſperabo: exultabo, & lætabor in tua miſericordia: quia reſpexiſti humilitatem meam.
Pſal. 30. Pſal. In te dn̄e ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gl̄ia. Oratio.

PRæſta nobis, quæſumus domine: vt, ſalutaribus ieiuniis eruditi, à noxiis quoque vitiis abſtinētes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum. Aliæ orationes, vt ī feria iiij. Cinerū. f.88.

Lectio libri Exodi.

c.20. HAec dicit dominus Deus. Honora patrem tuum & matrē tuam: vt ſis longęuus ſuper terrā, quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Non furtū facies. Non loqueris cōtra proximum tuū falſum teſtimonium. Non concupiſces domū proximi tui, nec deſiderabis vxorē eius: non ſeruū, non ancillam, non bouem, non aſinum: nec omnia quæ illius ſunt. Cūctus autem populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumigātem: & perterriti, ac pauore concuſſi, ſteterūt procul, dicentes Moyſi. Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait Moyſes ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret vos, venit deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de lōge. Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat deus. Dixitque præterea dominus ad Moyſen. Hæc dices filiis Iſrael. Vos vidiſtis, quod de cęlo locutus ſum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: & offeretis ſuper illud holocauſta, & pacifica veſtra: oues veſtras & boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Gra-
duale. Miſerere mei domine, quo- Pſ. 6.
niam infirmus ſum: ſana me domine. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea: & anima mea turbata eſt
valde. Tractus. Domine non ſecū- Pſal. 102.
dum peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domi-
ne ne memineris iniquitatum no- Pſal. 78.
ſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Dn̄e libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

15. IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes. Quare diſcipuli tui trãſgrediuntur traditiones ſeniorum? Non enim lauãt manus ſuas, cũ panẽ manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis. Quare & vos tranſgredimini mandatum dei propter traditionem veſtram? Nã deus dixit. Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicunque dixerit patri, vel matri: munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. Hypocritę, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Et cõuocatis ad ſe turbis, dixit eis. Audite, & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis quia Phariſęi, audito hoc verbo, ſcãdalizati ſunt? At ille reſpondẽs, ait. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. Sinite illos. Cæci ſunt, & duces cæcorum. Cęcus autem ſi cęco ducatum pręſtet, ambo in foueã cadunt. Reſpõdens autem Petrus, dixit ei. Ediſſere nobis parabolã iſtam. At ille dixit. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. Quę autem procedũt de ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemię. Hęc ſunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Offertorium. Domine, fac mecum miſericordiam tuam, propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. Pſal. 108.

Secreta.

SVſcipe, quæſumus domine, preces populi tui cum oblationib⁹ hoſtiarum: & tua myſteria celebrãtes, ab omnibus nos defende periculis. Per dominum no. Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerũ. f. 90.

Cõmunio. Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia, cum vultu tuo domine. Pſal. 15.

Poſtcõmunio.

SAnctificet nos domine, qua paſti ſumus, menſa cæleſtis: & à cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionib⁹ reddat acceptos. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Aliæ poſtcommuniones, vt in feria quarta Cinerum. folio 90.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

COncede, quęſumus, omnipotens Deus: vt, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus, ſecura tibi mẽte ſeruiamus. Per dominum no.

¶ Feria v. Statio ad ſanctos Coſmã, & Damianum. Introitus.

SAlus populi ego ſum, dicit Dominus: de quacunque Pſal. 77.

tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum dominus in perpetuum. Pſal Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem veſtrā in verba oris mei. ℣. Gloria patri &c. Oratio.

MAgnificet te domine ſanctorum tuorum Coſmæ, & Damiani beata ſollemnitas: qua & illis gloriam ſempiternam, & opē nobis ineffabili prouidentia contuliſti. Per dominū. Aliæ oratio nes, vt in feria iiij. Cinerum. f.90.

Lectio Ieremiæ prophetę

c. 7. IN diebus illis: Factum eſt verbum domini ad me, dicens. Sta in porta domus Domini: & prædica ibi verbū iſtud, & dic. Audite verbū domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dominum. Hæc dicit dn̄s exercituum, deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes. Templū domini, templum domini, templū domini eſt. Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximum eius: aduenę & pupillo & viduæ non feceritis calumniam: nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco iſto: & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quā dedi patribus veſtris à ſeculo vſq; in ſeculum. Ait dominus omni-
Pſal. 144. potēs. Graduale. Oculi omnium in te ſperant domine: & tu das illis eſcam ī tempore opportuno.

℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Surgens Ieſus ca.
de Synagoga, introiuit ī domū Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerūt illū pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuo ſurgēs, miniſtrabat illis. Cū ſol aūt occidiſſet: omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant aūt dęmonia à multis, clamantia & dicētia: quia tu es filius Dei. Et increpans nō ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autē die, egreſſus ibat in deſertum locum: & turbę requirebāt eum: & venerūt vſq; ad ipſum, & detinebant illū, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & aliis ciuitatibꝰ oportet me euāgelizare regnū dei: qa ideo miſſus ſū. Et erat p̄dicās in
ſynagogis Galileę. Offer. Si ambu Pſal. 137.
lauero ī medio tribulationis, viuificabis me dn̄e: & ſup irā inimicorū meorum extēdes manū tuā: & ſaluum me fecit dextera tua. Secr.

IN tuorū domine precioſa morte iuſtorum ſacrificiū illud offerimus, de quo martyriū ſumpſit omne principiū. Per d. Alię ſecretæ, vt in feria quarta Cinerū. f.90. Cōio. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigantur vię meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcommunio.

SIt nobis domine ſacramenti

tui

tui certa ſaluatio : quæ cum beatorũ martyrũ tuorũ Coſmę & Damiani meritis imploratur. Per dominum. Aliæ poſtcommuniones vt in feria iiij. Cinerum. folio 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

SVbiectum tibi populum, quæſumus domine, propitiatio cęleſtis amplificet : & tuis ſemper faciat ſeruire mandatis. Per domi.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctum Laurentium in Lucina. Introitus.

pſ.85 FAc mecum domine ſignum in bonũ, vt videãt qui me oderunt, & cõfundantur: quoniam tu dñe adiuuiſti me, & conſolatus es me. Pſalꝰ. Inclina domine aurẽ tuã, & exaudi me : quoniam inops & pauper ſum ego. ℣. Gloria patri &c. Orõ.

IEiunia noſtra, quæſumus domine, benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore : ita à vitiis ieiunemus in mente. Per dominum noſtrũ. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerũ. fol.88. Lectio libri Numeri.

c.20. IN diebus illis. Conuenerunt filij Iſrael aduerſus Moyſen & Aaron: & verſi in ſeditionẽ, dixerũt. Date nobis aquã vt bibamus. Ingreſſiq; Moyſes & Aaron dimiſſa multitudine, in tabernaculum fęderis, corruerũt proni in terrã: clamaueruntque ad Dominum, atq; dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius : & aperi eis theſaurum tuũ fontẽ aquę viuę : vt ſatiati, ceſſet murmuratio eorũ. Et apparuit gloria dñi ſuper eos. Locutusq; eſt Dñs ad Moyſen, dicens. Tolle virgam : & congrega populum tu & Aaron frater tuus: & loquimini ad petram corã eis : & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumẽta eius. Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis. Audite rebelles, & increduli. Num de petra hac vobis aquã poterimus eiicere ? Cumque eleuaſſet Moyſes manũ, percutiẽs virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimę, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitq; Dominus ad Moyſen & Aaron. Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael: nõ introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hæc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael cõtra dominũ, & ſanctificatus eſt in eis. Grad. pſ.27

In deo ſperauit cor meum, & adiutus ſum:& refloruit caro mea:& ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: deꝰ meꝰ ne ſileas, ne diſcedas à me. Trac.

Domine nõ ſecundũ peccata no- Pſal. 102.
ſtra, quę fecimus nos : neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas
nobis. ℣. Domine ne memineris Pſal. 78.
iniquitatum noſtrarum antiquarum : cito anticipent nos miſericordię tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter : & propter gloriam nominis tui domine libera nos:& propitius eſto peccatis noſtris, ꝓpter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



ca. 4. IN illo tēpore venit Ieſus in ciuitatē Samariæ, quæ dicit᷑ Sichar: iuxta prædium, qđ dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatꝰ ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus. Da mihi bibere. (Diſcipuli autē eius abierāt in ciuitatē, vt cibos emerēt.) Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Q̄uo tu Iudęus cū ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? nō enim coutūtur Iudęi Samaritanis. Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Si ſcires donū dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forſitā petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e, neq; ī quo haurias, habes, & puteꝰ altus eſt: vnde ergo habes aquā viuā? Nūq̄d tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteū iſtū: & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eiꝰ? Rn̄dit Ieſus, & dixit ei. Omnis, q̄ biberit ex aqua hac, ſitiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō ſitiet in æternū: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitā æternā. Dicit ad eū mulier. Dn̄e, da mihi hāc aquā: vt non ſitiā, neq; veniā huc haurire. Dicit ei Ieſus. Vade, voca virū tuū, & veni huc. Rn̄dit mulier, & dixit. Non habeo virū. Dicit ei Ieſus. Bene dixiſti, quia nō habeo virū. Quinq; enim viros habuiſti: & hunc, quē habes, nō eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier. Domine, vt video, propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus. Mulier, crede mihi, q̄a venit hora, quando neq; in monte hoc, neq; ī Ieroſolymis adorabitis patrē. Vos adoratis, quod neſcitis: nos adoramus, quod ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & veritate. Nam & pater tales quęrit, q̄ adorēt eū. Spiritus eſt deus, & eos qui adorāt eū, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus. Cū ergo venerit, ille nobis annūciabit oīa. Dicit ei Ieſus. Ego ſum, q̄ loquor tecū. Et cōtinuo venerūt diſcipuli eiꝰ: & mirabātur: q̄a cū muliere loquebatur. Nemo tn̄ dixit qđ q̄ris, aut quid loqueris cū ea? Reliq̄t ergo hydriā ſuā mulier: & abiit in ciuitatē, & dicit illis hominibus. Venite, & videte hoīem, q̄ dixit mihi oīa q̄cūq; feci. Nūquid ipſe eſt Chriſtus? Exierūt ergo de ciuitate: & veniebāt ad eū. Interea rogabāt eū diſcipuli dicentes. Rabbi, māduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo māducare, quē vos neſcitis. Dicebāt ergo diſcipuli eius adinuicē. Nūquid aliquis attulit ei māducare? Dicit eis Ieſus. Meus cibꝰ eſt vt faciam voluntatē eius, q̄ miſit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor men-

ſes

ſcs ſunt,& meſſis venit? Ecce dico vobis:leuate oculos veſtros, & vide te regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem.Et qui metit mercedem ac cipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat ſimul gaudeat,& qui metit. In hoc enim eſt verbum verum:quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt,qui metit. Ego miſi vos metere quod vos non laboraſtis:alij laborauerũt, & vos in labores eorum intraſtis.Ex ciuitate autem illa multi crediderũt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibẽtis:quia dixit mihi omnia,quęcũque feci. Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerũt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eum propter ſermonẽ eius. Et mulieri dicebant. Quia non iam propter tuam loquelam credimus.Ipſi enim audiuim⁹& ſcimus, quia hic eſt vere Saluator mundi. Offert. Intende voci orationis meæ, rex meus, & deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.

REſpice quęſumus dñe ꝓpitius ad munera, quæ ſacram⁹: vt tibi grata ſint,& nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per dominum. Alię ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Communio. Qui biberit aquam, quã ego dabo ei, dicit dominus, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Poſtcõio.

HVius nos domine ꝑceptio ſacramenti mundet à crimine: & ad cęleſtia regna ꝑducat. Per do. Alię poſtcõiones, vt in feria quarta Cinerum. folio 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

PReſta, quæſumus, omnipotens deus: vt qui in tua protectione confidimus, cũcta nobis aduerſantia, te adiuuante, vincamus. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctam Suſannam. Introitus.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, rex meus & deus meus. Pſalmus. Quoniã ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens deus: vt, qui ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinent: ſectando iuſtitiam, à culpa ieiunent. Per dominum noſtrum. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cinerum. fol. 88.

Lectio Danielis prophetæ.

IN diebus illis. Erat vir in Babylone, & nomẽ eius Ioachim. Et accepit vxorẽ noĩe Suſannam filiam Helchiæ, pulchram nimis, & timẽtem deum. Parentes enim illius cũ eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundum legem Moyſi. Erat autẽ Ioachim diues valde: & erat ei pomerium vicinum domui ſuę. Et ad ipſum confluebant Iudæi, eo quòd eſſet honorabilior omnium. Et cõſtituti ſunt duo ſenes iudices in anno illo, de quibus locutus eſt dominus. Quia egreſſa eſt iniqtas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioachim: & veniebant ad eos omnes, qui ha-

bebant iudicia. Cum autem populus reuertiſſet poſt meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomęrio viri ſui. Et videbāt eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarſerūt in concupiſcentiam eius: & euerterūt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt nō viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Factum eſt autem, cum obſeruarent diem aptum quando eam poſſent inuenire ſolā, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri, & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis: voluitque lauari in pomęrio: Aeſtus quippe erat. Et non erat ibi quiſquam, prçter duos ſenes abſconditos, & contemplantes eā. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum, & ſmigmata: & oſtia pomęrij claudite, vt lauer. Cum autem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes: & accurrerunt ad eam, & dixerūt. Ecce oſtia pomęrij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & in cōcupiſcentia tui ſumus: quamobrē aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris, dicemus teſtimonium contra te: quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna, & ait. Anguſtię mihi ſunt vndique. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu domini. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerūt autem & ſenes aduerſus eā. Et cucurrit vnus, & aperuit oſtia pomęrij. Cum autē audiſſent clamorē in pomęrio famuli domus, irruerunt per poſticum, vt viderēt quidnam eſſet. Poſtquā autem ſenes locuti ſunt, erubuerūt ſerui vehementer: quia nunquā dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cumq; veniſſet populus ad virū eius Ioachim, venerūt & duo ſeniores pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eā. Et dixerunt coram populo. Mittite ad Suſannam filiam Helchię vxorē Ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum patribus & filijs, & vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igitur ſui, & omnes, qui nouerant eā. Conſurgentes autē duo ſeniores in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens, ſuſpexit ad cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habēs in domino. Et dixerūt ſeniores. Cum deambularemus in pomęrio ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus ſolis puellis: & clauſit oſtia pomęrij, & dimiſit a ſe puellas. Venitq; adoleſcens ad eā, qui erat abſconditus, & concubuit cū ea. Porro nos cum eſſemus in angulo pomęrij, videntes iniquitatē, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter cōmiſceri. Et illū quidem nequiuimus cōprehēdere, quia fortior nobis erat: & apto oſtio exiliuit. Hanc autem cum apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcēs: & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenioribus & iudicibus populi, & cōdēnauerūt eā ad mortē. Exclamauit autem voce

magna Suſanna,& dixit.Deus ęterne, q abſconditorū es cognitor, q noſti oīa antequā fiant, tu ſcis qm̄ falſum teſtimoniū tulerunt cōtra me: & ecce morior, cū nihil horū fecerim,quę iſti malitioſe cōpoſue runt aduerſum me. Exaudiuit aūt dn̄s vocē eius. Cūq; duceretur ad mortē, ſuſcitauit dn̄s ſpiritū pueri iunioris,cui nomē Daniel:& exclamauit voce magna,& dixit. Mundus ego ſum à ſanguine huius. Et conuerſus oīs populus ad eum,dixit.Quis eſt ſermo iſte,quē tu locutus es? Qui cū ſtaret in medio eorum,ait. Sic,fatui filij Iſrael,non iudicātes, neq; quod verū eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiā Iſrael. Reuertimini ad iudiciū, quia falſum teſtimoniū locuti ſunt aduerſus eā. Reuerſus eſt ergo populus cū feſtinatione. Et dixit ad eos Daniel.Separate eos ab inuicē procul, & diiudicabo eos. Cū ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnū ex eis, & dixit ad eū.Inueterate dierū malorū, nunc venerunt peccata tua, quæ prius operabaris, iudicans iudicia iniuſta,innocentes opprimens,& dimittens noxios,dicēte domino: Innocentem & iuſtū non interficies: Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait. Sub ſchino. Dixit autem Daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dn̄i accepta ſentētia ab eo,ſcindet te mediū. Et amoto eo, iuſſit venire aliū, & dixit ei. Semen Chanaan,& nō Iuda: ſpecies decepit te, & cōcupiſcentia ſubuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebātur vobis. Sed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram. Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos loquētes ſibi. Qui ait. Sub pino. Dixit autem ei Daniel. Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens, vt ſecet te medium: & interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cętus voce magna: & benedixerūt Deū, qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos ſeniores. (Conuicerat enim eos Daniel ex ore ſalſum dixiſſe teſtimonium.) Feceruntq; eis ſicut male egerant aduerſus proximum, & interfecerunt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. Graduale. Si ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es domine. ℣. Virga tua, & baculus tu⁹, ipſa me conſolata ſunt. Pſal. 22.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem. ca. 8.

IN illo tempore: Perrexit Ieſus in montem olíueti, & diluculo iterum venit in templum. Et omnis populus venit ad eum:& ſedens docebat eos. Adducunt autē ſcribæ & phariſæi mulierem deprehenſam in adulterio,& ſtatuerunt eam in medio,& dixerunt ei.Magiſter,hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio.In lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? (Hoc autem dicebant tentantes eum: ut poſſent accuſare eum.) Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat,in terra. Cum autem

rogantes eum : erexit ſe, & dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum inclinans ſe:ſcribebat in terra. Audientes autem hæc,vnus poſt alium exibant, incipientes à ſenioribus. Et remāſit Ieſus ſolus,& mulier in medio ſtans. Erigens autem ſe Ieſus,dixit ei. Mulier,vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Quę dixit. Nemo domine. Dixit autem Ieſus. Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. Offertorium Greſſus
Pſal. 118. meos dirige ſecundum eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniuſtitia, domine. Secreta.

COncede, quæſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatem noſtrā ab omni malo purget ſemper, & muniat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,filium tuum.

Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. ſolio 90. Communio. Ne-
Ioā.8 mo te condemnauit mulier?nemo domine: nec ego te cōdemnabo:iā amplius noli peccare. Poſtcōio.

QVæſumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, & ſanguini. Qui tecum vi.

Aliæ poſtcommuniones, vt in feria iiij. Cinerum folio 90.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

PRætende domine fidelibus tuis dexteram cæleſtis auxilij: vt te toto corde perquirāt: & quę digne poſtulant,conſequi mereantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum. Qui tecum viuit.

¶ Dominica iiij. Quadrageſimæ. Statio ad ſanctam Crucem in Ieruſalem. Introitus.

LÆtare Ieruſalem: & cōuentum facite omnes,qui diligitis eam: gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis: vt exultetis, & ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtræ. Pſalmus. Isa. 66.
Lętatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Pſal. 121.
℣. Gloria patri &c. Oratio.

COncede, quæſumus, omnipotens deus: vt,qui ex merito noſtræ actionis affligimur: tuæ gratię conſolatione reſpiremus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Aliæ orationes, vt in feria quarta Cinerum. folio 88.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

FRatres: Scriptum eſt, quoniam Abraham duos filios habuit: ca.4.
vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autē de libera, per repromiſſionem: quę ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnū quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans, q̄ eſt Agar, (Sina enim mons eſt in Arabia,qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem) & ſeruit cū filiis ſuis. Illa autē, quæ ſurſum eſt Ieruſalem,libera eſt: quę eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim. Lætare ſterilis,quæ non paris: erumpe & clama, quæ nō parturis: qa multi filij deſertę, magis q̄ eius,quę habet virum. Nos autem fratres ſm Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed

quomodo tunc is,qui ſecundū car
nem natus fuerat, perſequebatur
eum qui ſecundum ſpiritum,ita &
nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eij-
ce ancillam,& filium eius:non enī
erit hęres filius ancillæ cum filio li
berę.Itaq; fratres,non ſumus ancil-
lę filij,ſed liberæ:qua libertate Chri
ſtus nos liberauit. Grad. L ætatus
1. ſum in his,quę dicta ſunt mihi: in
1. dómū domini ibimus.℣. Fiat pax ī
1. virtute tua: & abundantia in turri-
bus tuis.Tract. Qui confidunt in
+. domino ſicut mons Sion, non cō-
mouebitur in æternum, qui habi-
tat in Ieruſalem.℣. Montes in cir-
cuitu eius: & dominus in circuitu
populi ſui, ex hoc nunc & vſque
in ſeculum.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.



6. IN illo tempore.A-
biit Ieſus trās ma-
re Galilęæ, quod eſt
Tyberiadis: & ſeque
batur eum multitu-
do magna:quia vide
bant ſigna, quę facie
bat ſuper his, qui in-
firmabantur. Subit ergo ī mōtē Ie-
ſus:& ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis.
Erat aūt proximum paſcha,dies fe-
ſtus Iudæorū. Cum ſubleuaſſet er-
go oculos Ieſus: & vidiſſet qa mul-
titudo maxima venit ad eum,dicit
ad Philippum. Vnde ememus pa-
nes, vt manducent hi? Hoc autem
dicebat tentans eum. Ipſe enī ſcie-
bat quid eſſet facturus. Reſpondit
ei Philippus. Ducentorū denario-
rum panes non ſufficiunt eis: vt v-
nuſquiſque modicum quid acci-
piat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹,
Andreas frater Simonis Petri. Eſt
puer vnus hic, qui habet quinque
panes hordeaceos, & duos piſces:
ſed hæc quid ſunt inter tantos? Di-
cit ergo Ieſus.Facite homines diſcū
bere. Erat autem fœnum multum
in loco. Diſcubuerunt ergo viri nu
mero quinque milia. Accepit ergo
Ieſus panes: & cum gratias egiſſet,
diſtribuit diſcumbentibus. Simili-
ter & ex piſcibus quātum volebāt.
Vt autem impleti ſunt, dixit diſci-
pulis ſuis. Colligite quę ſuperaue-
runt fragmenta, ne pereant. Col-
legerunt ergo, & impleuerunt duo
decim cophinos fragmentorum,
ex quinque panib⁹ hordeaceis,quæ
ſuperfuerunt his qui manducaue-
rant. Illi ergo homines cum vidiſ-
ſent quod fecerat Ieſus ſignum, di-
cebant.Quia hic eſt vere propheta,
qui venturus eſt in mundum. Ieſus
ergo cum cognouiſſet:quia ventu-
ri eſſent,vt raperent eum,& facerēt
eum regem, fugit iterum in mon-
tem ipſe ſolus. Credo Offertoriū. Pſal.
Laudate dominum: quia benign⁹ 138.
eſt: pſallite nomini eius, quoniam
ſuaue eſt: omnia quęcūque voluit
fecit in cœlo & in terra. Secreta.

SAcrificiis pręſentibus domine,
quęſumus, intende placatus:
vt, & deuotioni noſtrę proficiant,
& ſaluti. Per dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum filium tuum &c.
Alias ſecretas quęre ſupra, in feria
quarta Cinerum. folio 90. Pſal:
Communio. Ieruſalem, quæ ędi- 121.
ficatur vt ciuitas, cuius participa-
tio eius in idipſum: illuc enim a-
ſcenderūt tribus tribus domini, ad

con-

confitẽdum nomini tuo domine.

Poſtcommunio.

DA nobis q̃s miſericors deus:vt ſancta tua, quibus inceſſanter explemur,ſynceris tractemus obſequiis, & fideli ſemper mente ſumamus. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum : Qui tecũ. Alias poſtcommuniones,quære ſupra in feria iiij. Cinerum. fol.54.

¶ Feria ij. Statio ad Sanctos quatuor Coronatos. Introitus.

Pſal. 53. DEus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua libera me. ps. Deus exaudi orationẽ meam, auribus percipe verba oris mei. ℣. Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto. Oratio.

PRęſta,quæſumus omnipotens de⁹:vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolẽtes, & corpore tibi placeamus & mente.Per do. Aliæ orationes,vt in feria iiij.Cine. fol.88. Lectio libri Regum.

3.c.3 IN diebus illis. Venerunt duæ mulieres meretrices ad regẽ Salomonem:ſteteruntque coram eo. Quarum vna ait. Obſecro mi domine, ego & mulier hęc habitabamus in domo vna : & peperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die, poſtquã ego peperi, peperit & hęc. Et eramus ſimul, nulluſq; alius in domo nobiſcũ, exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filiũ meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo : ſuum autem filium, qui erat mortuus,poſuit in ſinu meo. Cũque ſurrexiſſem mane, vt darẽ lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligentius intuẽs clara luce,deprehendi nõ eſſe meum, quem genueram.Reſpõdit ei altera mulier. Nõ eſt ita: ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. E contrario illa dicebat. Mentiris,filius quippe me⁹ viuit,& filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc modum contendebãt coram rege. Tunc rex ait. Hæc dicit: filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt : & iſta reſpondet, nõ, ſed filius tuus mortuus eſt, & filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium.Cumq́ue attuliſſent gladium coram rege, diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes: & date dimidiam partem vni, & dimidiam partẽ alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem. (Commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo.) Obſecro domine, date illi infantem viuum,& nolite interficere eũ.E contrario illa dicebat.Nec mihi,nec tibi: ſed diuidatur. Reſpondit rex,& ait. Date huic infantem viuum, & non occidatur : hæc eſt enim mater eius. Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium, quod iudicaſſet rex: & timuerunt regem,vidẽtes ſapientiam dei eſſe in eo, ad faciendum iudicium. Graduale.

Eſto mihi in deum protectorem, Pſa 30.
& in locum refugij : vt ſaluum me facias. ℣.Deus in te ſperaui: domine non cõfundar in æternũ. Tract.
Domine non ſecundum peccata Pſa 10
noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retri-

buas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

2. IN illo tempore. Prope erat Paſcha Iudęorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Et inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas, & numularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de ſuniculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit. Auferte iſta hinc: & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius: quia ſcriptū eſt, zelus domus tuę comedit me. Reſponderunt ergo Iudæi: & dixerunt ei. Quod ſignum oſtendis nobis: quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudęi. Quadraginta & ſex annis ędificatum eſt templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat de corpore ſuo. Et crediderūt ſcripturæ, & ſermoni, quē dixit Ieſus. Cū autem eſſet Ieroſolymis in paſcha in die feſto, multi crediderūt in nomine eius, videntes eius ſigna, quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus nō credebat ſemetipſum eis: eo quòd ipſe noſſet omnes: & quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Offertoriū. Pſal. 99.

Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in lætitia: intrate in cōſpectu eius in exultatione: quia dominus ipſe eſt deus. Secreta.

OBlatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper, & muniat. Per dominum. Alię ſecretæ, vt in feria quarta Cinerū. fo.90.

Communio. Ab occultis meis mūda me domine: & ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcommunio. Pſal. 18.

SVmptis domine ſalutaribus ſacramentis, ad redemptionis æternę, q̄s, ꝑficiam⁹ augmētum. Per. Alię poſtcōiones, vt ſupra. fol.90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

DEprecationē noſtrā, q̄s dn̄e, benignus exaudi: & qb⁹ ſupplicādi p̄ſtas affectū, tribue defenſionis auxilium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum &c.

¶ Feria iij. Statio ad S. Laurentium in Damaſo. Introitus.

EXaudi deus orationem meā, & ne deſpexeris deprecationē meā: intēde in me, & exaudi me. ps. Pſal. 54. Cōtriſtatus ſum ī exercitation e mea: & conturbatus ſum à voce inimici & à tribulatiōe peccatoris. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio

SAcræ nobis, quæſumus domine, obſeruationis ieiunia, & pię

con-

conuerſationis augmentum, & tuę propitiationis continuum pręſtent auxilium. Per dominum noſtrum. Aliæ orationes, vt ſupra. ſolio 88.

Lectio libri Exodi.

c.32. IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens. Deſcende de monte: quia peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Aegypti. Receſſerunt cito de via, quã oſtendiſti eis: feceruntque ſibi vitulum conflatilem, & adorauerunt: atque immolantes ei hoſtias, dixerunt. Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rurſumque ait dominus ad Moyſen. Cerno quod populus iſte, duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos: faciamque te in gentem magnam. Moyſes autem orabat dominum deum ſuum, dicens. Cur domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum: quem eduxiſti de terra Aegypti ĩ fortitudine magna, & in manu robuſta? Ne, quæſo, dicant Aegyptii: callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra. Quieſcat ira tua: & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael, ſeruorum tuórum, quibus iuraſti per temetipſum, dicens. Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli: & vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro: & poſſidebitis eam ſemper. Placatuſque eſt dominus, ne faceret malũ, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum. Et miſertus eſt populo ſuo dominus deus noſter. Graduale. E xurge do-

Pſal. 43. mine, fer opem nobis: & libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerũt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes. Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Ieſus, & dixit. Mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui miſit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quęrit gloriam eius qui miſit illum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. Nonne Moyſes dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit. Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus feci: & omnes miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Et in ſabbato circunciditis hominẽ. Si circunciſionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis. Nonne hic eſt, quem quęrunt ca.

interficere? Ecce palam loquitur,& nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus? Sed hũc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem cum venerit,nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo docẽs in templo Ieſus,& dicens. Et me ſcitis,& vnde ſim ſcitis: & à me ipſo nõ veni: ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis. Ego ſcio eum,& ſi dixero quia neſcio eum,ero ſimilis vobis,mẽdax. Sed ſcio eum,quia ab ipſo ſum,& ipſe me miſit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem,multi crediderunt in eũ.

Pſal. 39. Offertor. Expectans expectaui dominum, & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meam:& immiſit in os meum canticum nouum, hymnum deo noſtro. Secreta.

HAec hoſtia, quæſumus domine,emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum,ſubditorum tibi corpora mẽteſq́; ſanctificet. Per dominum noſtrum.

Aliæ ſecretę, vt ſupra. folio 90.

Pſal. 9. Cõmunio. Lætabimur in ſalutari tuo: & ĩ nomine dei noſtri magnificabimur. Poſtcommunio.

HVius nos domine perceptio ſacramenti mundet à crimine:& ad cœleſtia regna perducat. Per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Aliæ poſtcõiones,vt ſupra. fo.90.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

MIſerere domine populo tuo: & continuis tribulationibus laborantem,propitius,reſpirare cõcede. Per dominum noſtrum &c.

¶Feria iiij. Statio ad ſanctum Paulum. Introitus.

CVm ſanctificatus fuero in vobis,cõgregabo vos de vniuerſis terris:& effundã ſuper vos aquã mundam, & mũdabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: & dabo vobis ſpiritum nouum. ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio. poſt Kyrie eleiſon. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Le. — Ezec. 36. Pſal. 33.

Oratio.

DEus,qui & iuſtis præmia meritorum,& peccatoribus per ieiunium veniã præbes,miſerere ſupplicibus tuis:vt reatus noſtri cõfeſſio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominum noſtrũ.

Lectio Ezechielis prophetæ.

HAec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meum magnum: vt ſciant gẽtes, quia ego dominus. Cum ſanctificatus fuero in vobis, coram eis,tollam quippe vos de gẽtibus,& congregabo vos de vniuerſis terris:& adducam vos in terram veſtram. Et effundã ſuper vos aquã mundã:& mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis veſtris: & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideũ de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri:& faciam vt in pręceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi pa- — c. 36.

tribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum, dicit dominus omnipotens. Grad. Pſal. 33. Venite filij, audite me: timorē domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non cōfundentur. Hic dicitur dominus vobiſcum. ſine Flectam' genua. Oremus. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoque deuotio ſancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęleſtia capiamus. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

Orationes alias dicendas quære ſupra in Feria iiij. Cinerum. fol. 88.

Lectio Iſaiæ prophete.

Iſa. 1. HAec dicit dominus. Lauamini, mūdi eſtote, auferte malū cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere puerſe, diſcite benefacere. Quærite iudicium, & ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinū, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Dicit dñs omnipotens. Grad. pſ. 32. Beata gens, cuius dominus eſt deus eorū: populus quē elegit dominus in hęreditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Tractus.

pſal. 20. DOmine non ſecundū peccata noſtra, quæ fecimus nos: neq; ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſum' nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriā nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Pſal 78.

Sequentiā ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Præteriens Ieſus vidit hominem cęcum à natiuitate. Et interrogauerunt eum diſcipuli eius. Rabbi: quis peccauit, hic, aut parētes eius, vt cęcus naſceretur? Reſpondit Ieſus. Neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Quādiu in mundo ſum, lux ſum mundi: Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo: & liniuit lutū ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mēdicus erat, dicebant. Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic eſt: alij autem nequaquam, ſed ſimilis eius eſt. ille vero dicebat, quia ego ſum. Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit. Ille homo, qui dicitur Ieſus, lutū fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & vidi. Dixerunt ergo ei. Vbi eſt ille? Ait, Neſcio. Adducūt eū ad phariſęos, qui cęcus fuerat. Erat autē ſabbatū, quando lutū fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.

Iterum ergo interrogabant eũ phariſęi, quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis. Lutum poſuit mihi ſuper oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex phariſęis quidam. Non eſt hic homo à deo, qui ſabbatum nõ cuſtodit. Alij autẽ dicebant. Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum. Tu, qd dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta eſt. Non crediderunt ergo Iudęi de illo, quia cęcus fuiſſet, & vidiſſet: donec vocauerũt parẽtes eius, qui viderat, & interrogauerũt eos, dicentes. Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cæcꝰ natus eſt? Quomodo ergo nũc videt? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt. Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cęcus natus eſt, quomodo autem nunc videat, neſcimꝰ: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. Ipſum interrogate: ætatẽ habet: ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudęos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſiquis eum confiteretur Chriſtũ, extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ętatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cęcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si peccator eſt, neſcio: vnũ ſcio, quia cum cæcus eſſem, modo video. Dixerũt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis. Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterũ vultis audire? Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit: & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores deus non audit: ſed ſiquis cultor dei eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à deo, non poterat facere quicquam. Reſponderunt, & dixerunt ei. In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem Ieſus, quia eiecerunt eum foras: & cum inueniſſet eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit ille, & dixit. Quis eſt domine, vt credam in eum? Dixit ei Ieſus. Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.

Offertorium. Benedicite gentes dominum deum noſtrũ, & obaudite vocem laudis eius: qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit cõmoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, & miſericordiam ſuam à me. Pſal. 65.

Secreta.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt his ſacrificiis peccata noſtra mundentur; quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis ſanitatem. Per dominum noſtrum, Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Aliæ ſecretæ, vt ſupra. fol. 90. Cõio.
Ioã. 9. Lutum fecit ex ſputo dominus, & liniuit oculos meos: & abij & laui, & vidi, & credidi deo. Poſtcõio.

SAcramenta, quæ ſumpſim⁹ domine deus noſter, & ſpiritualibus nos repleant alimentis, & corporalib⁹ tueãtur auxiliis. Per domi. Aliæ poſtcõiones, vt ſupra. fol. 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

PAteãt aures miſericordiæ tuæ, domine, precibus ſupplicantiũ: & vt petentibus deſiderata concedas: fac eos, quæ tibi ſunt placita, poſtulare. Per dominum noſtrum.

¶Feria v. Statio ad ſanctum Sylueſtrum, & Martinum. Introitus.

Psal. 104. LAetetur cor quærentiũ dominum: quęrite dominum, & confirmamini: quęrite faciẽ eius ſemper. ps. Confitemini dño, & inuocate nomen eius: & annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

PRęſta, quæſumus, omnipotens deus: vt quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoque deuotio ſancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cœleſtia capiamus. Per dominum noſtrum &c. Aliæ orationes, vt ſupra. folio 88

Lectio libri Regum.

1.c.4 IN diebus illis. Venit mulier Sunamitis ad Eliſeum in montem Carmeli. Cumque vidiſſet eam vir dei de contra, ait ad Giezi puerum ſuum. Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum ei⁹, & dic ei. Recte ne agitur circa te, & circa virũ tuũ, & circa filiũ tuũ? Quę reſpõdit. Recte. Cũque veniſſet ad virum dei in montẽ, apprehẽdit pedes eius: & acceſſit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam: aĩa enim eius in amaritudine eſt: & domin⁹ celauit à me, & nõ indicauit mihi. Quæ dixit illi. Nunquid petiui filiũ à domino meo? Nunquid nõ dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lũbos tuos: & tolle baculum meũ in manu tua: & vade. Si occurrerit tibi homo, nõ ſalutes eũ: & ſi ſalutauerit te quiſpiã, nõ reſpondeas illi: & pones baculũ meũ ſuper faciẽ pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dominus, & viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo, & ſecutus eſt eam. Giezi autẽ pręceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri: & non erat vox neque ſenſus. Reuerſusque eſt Giezi in occurſum eius: & nunciauit ei, dicens. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſæus domum. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingreſſusq; clauſit oſtiũ ſuper ſe, & ſuper puerum: & orauit ad dominum. Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum: poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus, deambulauit in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit, & incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſeptics, aperuitque oculos. At ille vocauit Giezi, & dixit ei. Voca Sunamitidem hanc. Quę vocata, ingreſſa eſt ad eũ. Cui ait, Tolle filium tuum. Venit autem illa, & corruit ad pedes eius: & adora-

uit ſuper terram. Tulitque filium ſuum,& egreſſa eſt. Eliſæus vero re-
il. uerſus eſt in Galgala. Graduale. Reſpice domine in teſtamentum tuū: & aīas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine, & iudica cauſam meā: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

7. IN illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portę ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicꝰ matris ſuæ. Et hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cū vidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt: Et ait. Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus: & cępit loqui: & dedit illū matri ſuæ. Accepit autē omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus viſitauit plebem
il. ſuam. Offert. Domine ad adiuuandum me feſtina: confundātur omnes aduerſum me, qui cogitant ſeruis tuis mala. Secreta.

PVrifica nos miſericors deus: vt eccleſiæ tuæ preces, quę tibi gratæ ſunt, pia munera deferētes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per do. Alię ſecretæ, vt ſupra folio 90.
70 Cōmunio. Domine memorabor iuſtitiæ tuę ſolius: deꝰ docuiſti me à iuuentute mea, & vſq; in ſenectā, & ſenium: deus ne derelinquas me.

Poſtcommunio.

COeleſtia dona capiētibus, quæſumus domine, non ad iudicium prouenire patiaris, quæ fidelibus tuis ad remedium prouidiſti. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Aliæ poſtcommuniones, vt ſupra. folio 90. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

POpuli tui deus inſtitutor & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt ſemper tibi placitus, & tuo munimine ſit ſecurꝰ. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctum Euſebium. Introitus.

MEditatio cordis mei ī cōſpectu tuo ſemper: Pſal. 18.
domine adiutor meꝰ, & redemptor meus. Pſalmus. Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuū eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundū renouas ſacramentis: p̄ſta quęſumus: vt eccleſia tua & æternis ꝓficiat inſtitutis, & tēporalibus nō deſtituatur auxiliis. Per do. Alię orationes, vt in feria iiij. Cinerū. fo. 88.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Aegrotauit filius mulieris matrisfamilias: & erat 3. ca. 17.
languor fortiſſimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, & tibi vir dei? Ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ: & interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de ſinu illius, & por-

tauit in cenaculum vbi ipſe manebat: & poſuit ſuper lectulum ſuum: & clamauit ad dominum, & dixit. Domine deus meus, etiam ne viduam, apud quam ego vtcunque ſuſtentor, afflixiſti: vt interficeres filium eius? Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerũ tribus vicibus: clamauitque ad dominũ, & dixit. Domine deus meus, reuertatur (obſecro) anima pueri huius in viſcera eius. Exaudiuit autẽ dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & depoſuit eum de cęnaculo in inferiorem domum: & tradidit matri ſuę. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliam. Nunc in iſto cognoui, quoniam vir dei es tu: & verbũ domini, in ore tuo verũ eſt. Grad.

Pſal. 117. Bonum eſt confidere in domino: quã confidere in homine. ℣. Bonum eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principibus. Tractus.

Pſal. 102. Domine non ſecundũ peccata noſtra, quæ fecimus nos: neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuas nobis.

Pſal. 78. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarũ: cito anticipent nos miſericordiæ tuę: quia pauperes facti ſum' nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

c. 11. IN illo tẽpore: Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororũ ei'. Maria autem erat, quę vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quẽ amas, infirmatur. Audiens autem Ieſus, dixit eis. Infirmitas hęc nõ eſt ad mortẽ, ſed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autẽ Ieſus Martham, & ſororem eius Mariã, & Lazarum. Vt ergo audiuit: quia infirmabatur, tunc quidem mãſit ĩ eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hęc dixit diſcipulis ſuis. Eam' in Iudęam iterum. Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudęi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit Ieſus. Nonne duodecim horę ſunt diei? Siquis ambulauerit in die, non offendit: quia lucẽ huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nõ eſt in eo. Hæc ait. Et poſt hæc, dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado, vt à ſomno excitem eũ. Dixerunt ergo diſcipuli eius. Domine, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putauerũt, quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſte. Lazarus mortu' eſt: & gaudeo propter vos, vt credatis, qm̃ non erã ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos. Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Venit itaque Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentẽ. (Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadijs quindecim.) Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſola-

rentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit: quia Ieſus venit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio: quia quęcunque popoſceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia reſurget ĩ reſurrectione, in nouiſſimo die. Dicit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me: etiã ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; domine: ego credidi: quia tu es Chriſtus fili⁹ dei viui, qui in hunc mũdum veniſti. Et cum hæc dixiſſet, abiit, & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilẽtio, dicens. Magiſter adeſt, & vocat te. Illa autem, vt audiuit, ſurrexit cito, & venit ad eum. Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in loco illo, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & cõſolabantur eam, cum vidiſſent Mariã: quia cito ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt eã, dicẽtes. Quia vadit ad monumentũ, vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet vbi erat Ieſus: videns eum, cecidit ad pedes ei⁹, & dixit ei. Domine ſi fuiſſes hic, nõ eſſet mortu⁹ frater me⁹. Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudęos qui venerant cũ ea, plorantes: infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, & dixit. Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Domine veni, & vide. Et lacrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudęi. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autẽ ex ipſis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere, vt & hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens ĩ ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca: & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror ei⁹, qui mortuus fuerat. Domine iam fętet: quatriduanus enim eſt. Dicit ei Ieſus. Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriã dei? Tulerũt ergo lapidem. Ieſus autẽ eleuatis oculis ſurſum, dixit. Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego aũt ſciebã, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circunſtat, dixi: vt credant, quia tu me miſiſti. Hęc cũ dixiſſet, voce magna clamauit. Lazare, veni foras. Et ſtatim ꝓdiit, qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis: & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eũ, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudęis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Offerto.

Populum humilem ſaluũ facies domine: & oculos ſuperborum humiliabis: quoniã quis deus prę- ter te domine? Secreta. Pſal. 17.

Mvnera nos domine, quęſumus, oblata purificent: & te nobis iugiter faciãt eẽ placatũ. Per dominum noſtrum. Aliæ ſecretæ, vt in feria quarta Cinerum. ſol. 90.

Cõmunio. Videns dominus flentes ſorores Lazari ad monumentum, lacrymatus eſt coram Iudæis, & exclamauit: Lazare, veni foras: & prodiit ligatis manibus, & pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Ioã. 1

tuus. Poſtcommunio.

HAec nos, quæſumus domine, participatio ſacramenti, & à propriis reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrum Ieſum. Aliæ poſtcōiones, vt ī feria iiij. Cinerū. fo.90. Sup populū. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oro.

DA nobis, quæſumus, omnipotens deus: vt, qui infirmitatis noſtræ conſcij de tua virtute confidimus, ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per dominum noſtrum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Nicolaum in carcere. Introitus.

SItiētes venite ad aquas,
Iſa. dicit dominus: & qui
55. non habetis precium,
venite, & bibite cum lę-
Pſa'. titia. Pſalmus. Attēdite
77. popule meus legem meam, inclina
te aurem veſtrā in verba oris mei.
℣. Gloria patri, & filio &c. Oratio.

FIat, quæſumus domine, per gratiam tuam fructuoſus noſtrę deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia, ſi tuæ ſint placita pietati. Per domi. Aliæ orationes, vt in feria iiij. Cine. f.88.

Lectio Iſaię prophetæ.

c.49. HAec dicit dominus. In tēpore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Et ſeruaui te: & dedi te in fędus populi: vt ſuſcitares terram: & poſſideres hæreditates diſſipatas: vt diceres his qui vincti ſunt, exite: & his, qui in tenebris ſunt, reuelamini. Sup vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum. Non eſurient, neque ſitient: & non percutiet eos ęſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos: & ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes montes meos ī viā: & ſemitę meę exaltabūtur. Ecce iſti de longe veniēt: & ecce illi ab aquilone & mari, & iſti de terra auſtrali. Laudate cęli, & exulta terra: iubilate mōtes laudē, quia conſolatus eſt dn̄s populum ſuū, & pauperū ſuorum miſerebitur. Et dixit Siō: Dereliquit me dn̄s: & dominus oblitus eſt mei. Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuū, vt nō miſereatur filio vteri ſui? Etſi illa oblita fuerit: ego tn̄ non obliuiſcar tui: dicit dn̄s ops. Grad. Tibi domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Vt quid domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione? dum ſuperbit impius, incenditur pauper.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorum. Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei phariſæi. Tu de te ipſo teſtimoniū perhibes: teſtimoniū tuum nō eſt verū. Rn̄dit Ieſus: & dixit eis. Etſi ego teſtimoniū perhibeo de meipſo, verū eſt teſtimoniū meū: quia ſcio vnde veni, & quo vado. Vos autē neſcitis vnde venio, aut quo vado. Vos ſm carnē iudicatis: ego non iudico quenquā. Et, ſi ego iudico, iudiciū meū verū eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater. Et in lege veſtra ſcriptū eſt: quia duorū hominum teſtimoniū verum eſt. Ego ſum, qui teſtimonium perhi-

beo de meipſo: & teſtimoniũ per-
hibet de me, qui miſit me pater. Di
cebant ergo ei. Vbi eſt pater tuus?
Reſpõdit Ieſus. Neq; me ſcitis, neq;
patrem meum. Si me ſciretis, forſi-
tan & patrem meum ſciretis. Hæc
verba locutꝰ eſt Ieſus ĩ Gazophyla-
cio, docens in templo: & nemo ap-
prehendit eum: quia nondum ve-
ſal. nerat hora eius. Offertoriũ. Factus
7. eſt dominus firmamẽtum meum,
& refugium meum, & liberator
meus: ſperabo in eum. Secreta.

OBlationibus noſtris, quęſumꝰ
domine, placare ſuſceptis: &
ad te noſtras etiam rebelles cõpelle
propitius voluntates. Per dominũ.
Alię ſecretæ, vt ĩ feria iiij. Cine. f. 90.
ſal. Communio. Dñs regit me, & ni-
2. hil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi
me collocauit: ſuper aquã refectio
nis educauit me. Poſtcommunio.

TVa nos, q̃s domine, ſancta puri
ficẽt: & operationis ſuę reme-
dio, tibi faciãt eſſe placatos. Per do-
minũ. Aliæ poſtcommuniones, vt
in feria quarta Cinerum. folio 90.
Super populum. Oremus. Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.

DEus, qui ſperantibus in te mi-
ſereri potius eligis, quam ira-
ſci: da nobis digne flere mala, quæ
fecimus: vt tuæ conſolationis gra-
tiam inuenire mereamur. Per do.

¶ Dominica Paſsionis. Statio ad
ſanctum Petrum. Introitus.

al. IVdica me deus, & diſcer
. ne cauſam meam, de gẽ-
te non ſancta: ab homi-
ne iniquo, & doloſo eri-
pe me: quia tu es deus meus, forti-
tudo mea. Pſal. Emitte lucẽ tuã,
& veritatem tuam: ipſa me dedu-
xerunt, & adduxerunt in montem
ſanctum tuum, & in tabernacula
tua. Iudica. Non dicitur Gloria
patri, & filio. ad introitum vſq; ad
paſcha, niſi in miſſa de feſto ſi oc-
curreri, ſed finito pſalmo abſolute
repetitur introitus. Oratio.

QVęſumus, omnipotẽs deus: fa-
miliam tuã propitius reſpice:
vt te largiẽte regatur in corpore: &
te ſeruãte cuſtodiatur in mẽte. Per.
Ab hac die vſq; ad feriã quintã cę-
nę Dñi, poſt orõnẽ diei dicitur vel
cõtra perſecutores Eccleſię. Oratio.

ECcleſiæ tuæ, quæſumus domi-
ne, preces placatus admitte: vt,
deſtructis aduerſitatibus & errori-
bus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat li-
bertate. Per dominum noſtrum.
Vel pro Papa. Oratio.

DEus omnium fideliũ paſtor,
& rector: famulum tuum N.
quẽ paſtorẽ eccleſię tuę præeſſe vo
luiſti, propitius reſpice: da ei quęſu
mus verbo & exemplo, quibus præ-
eſt, proficere: vt ad vitam vna cum
grege ſibi credito perueniat ſempi-
ternã. Per dominũ. Tertia oratio
non dicitur. Lectio epiſtolę beati
Pauli apoſtoli ad Hebręos.

FRatres: Chriſtus aſsiſtens ponti-
fex futurorũ bonorum, per am ca. 9.
plius & perfectius tabernaculũ non
manu factum, id eſt nõ huius crea-
tionis: neq; per ſanguinem hircorũ
aut vitulorũ: ſed per proprium ſan
guinem introiuit ſemel in ſancta,
ęterna redẽptione inuẽta. Si enim
ſanguis hircorũ & taurorũ, & cinis
vitulę aſperſus, inquinatos ſanctifi-
cat ad emundationẽ carnis: quãto

magis

magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundabit cõſcientiam noſtrã ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo viuenti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedente in redẽptionem earũ pręuaricationũ, quę erat ſub priori teſtamẽto, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, ęternę hęreditatis. In Chriſto Ieſu dño

Pſal. 142. noſtro. Grad. Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuã. ℣. Liberator meus domine de gẽtibus iracundis: & ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripes me. Tractus.

Pſal. 128. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Iſrael, ſæpe expugnauerunt me à iuuentutẽ mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerũt iniquitates ſuas, dominus iuſtus cõcidet ceruices peccatorum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



Io. 8. IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudęorum: & principibus ſacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo nõ eſtis. Rñderunt igitur Iudęi, & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritan⁹ es tu, & dęmoniũ habes? Rñdit Ieſus, Ego dęmoniũ non habeo: ſed honorifico patrem meũ: & vos inhonoraſtis me. Ego aũt nõ quęro gloriã meam: eſt qui quęrat, & iudicet. Amẽ amen dico vobis: ſiquis ſermonẽ meum ſeruauerit, mortẽ non videbit in ęternũ. Dixerunt ergo Iudęi. Nunc cognouimus, quia dęmonium habes. Abraã mortuus eſt, & prophetę: & tu dicis, ſiquis ſermonẽ meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in ęternũ. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt? Et prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat me, quẽ vos dicitis, quia deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum: ego autem noui eum. Et, ſi dixero, quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eũ, & ſermonem eius ſeruo. Abrahã pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit: & gauiſus eſt. Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit eis Ieſus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo. Credo. **Offertorium.** Confitebor tibi domine Pſal. 118.
in toto corde meo: retribue ſeruo tuo, vt viuam, & cuſtodiam ſermones tuos: viuifica me ſecũdum verbum tuum domine. **Secreta.**

HAec munera, quæſumus domine, & vincula noſtræ prauitatis abſoluãt: & tuæ nobis miſe-

ticordiæ dona concilient. Per dominum noſtrum. Altera ſecreta, vel contra perſecutores Eccleſiæ.

PRotege nos domine tuis myſteriis ſeruientes: vt, diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū. Vel pro Papa.

OBlatis, quæſumus dn̄e, placare muneribus: & famulum tuū N. quem paſtorē eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, aſsidua protectione guberna. Per do. Præfatio de cruce. Qui ſalutem. & dicitur vſque ad feriam v. in Cæna Domini, incluſiue. Cōmunio. Hoc corpus, quod pro vobis tradetur, hic calix, nouū teſtamentum eſt in meo ſanguine, dicit dominus: hoc facite, quotieſcunque ſumitis, in meam commemorationem. Poſtcommunio.

ADeſto nobis dn̄e deus noſter: & quos tuis myſteriis recreaſti, perpetuis defende ſubſidiis. Per dominum noſtrum. Altera Poſtc. vel contra perſecutores Eccleſiæ.

QVæſumus domine de' noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum. Vel pro Papa.

HAec nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuū N. quē paſtorem eccleſię tuæ præeſſe voluiſti: vna cum commiſſo ſibi grege ſaluet ſemper, & muniat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Feria ij. Statio ad Sanctum Chryſogonum. Introitus.

MIſerere mei domine, quoniā conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Pſal. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Miſerere mei. Oro.

SAnctifica, quæſumus domine, noſtra ieiunia: & cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per domi. Poſtea Eccleſiæ tuæ. vel Deus omnium. vt ſupra in Dominica Paſsionis.

Lectio Ionæ prophetę.

IN diebus illis. Factum eſt verbū domini ad Ionam prophetā ſecundo, dicens. Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quā ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuem iuxta verbum domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cępit Ionas introire ciuitatē itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in dominum: & prædicauerunt ieiunium: & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit veſtimentum ſuum à ſe: & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens. Homines, & iumenta, & boues, & pecora nō guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines & iumēta, & clament ad dominum in fortitudine. Et cōuertatur vir à via ſua mala: & ab iniquitate, q̄ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat deus, & reuertatur

tur à furore irę ſuę, & non peribimus? Et vidit deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala,& miſertus eſt populo ſuo dominus deus noſter. Graduale.
Pſal. 53. D eus exaudi orationem meam,aurib⁹ percipe verba oris mei. ℣. De⁹ in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua libera me. Tractus
Pſal. 102. D omine non ſecundũ peccata noſtra,quæ fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas
Pſal. 78. nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarũ: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris ꝓpter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca.7. IN illo tempore. Miſerunt principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eũ qui miſit me. Quæretis me, & non inuenietis,& vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt,quia nõ inueniemus eũ? Nũqd in diſperſionẽ gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo,quẽ dixit: q̃retis me, & non inuenietis:& vbi ego ſum,vos nõ poteſtis venire? In nouiſſimo aũt die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus: & clamabat,dicẽs. Si quis ſitit, veniat ad me,& bibat. Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aũt dixit de ſpiritu, quẽ accepturi erãt credentes in eum. Offertorium.
D omine conuertere, & eripe ani- Pſ. 6.
mam meam: ſaluum me fac ꝓpter miſericordiam tuam. Secreta.

COncede nobis dñe de⁹ noſter: vt hæc hoſtia ſalutaris & noſtrorũ fiat purgatio delictorum: & tuę propitiatio maieſtatis. Per do. Deinde Protege. vel Oblatis. Cõmunio. Dominus virtutum ipſe Pſal. 23.
eſt rex gloriæ. Poſtcommunio.

SAcramẽti tui,quęſumus domine,participatio ſalutaris,& purificationem nobis tribuat,& medelam. Per dominum. Deinde Quęſumus domine. vel Hæc nos. Sup populum Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

DA, quæſumus domine,populo tuo ſalutẽ mẽtis, & corporis:vt bonis operibus inherẽdo,tua ſemper mereatur protectione defendi. Per dominum noſtrum &c.

¶Feria tertia. Statio ad ſanctum Cyriacum. Introitus.

EXpecta dominum, viri- Pſal. 26.
liter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. ps. Dñs illuminatio mea,& ſalus mea: quẽ timebo? E. xpecta. Oratio.

NOſtra tibi, quæſumus domine, ſint accepta ieiunia: quæ nos,& expiãdo, gr̃a tua dignos efficiant,& ad remedia perducãt ęterna. Per. Deinde Eccleſię. vel Deus omniũ. Lectio Danielis ꝓphete.

IN diebus illis: Congregati ſunt Babylonij ad regem, & dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui

Bel deſtruxit, & draconem interfecit: alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex, quod irruerent in eũ vehementer, & neceſſitate cõpulſus, tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonum: & erat ibi ſex diebus. Porro in lacu erant leones ſeptem, & dabantur eis quotidie duo corpora, & duę oues: & tunc non data ſunt eis, vt deuorarẽt Danielẽ. Erat autẽ Habacuc propheta in Iudęa, & ipſe coxerat pulmentum: & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret meſſoribus. Dixitque angel⁹ domini ad Habacuc. Fer prandium quod habes, Danieli in Babilonem, qui eſt in lacu leonũ. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonem nõ vidi, & lacum neſcio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius, & portauit eũ capillo capitis ſui: poſuitque eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel ſerue dei, tolle prandiũ, quod miſit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei dñe deus meus: & non dereliquiſti diligentes te. Surgenſque Daniel, comedit. Porro angelus domini reſtituit Habacuc confeſtim in locum ſuũ. Venit ergo rex die ſeptimo, vt lugeret Danielem· & venit ad lacum: & introſpexit. Et ecce Daniel ſedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eũ de lacu. Illos autem qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacum: & deuorati ſunt in momento corã eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuerſa terra deum Danielis: quia ipſe eſt ſaluator, faciens ſigna & mirabilia in cælo & ĩ terra: quia liberauit Danielem de lacu leonum. Graduale.

Diſcerne cauſam meam domĩne: ab homine iniquo & doloſo eripe me. ℣. Emitte lucem tuam & veritatem tuã: ipſa me deduxerũt, & adduxerunt in montẽ ſanctum tuũ. Pſal. 42.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Ambulabat Ieſus in Galilæam. Non enim volebat in Iudęam ambulare: quia quęrebant eũ Iudęi interficere. Erat autẽ in proximo dies feſtus Iudęorum Scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Tranſi hinc, & vade in Iudęam: vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quicquam facit, & quærit ipſe in palã eſſe. Si hęc facis, manifeſta temetipſum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Ieſus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem veſtrũ ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala ſunt. Vos aſcẽdite ad diem feſtum hunc. Ego aũt non aſcendam ad diẽ feſtum iſtũ: quia tempus meum nondum impletũ eſt. Hæc cũ dixiſſet, ipſe manſit in Galilęa. Vt aũt aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtũ non manifeſte, ſed quaſi in occulto. Iudęi ergo quærebãt eũ in die feſto, & dicebant. Vbi eſt ille? Et murmur multum erat de eo in ca. 7.

turba. Quidam enim dicebant: q̄a
bonus eſt: alij autem dicebant,nō:
ſed ſeducit turbas.Nemo tamē pa-
lam loquebatur de illo, ꝓpter me-
tum Iudæorum. Offertorium.
Ps.9. Sperent in te oēs, qui nouerūt no-
men tuum dn̄e : quoniā non dere-
linquis quęrentes te : pſallite dn̄o
qui habitat in Sion:qm̄ nō eſt obli
tus orationes pauperum. Secreta.
HOſtias tibi dn̄e deferimus im-
molādas:quæ tēporalē conſo
lationē ſignificent : vt promiſſa nō
deſperemus ęterna.Per dominum.
Pſal. 24. Deinde Protege. vel Oblatis. Com
munio. Redime me deus Iſrael, ex
omnibus anguſtiis meis. Poſtcōm.
DA,q̄s,ops deus: vt, quę diuina
ſunt iugiter exequentes, donis
mereamur cœleſtibus propinqua-
re. Per dominum. Deinde Quęſu-
mus domine. vel Hæc nos. Super
populum. Oremus. Humiliate ca
pita veſtra deo. Oratio.
DA nobis,q̄s dn̄e, perſeuerantē
in tua voluntate famulatū: vt
in diebus noſtris, & merito & nu-
mero, populus tibi ſeruiens augea-
tur.Per do.¶ Feria iiij. Statio ad ſan
ctum Marcellum. Introitus.
Pſal. 17. LIberator meus de gen
tibus iracundis: ab in
ſurgentibus in me e-
xaltabis me:à viro ini
quo eripies me domi
ne. ps. Diligam te domine fortitu-
do mea : dn̄s firmamentum meū,
& refugium meū,& liberator meꝰ.
Liberator. Oratio.
SAnctificato hoc ieiunio,deꝰ tuo
rū corda fidelium miſerator il-
luſtra : & quibus deuotionis præ-
ſtas affectum, præbe ſupplicātibus
pium benignꝰ auditum. Per dn̄m.
Deinde Eccleſię tuæ. vel Deus om
nium. ſupra folio 145.
Lectio libri Leuitici.
IN diebus illis: Locutus eſt domi c.19.
nus ad Moyſen,dicens. Loquere
ad vniuerſum cętum filiorū Iſrael,
& dices ad eos. Ego dominus deus
veſter. Non facietis furtū.Non mē-
tiemini, nec decipiet vnuſquiſque
proximum ſuum. Non periurabis
in nomine meo,nec pollues nomē
domini. Ego dominus. Non facies
calumniam ꝓximo tuo: nec vi op-
primes eū. Nō morabitʳ opus mer-
cenarij tui apud te vſq; mane.Non
maledices ſurdo,nec corā cęco po-
nes offendiculum : ſed timebis do-
minum deū tuū, quia ego ſum do
minus.Nō facies quod iniquū eſt:
nec iniuſte iudicabis. Non conſide
res perſonam pauperis : nec hono-
res vultū potentis.Iuſte iudica pro-
ximo tuo.Non eris criminator:nec
ſuſurro in populis.Non ſtabis con-
tra ſanguinem proximi tui.Ego do-
minus. Non oderis fratrem tuū in
corde tuo,ſed publice argue eum,
ne habeas ſuper illo peccatum. Nō
quęras vltionem : nec memor eris
iniuriæ ciuium tuorū. Diliges ami-
cum tuum,ſicut teipſum. Ego dn̄s.
Leges meas cuſtodite. Ego enī ſum
dominus deus veſter. Graduale.
Exaltabo te domine, qm̄ ſuſcepi- Pſal. 29.
ſti me : nec delectaſti inimicos me-
os ſuper me. ℣. Dn̄e deus meꝰ cla-
maui ad te,& ſanaſti me : domine
abſtraxiſti ab inferis animam meā:
ſaluaſti me à deſcendentibus in la-
cum. Tractus. Domine non ſecū- Pſal. 102.

dũ peccata noſtra, quæ fecim⁹ nos: neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris
Pſal. 78. iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anticipẽt nos miſericordię tuę: qa pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & ꝓpter gloriã nominis tui Dñe libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Seq. ſancti euangelij ſm Ioãnem.

c. 10. IN illo tẽpore: Facta ſunt Encęnia in Ieroſolymis: & hiems erat. Et ambulabat Ieſus in tẽplo, in porticu Salomonis. Circũdederunt ergo eum Iudæi, & dicebãt ei. Quouſque animã noſtrã tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palã. Reſpõdit ei Ieſus. Loquor vobis, & nõ creditis. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis: quia nõ eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocẽ meã audiunt: & ego cognoſco eas: & ſequuntur me: & ego vitã æternã do eis: & non peribunt in æternũ: & nõ rapiet eas quiſquã de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius oĩbus eſt: & nemo põt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnũ ſumus. Suſtulerũt ergo lapides Iudęi, vt lapidarẽt eũ. Rñdit eis Ieſus. Multa bona opera oſtẽdi vobis ex patre meo: ꝓpter qđ eorũ opus me lapidatis? Reſpõderũt ei Iudęi. De bono opere nõ lapidam⁹ te, ſed de blaſphemia: & qa tu hõ cũ ſis, facit teipſum deũ. Reſpondit eis Ieſus. Nõne ſcriptũ eſt ĩ lege veſtra: ego dixi, dij eſtis? Si illos dixi deos, ad quos ſermo dei factus eſt, & non põt ſolui ſcriptura: quẽ pater ſanctificauit & miſit in mundũ, vos dicitis, quia blaſphemas: qa dixi, filius dei ſum? Si nõ facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si aũt facio, & ſi mihi nõ vultis credere, operibus credite: vt cognoſcatis & credatis, qa in me eſt pater, & ego in patre. Offerto. Eri de me de Pſal. 58.
inimicis meis deus me⁹: & ab inſurgẽtibus in me libera me dñe. Secr.

ANnue nobis miſericors deus; vt hoſtias placationis & laudis ſyncero tibi deferamus obſequio. Per. Deĩde Protege. vel Oblatis. ſupra. fo. 147. Cõio. Lauabo ĩ Pſal. 25.
ter innocẽtes manus meas, & circũdabo altare tuum dñe: vt audiam vocem laudis tuę: & enarrem vniuerſa mirabilia tua. Poſtcõio.

COeleſtis doni benedictione ꝑcepta: ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idẽ nobis & ſacramenti cauſa ſit, & ſalutis. Per. Deinde Quęſumus dñe vł Hæc nos quęſumus.. ſupra. fo. 147. Super populũ Oremus. Humiliate capita veſtra Deo. Oratio.

ADeſto ſupplicationib⁹ noſtris omnipotens deus: & quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges, conſuetæ miſericordię tribue benignus effectum. Per dominum.

Feria v. Statio ad ſanctum Apollinarem. Introitus.

OMnia q̃ feciſti nobis domine, in vero iudicio feciſti: quia peccauim⁹ Dã. 3
tibi, & mandatis tuis non obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo, & fac nobiſcum ſcdm multitudinẽ miſericordiæ tuæ. ps. Beati immaculati Pſal. 118.

in via, qui ambulant in lege domini. Omnia quę feciſti. Oratio.

PReſta, quęſumus, omnipotens deus: vt dignitas conditionis humanæ per immoderantiam ſauciata, medicinalis parſimonię ſtudio reformetur. Per dominum noſtrũ. Deinde Eccleſię. vel Deus. fol. 147.

Lectio Danielis prophetę.

IN diebus illis. Orauit Daniel dominum, dicens Domine de⁹ noſter, ne, quęſumus, tradas nos ĩ perpetuũ ꝑpter nomen tuũ: & ne diſſipes teſtamentũ tuum: neq; auferas miſericordiã tuam à nobis, propter Abraam dilectũ tuũ, & Iſaac ſeruũ tuum, & Iſrael ſanctum tuũ: quibus locutus es, pollicens, ꝙ multiplicares ſemẽ eorũ ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in litore maris. Quia dñe imminuti ſum⁹ plus quã oẽs gentes: ſumusq; humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et nõ eſt in tẽpore hoc princeps, & propheta, & dux, neq; holocauſtum, neq; ſacrificiũ, neq; oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum corã te, vt poſſim⁹ inuenire miſericordiã tuam: ſed in animo cõtrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietũ, & taurorũ, & ſicut in millibus agnorũ pinguiũ: ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ in cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: qm̄ non eſt cõfuſio cõfidentibus in te. Et nũc ſequimur te in toto corde: & timemus te: & quęrimus faciẽ tuã. Ne confundas nos: ſed fac nobiſcum iuxta mãſuetudinem tuam, & ſecundum multitudinẽ miſericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur oẽs qui oſtẽdunt ſeruis tuis mala: confundantur in omnipotentia tua: & robur eorum conteratur. Et ſciant, quia tu es dominus deus ſolus, & glorioſus ſuper omnem terram, domine deus noſter. Grad. Tollite hoſtias, & introite in atria eius, adorate dominum in aula ſancta eius. ℣. Reuelabit dominus condenſa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

(car. 3; Pſal. 95.; pſ. 18)

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tẽpore: Rogabat Ieſum quidam phariſæus, vt mã ducaret cũ illo. Et ingreſſus domũ phariſęi, diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Ieſus accubuit ĩ domo phariſęi, attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes eius, lacrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat: & oſculabatur pedes eius: & vnguẽto vngebat. Videns aũt phariſęus, qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicẽs. Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſſet mulier, quę tangit eum: quia peccatrix eſt. Et rñdens Ieſus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter, dic. Et reſpõdẽs Ieſus dixit. Duo debitores erãt cuidã feneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderet, donauit (ca. 7)

vtriſque. Quis ergo eū plus diligit? Reſpondens Simō dixit. Aeſtimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domū tuam, aquam pedibus meis nō dediſti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculum mihi non dediſti: hęc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittūtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cæperūt, qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.
Pſal. 136. Offerto. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuim⁹: dum recordaremur tui Siō. Secre.

Domine deus noſter, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis noſtræ ſubſidium condidiſti, tuo quoque nomini munera iuſſiſti dicanda cōſtitui: tribue quę ſumus: vt & vitæ nobis præſentis auxilium, & æternitatis efficiant ſacramentum. Per do. Protege. vel Oblatis. ſupra. fol. 147. Cōmunio.
Pſal. 118. Memento verbi tui ſeruo tuo dn̄e, in quo mihi ſpē dediſti: hæc me cōſolata eſt in humilitate mea. Poſtc.

Quod ore ſumpſimus dn̄e pura mente capiamus: & munere tēporali fiat nobis remediū ſempiternū. Per dominū. Deinde Quæſumus. vel Hæc nos. folio 147. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Eſto, quæſumus dn̄e, propitius plebi mę: vt, quę tibi non placent, reſpuentes, tuorum repleātur delectationibus mandatorum. Per.

Feria vj. Statio ad Sanctū Stephanum in Cęlio monte. Introitus.

Miſerere mei Domine, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manib⁹ inimicorū meorum, à perſequentibus me: domine non confundar, qm̄ inuocaui te. Pſal. 30. In te dn̄e ſperaui, nō cōfundar in ęternū: in iuſtitia tua libera me. Miſerere. Oro.

Cordibus noſtris, quęſumus domine, gratiam tuā benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quā ſuppliciis deputemur ęternis. Per dominum noſtrū Ieſum. Deinde Eccleſiæ tuæ. vel. Deus omnium fidelium. ſupra. folio 145.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

In diebus illis: dixit Ieremias. Domine, omnes qui te derelinquūt, confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarū viuentiū, dn̄m. Sana me dn̄e, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: qm̄ laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: vbi eſt verbum domini? Veniat. Et ego non ſum turbatus, te paſtorem ſequēs: & diem hominis nō deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectum in conſpectu tuo fuit. Nō ſis mihi tu formidini c. 17.

ſpes mea tu in die afflictionis. Con
fundantur qui me perſequuntur,
& non confundar ego: paueant il-
li,& non paueam ego. Induc ſuper
eos diem afflictionis:& duplici con
tritione contere eos, domine deus
Pſal. 34. noſter,Graduale. P acifice loquebã
tur mihi inimici mei: & in ira mo
leſti erãt mihi.℣. Vidiſti domine,
ne ſileas, ne diſcedas à me. Tractus.
Pſal. 102. D omine non ſecundum peccata
noſtra, quę fecimus nos: neque ſe-
cundum iniquitates noſtras retri-
buas nobis.℣. Domine ne memi-
Pſal. 78. neris iniquitatũ noſtrarũ antiqua-
rum: cito anticipent nos miſericor
dię tuę: quia pauperes facti ſum⁹ ni
mis.℣. Adiuua nos deus ſalutaris
noſter: & ꝓpter gloriã nominis tui
dñe libera nos:& propitius eſto pec
catis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.

c. 11. IN illo tempore: Collegerunt põ
tifices,& phariſęi concilium ad-
uerſus Ieſum: & dicebant. Quid
facimus: quia hic homo multa ſi-
gna facit? Si dimittimus eũ ſic: om
nes credent in eum. Et venient Ro-
mani, & tollent noſtrum locum,
& gentem. Vnus autẽ ex ipſis, Cai-
phas nomine,cum eſſet põtifex an-
ni illius, dixit eis. Vos neſcitis quic-
quã,nec cogitatis: quia expedit vo-
bis vt vn⁹ moriatur homo pro po-
pulo: & non tota gens pereat. Hoc
autem à ſemetipſo non dixit: ſed cũ
eſſet pontifex anni illius, propheta-
uit, quia Ieſus moriturus erat pro
gente: & nõ tantum pro gente, ſed
vt filios dei, qui erant diſperſi, con-
gregaret in vnũ. Ab illo ergo die co
gitauerunt,vt interficerent eũ. Ieſus
ergo iam nõ in palam ambulabat
apud Iudęos: ſed abiit in regionem
iuxta deſertum,in ciuitatẽ quę dici
tur Ephrẽ: & ibi morabatur,cũ di-
ſcipulis ſuis. Offert. B enedictus es Pſa
domine, doce me iuſtificationes 11[illegible]
tuas,& non tradas calumniantibus
me ſuperbis: & reſpondebo expro-
brantibus mihi verbum. Secreta.

PRæſta nobis miſericors deus: vt
digne tuis ſeruire ſemper altari
bus mereamur: & eorum perpetua
participatione ſaluari. Per dominũ
noſtrum. Deinde P rotege,vel O b-
latis. fol. 147. Communio. N e tra- Pſal 26.
dideris me domine in animas per-
ſequentium me: quoniam inſurre
xerunt in me teſtes iniqui: & men-
tita eſt iniquitas ſibi. Poſtcõio.

SVmpti ſacrificij domĩne perpe-
tua nos tuitio non derelinquat,
& noxia ſemper à nobis cuncta de
pellat. Per do. Deinde Q uæſumus
domine. vel H æc nos, ſupra f. 147.
Super populum, O remus. Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.

COncede quæſumus ops deus:
vt qui protectionis tuæ gratiã
quærimus, liberati à malis omnib⁹,
ſecura tibi mente ſeruiamus. Per.

¶Sabbato. Statio ad ſanctum Ioã-
nem ante portã latinam. Introitus.

MIſerere mei domine, Pſal
quoniã tribulor: libe- 30.
ra me, & eripe me de
manib⁹ inimicorum
meorũ,& à ꝑſequenti
bus me: dñe non cõfundar, qm̃ in-
uocaui te. Pſal. In te dñe ſperaui,
nõ cõfundar in ęternum: in iuſtitia
tua libera me. M iſerere. Oratio.

PRoficiat, q̃ſumus domine, plebs tibi dicata piç deuotionis affectu: vt ſacris actionib⁹ erudita, quã to maieſtati tuæ ſit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per do. Deinde Eccleſię. vel Deus. fol. 145.

Lectio Ieremię prophetę.

c. 18. IN diebus illis. Dixerunt impij Iudęi adinuicem. Venite, cogitemus contra iuſtum cogitationes. Non enim peribit lex à ſacerdote, nec conſilium à ſapiente, nec ſermo à propheta. Venite, percutiamus eum lingua: & non attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende domine ad me: & audi vocẽ aduerſariorum meorum. Nũquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare, quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ: & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in fãmẽ: & deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum abſque liberis, & viduæ, & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorum cõ fodiantur gladio in prętio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim ſuper eos latronem repente: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorũ: & peccatũ eorum à facie tua nõ deleatur. Fiãt corruentes in conſpectu tuo, in tẽpore furoris tui abutere eis, domine deus noſter. Graduale. Pacifice

Pſal. 34. loquebantur mihi inimici mei: & in ira moleſti erãt mihi. ℣. Vidiſti domine, ne ſileas: ne diſcedas à me.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Cogitauerunt principes ſacerdotum vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudęis, & credebant in Ieſum. In craſtinũ autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cum audiſſent quia venit Ieſus Ieroſolymam: acceperũt ramos palmarum: & proceſſerunt obuiam ei, & clamabãt. Hoſanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eũ, ſicut ſcriptũ eſt. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primum: ſed quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc ſcripta erant de eo: & hęc fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat turba, quę erat cũ eo, quando Lazarũ vocauit de monumẽto, & ſuſcitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiã venit ei turba: quia audierũt eum feciſſe hoc ſignũ. Phariſęi ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mũdus totus poſt ipſum abit. Erãt autem quidam gentiles ex his qui aſcenderãt, vt adorarẽt in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galileæ: & rogabant eum dicentes. Domine, volumus Ieſum videre. Venit Philippus, & dicit Andreę. Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. Ieſus autem reſpondit eis, dicens. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis:

c. 12. (margin, beside "IN illo tempore")

niſi granum frumēti cadens in terram, mortuū fuerit, ipſum ſolum manet: ſi aūt mortuū fuerit, multum fructū affert. Qui amat animā ſuā, perdet eam: & qui odit animā ſuam in hoc mundo, in vitam ęternā cuſtodit eam. Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eū Pater meus. Nunc anima mea turbata eſt: & quid dicā? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: & iterū clarificabo. Turba ergo quę ſtabat & audierat, dicebat tonitruum factū eſſe. Alij dicebant: angelus ei locutus eſt. Reſpōdit Ieſus, & dixit. Non propter me venit hęc vox, ſed propter vos. Nunc iudiciū eſt mūdi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras: & ego ſi exaltatus fuero à terra, oīa trahā ad meipſum. (Hoc autē dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.) Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in ęternū: & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Ieſus. Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucē habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Hęc locutus eſt Ieſus, & abiit, & abſcō-
Pſal. 118. dit ſe ab eis. Offertorium. Benedictꝰ es domine, doce me iuſtificationes tuas: & nō tradas calumniantibus me ſuperbis, & reſpondebo exprobrātibus mihi verbū. Secreta.

A Cunctis nos, quæſumus domine, reatibus, & periculis propitiatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe conſortes. Per dominū noſtrū. Deinde Protege nos. vel Oblatis. fol. 147. Communio.

Ne tradideris me dn̄e in animas Pſal. 26.
perſequentiū me, quoniā inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Poſtcōmunio.

Diuini muneris largitate ſatiati, quęſumus domine deus noſter: vt huius ſemꝑ participatione viuamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuū. Deinde Quæſumus. vel Hæc nos. fol. 147. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

TVeatur, quæſumus domine, dextera tua populum deprecātem, & purificatum dignanter erudiat: vt conſolatione præſenti ad futura bona proficiat. Per dominū.

¶ In die palmarum, completa tertia, & facta aſperſione aquæ more ſolito: ſacerdos procedit indutus pluuiali violaceo, & miniſtri cum indumentis eiuſdem coloris: & ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epiſtolę poſitis, à choro cantatur antiphona. Hoſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. O rex Iſrael: Hoſanna in excelſis. Deinde dicit ſacerdos Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, quē diligere, & amare iuſtitia eſt, ineffabilis gratię tuę in nobis dona multiplica: & qui feciſti

nos in morte filij tui ſperare quæ
credimus, fac nos eodem reſurgen-
te peruenire quo tendimus. Qui te.
Subſcripta lectio legitur in tono E-
piſtole ferialis. Lectio libri Exodi.
c. 15 IN diebus illis. Venerunt filij Iſ-
rael in Elim, vbi erant duode-
cim fontes aquarū & ſeptuaginta
palmę: & caſtrametati ſunt iuxta
aquas. Profectique ſunt de Elim:
& venit omnis multitudo filio-
rum Iſrael in deſertum Sin, quod
eſt inter Elim & Sinai, quintode-
cimo die menſis ſecundi, poſtquā
egreſſi ſunt de terra Aegypti. Et
murmurauit omnis congregatio
filiorum Iſrael contra Moyſen &
Aaron in ſolitudine. Dixeruntque
ad eos filij Iſrael. Vtinam mortui
eſſemꝰ per manū dn̄i in terra Aegy
pti, quādo ſedebamus ſup ollas car
niū, & comedebamus panē in ſatu
ritate. Cur induxiſtis nos in deſertū
iſtud, vt occideretis oēm multitu-
dinē fame? Dixit aūt dominus ad
Moyſen. Ecce ego pluam vobis pa
nem de cælo. Egrediatur populus,
& colligat quæ ſufficiunt per ſin-
gulos dies: vt tentem eum, vtrum
ambulet in lege mea, an non. Die
autem ſexto parent quod inferant:
& ſit duplum quam colligere ſole-
bant per ſingulos dies. Dixeruntq;
Moyſes & Aaron ad omnes filios
Iſrael. Veſpere ſcietis quod domi-
nus eduxerit vos de terra Aegypti:
& mane videbitis gloriam eius.
Deinde cantatur pro gradu. ℟.
Ioā. 11 Collegerūt pontifices & phariſæi
concilium, & dixerunt: quid faci-
mus, quia hic homo multa ſigna
facit: ſi dimittimus eū ſic, omnes
credent in eum. Et venient Roma-
ni, & tollent noſtrum locum & gē-
tem. ℣. Vnus autem ex illis Cai-
phas nomine, cum eſſet pontifex
anni illius prophetauit, dicens. Ex-
pedit vobis, vt vnus moriatur ho-
mo pro populo, & non tota gens
pereat. Ab illo ergo die cogitaue-
runt interficere eum dicentes. Et ve
niēt. Vel aliud ℟. In monte oliue Mat. 26
ti orauit ad patrem: pater ſi fieri po
teſt, trāſeat à me calix iſte. Spiritus
quidem prōptus eſt, caro aūt infir-
ma, fiat volūtas tua. ℣. Vigilate, &
orate, vt nō intretis in tentationē.
Spiritus quidē prōptus eſt, caro aūt
infirma: fiat voluntas tua. Poſtea
legitur euangelium. Sequentia ſan
cti euangelij Secundum Matthęū.





IN illo tēpo- ca. 21
re: Cū appro
pinquaſſet Ie-
ſꝰ Ieroſolymis,
& veniſſet Bet-
phage ad mōtē
olıueti, tūc mi-
ſit duos diſcipu
los ſuos, dicens
eis. Ite ī caſtellū qđ cōtra vos eſt: &
ſtatim inuenietis aſinā alligatā, &
pullū cū ea. Soluite, & adducite mi
hi. Et ſi quis vobis aliqd dixerit: di-
cite, qa dn̄s his opus habet: & cōfe-
ſtim dimittet eos. Hoc aūt totū fa
ctū eſt: vt adimpleret qđ dictū eſt p
ꝓphetā, dicentē. Dicite filiæ Siō. Ec-
ce rex tuus venit tibi manſuetus, ſe-
dens ſuper aſinā, & pullū, filiū ſub-
iugalis. Euntes aūt diſcipuli, fecerūt
ſicut pceperat illis Ieſus. Et adduxe
runt aſinam & pullū: & impoſue-
runt ſuper eos veſtimēta ſua, & eū

deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimēta ſua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. Turbæ autem quæ pręcedebāt, & quę ſequebantur, clamabant, dicentes. Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.

Poſt hęc benedicuntur rami: & tūc dicit ſacerdos. Dn̄s vobiſcū. ℞. Et cū ſpiritu tuo. Orem⁹. Oro.

AVge fidem in te ſperantium Deus, & ſupplicum preces clementer exaudi: veniat ſuper nos multiplex miſericordia tua: bene✠dicantur, & hi palmites palmarum ſeu oliuarum: & ſicut in figura eccleſię multiplicaſti Noe egredientē de arca, & Moyſen exeuntem de Aegypto cū filiis Iſrael: ita nos portantes palmas & ramos oliuarum bonis actibus occurramus obuiam Chriſto, & per ipſum in gaudium introeamus æternum. Qui tecū vi.





Cantat Sacdꝰ a choro, vt ſe- quitur.



Sequitur Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

PEtimus, dn̄e ſancte, pater, op̄s, æterne Deus: vt, hāc creaturam oliuæ, quā ex ligni materia prodire iuſſiſti, quāq; colūba rediens ad arcam ꝓprio pertulit ore: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: vt, quicūq; ex ea receperint, accipiant ſibi ꝓtectionē animæ & corporis: fiatq; dn̄e, noſtræ ſalutis remediū, tuę gratiæ ſacramētū. Per Chriſtū dn̄m no. ℟. Am̄. Oremꝰ. Oratio.

DEus, qui diſperſa congregas, & cōgregata cōſeruas: qui populis obuiā Ieſu ramos portātibꝰ benedixiſti: bn̄ ✠ dic ēt & hos ramos palmę, & oliuę, quos tui famuli ad honorē noīs tui fidel'r ſuſcipiūt: vt ī quēcūq; locū introducti fuerint, tuā bn̄onē habitatores loci illiꝰ cōſequātur: & omni aduerſitate effugata, dextera tua ꝓtegat quos redemit Ieſus Chr̄s filiꝰ tuꝰ Dn̄s noſter: qui tecum vi. Oremus. Oratio.

DEus qui miro diſpoſitionis ordine, ex rebꝰ etiā inſenſibilibꝰ, diſpēſationē noſtræ ſalutis oſtēdere voluiſti: da q̄s: vt deuota tuorū turba fideliū, ſalubriter intelligat, q̄cq̄d myſticè deſignat ī facto, q̄ hodie cęleſti lumine afflata redēptori obuiā ꝓcedēs, palmarum, atq; oliuarū ramos veſtigiis eiꝰ ſubſtrauit. Palmarū igitur rami de mortis pricipe triūphos expectāt: ſurculi verò oliuarū ſpiritalē vnctionē aduenisse quodā modo clamāt. Intellexit enim iā tūc illa hoīum beata multitudo p̄figurari, q̄a redēptor noſter humanis cōdolēs miſeriis, ꝓ totiꝰ mūdi vita cū mortis prīcipe eſſet pugnaturus, ac moriēdo triūphaturꝰ. Et ideo talia obſequēns adminiſtrauit, q̄ in illo triūphos victoriæ, & m'iæ pinguedinē declarēt. Q̄d nos quoq; plena fide, & factū & ſignificatū retinētes, te dn̄e ſancte, pr̄ op̄s, æterne deꝰ, per eūdē dn̄m n̄rm Ieſū Chr̄m ſuppliciter exoramꝰ: vt ī ipſo atq; ꝑ ipſum,

cuius

cui⁹ nos mẽbra fieri voluiſti, de mortis ĩperio victoriã reportãtes, ipſius glorioſæ reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tecũ vi. Orem⁹

DEus, q̃ p oliuæ ramũ pacẽ terris colũbã nũciare voluiſti: pſta q̃s: vt, hos oliuę, cęterarũq; arborũ ramos, cęleſti bñdi✠ne ſanctifices: vt cũcto pplo tuo pficiãt ad ſalutẽ. p Chrm. Orem⁹.

BEne✠dic, q̃s dñe, hos palmarũ ſeu oliuarũ ramos: & pſta: vt, qđ ppls tuus ĩ tua veneratione hodierna die corporalr agit, hoc ſpũalr ſumma deuotione perficiat, de hoſte victoriã reportãdo, & opus mĩæ sũmopere diligendo. p Chrm. Hic rami aſperguntur aqua benedicta, dicẽdo añã. Aſpges. ſine cãtu, & ſine pſal. & incẽſant oliuę. Deinde dicit ſacer. Dñs vobiſ. Orem⁹. Oro.

DEus, q̃ filium tuũ Ieſum Chrm Dñm noſtrum p ſalute noſtra in hũc mũdũ miſiſti: vt ſe humiliaret ad nos, & nos reuocaret ad te: cui etiã dũ Ierlm veniret, vt adimpleret ſcripturas, credẽtiũ pplorũ turba fideliſſima deuotione veſtimẽta ſua cũ ramis palmarũ in via ſternebãt, pſta q̃s: vt illi fidei vitã pparemus: de qua, remoto lapide offenſiõis & petra ſcandali, frondeant apud te opera noſtra iuſtitiæ ramis: vt eius veſtigia ſequi mereamur. Qui tecum vi. Poſtea ſacerd. ſtãs ante altare verſus ad pplm diſtribuit ramos, pmo clericis, deinde laicis: & iterũ à choro cãtãtur Añę. Pueri hebręorũ portãtes ramos oliuarũ obuiauerũt dño, clamãtes, & dicẽtes: Oſanna ĩ excel. Alia añã. Pueri hebręorũ veſtimẽta pſternebant in via, & clamabant, dicẽtes. Oſanna filio Dauid: bñs q̃ venit in noĩe Dñi. Quę ſi nõ ſufficiãt, repetantur quouſq; ramorũ diſtributio finiat. Deinde dicit Sacer. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ ſpi. Orem⁹. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, ſuper pullũ aſinę ſedere feciſti, & turbas pplorũ veſtimenta vel ramos arborum in via ſternere, & Oſanna decantare in laudẽ ipſius docuiſti: da q̃s, vt illorum innocentiam imitari poſſimus, & eorũ meritum cõſequi mereamur. Per eũd. Poſtea fit proceſſio, & cantãtur ſequentes añæ, vel omnes, vel aliquæ, quouſque durat proceſſio. Antiph. Cum appropinquaret dñs Ieroſolymã, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicẽs. Ite in caſtellum, qđ eſt cõtra vos: & inuenietis pullũ aſinæ alligatum, ſuper quẽ nullus hominũ ſedit: ſoluite, & adducite mihi. Siquis vos interrogauerit, dicite: opus dño eſt. Soluẽtes adduxerũt ad Ieſum: & impoſuerũt illi veſtimẽta ſua, & ſedit ſuper eũ: alij expandebant veſtimẽta ſua in via: alij ramos de arboribus ſternebãt. Et qui ſequebant, clamabant. Oſanna, bñs q̃ venit in nomine Dñi: benedictũ regnũ patris noſtri Dauid: Oſanna ĩ excelſis: miſerere nobis fili Dauid. Alia añã. Cum audiſſet populus, q̃a Ieſus venit Ieroſolymã, acceperunt ramos palmarum: & exierunt ei obuiam, & clamabãt pueri dicentes: Hic eſt, qui venturus eſt in ſalutem populi. Hic eſt ſalus noſtra, & redẽptio Iſrael. Quantus eſt iſte, cui throni, & dominationes occurrunt? Noli timere filia Siõ: ecce Rex tuus venit tibi, ſedẽs ſup pullũ aſinæ, ſicut ſcriptũ eſt. Salue Rex, fabricator mũdi, q̃ veniſti redimere nos. Alia Añã.

Ante ſex dies ſolēnis paſchæ, quādo venit dominus in ciuitatē Ieruſalem, occurrerunt ei pueri, in manibus portantes ramos palmarum, & clamabant voce magna, dicentes. Oſanna in excelſis: bndictus qui venit in multitudine miſericordiæ tuę: Oſanna in excelſis. Alia antiph. Occurrunt turbę cum floribus, & palmis redemptori obuiam: & victori triumphanti digna dant obſequia. Filium Dei ore gentes prædicant: & in laudem Chriſti voces tonant per nubila: Oſanna in excelſis. Alia antiphona. Cum angelis & pueris, fideles inueniamur triumphatori mortis clamantes: Oſanna in excelſis. Alia antipho. Turba multa, quæ conuenerat ad diem feſtum clamabat Domino: benedictus qui venit in nomine domini: Oſanna in excelſis.

¶ In reuerſione proceſſionis ad eccleſiam, duo vel quatuor cantores intrant, & clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad proceſſionē, incipiunt ℣. **Gloria, laus.** Et totum decantant vſque ad **Iſrael es tu rex.** Sacerdos verò cum aliis ſtantibus extra eccleſiam, repetit illud idem. Deinde ſtantes intus, cantant verſus ſequentes: vel omnes, vel partē: pro diſpoſitione cantorum: Et ſtantes extra, ad quoſlibet duos verſus reſpondēt **Gloria, laus.** ſicut à principio ℣.

Gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chriſte redemptor. Cui puerile decus prompſit oſanna piū. Iſrael es tu rex, & Dauidis inclyta proles, Nomine qui in Domini, rex benedicte venit. ℟. Gloria, laus & honor. ℣. Cætus in excelſis te laudat cęlicus omnis. Et mortalis homo, cuncta creata ſimul. ℟. Gloria. ℣. Plebs hebręa tibi: cum palmis obuia venit, Cum pręce, voto, hymnis, adſumus ecce tibi. ℟. Gloria. ℣. Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis. Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. ℟. Gloria. ℣. Hi placuere tibi, placeat deuotio noſtra. Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus, & honor. ℣. Fecerat Hebręos hos gloria ſanguinis almi. Nos facit Hebræos tranſitus ecce pius. ℟. Gloria, laus, & honor, tibi ſit. ℣. Sis pius aſcenſor tu, & nos ſimus aſellus. Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei. ℟. Gloria. ℣. Veſtis apoſtolicæ rutilo fulgore tegamur. Te bene docta, vt ca, noſtra caterua vehat. ℟. Gloria. ℣. Tegmine ſic animæ ſternamus corpora noſtra. Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi. ℟. Gloria. ℣. Sit pia pro palmę nobis victoria ramis. Vt tibi victrici ſorte canamus ita. ℟. Gloria, laus.

Poſtea intrat proceſſio eccleſiam cantando ℟. Ingrediente Domino in ſanctam ciuitatem, Hebręorum pueri reſurrectionem vitæ pronunciantes, Cum ramis palmarum Oſanna clamabant in excelſis. ℣. Cum audiſſet populus quod Ieſus veniret Ieroſolymā exierunt obuiā ei. Cū ramis. Et non dicitur. Gloria.

DOMI. PALMARVM.

Statio ad ſanctum Ioannem in Laterano. Introitus.

DOmine ne longe facias auxilium tuum à me, ad defenſionem meam aſpice: libera me de ore leonis & à cornib' vnicornium humilitatem meã. Pſal.
Pſ. 21 Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba delictorum meorum. D omine ne longe facias. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui humano generi ad imitãdum humilitatis exemplum Saluatorem noſtrum carnẽ ſumere, & crucem ſubire feciſti: concede propitius: vt, & patientiæ ipſius habere documenta, & reſurrectionis conſortia mereamur. Per eundem. Et hæc oratio tantum dicitur.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

ca. 2. FRatres: Hoc enim ſentite in vobis, qđ & in Chriſto Ieſu. Qui cum in forma dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Grad. T enuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quã bonus Iſrael deus rectis corde? mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Pſ. 72

Tract. D eus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? ℣. Longe à ſalute mea verba delictorum meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies in nocte, & non ad inſipientiam mihi. ℣. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſrael. ℣. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi. ℣. Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me, aſpernabantur me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. ℣. Sperauit in domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum. ℣. Ipſi vero conſiderauerunt & conſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. ℣. Libera me de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. ℣. Qui timetis dominum, laudate eũ: vniuerſum ſemen Iacob magnificate eum. ℣. Annuntiabitur domino generatio ventura: & annunciabunt cæli iuſtitiam eius. ℣. Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus. Pſ. 21

¶Paſſio Domini incipitur abſolute: non dicitur Munda cor meum, non petitur benedictio, non dete-

runtur luminaria, nec incenſum : non dicitur Dominus vobiſcum, nec reſpondetur Gloria tibi domine. Peruento tamen ad partem illã quæ in tono euangelij legitur,dicitur Munda cor meum,petitur benedictio, & incenſatur liber. Quod & in alijs diebus ſeruatur, quando legitur Paſſio.

In paraſceue autem nec petitur benedictio, nec incenſatur liber.

¶Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Matthęum.



IN illo tẽpore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. ✠ Scitis, quia poſt biduũ paſcha fiet: & filius hominis tradetur, vt crucifigat. C Tũc cõgregati ſunt principes ſacerdotũ,& ſeniores populi, in atriũ principis ſacerdotũ, qui dicebatur Caiphas:& conciliũ fecerunt,vt Ieſum dolo tenerent,& occiderent. Dicebant autem. S Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. C Cum autem eſſet Ieſus in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguẽti precioſi,& effudit ſuper caput ipſius recũbentis. Videntes aũt diſcipuli indignati ſunt dicentes. S Vtquid ꝑditio hæc? potuit enim vnguentum iſtud venundari multo,& dari pauperibus. C Sciens autem Ieſus, ait illis. ✠ Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonũ operata eſt in me. Nã ſemꝑ pauperes habebitis vobiſcũ:me aũt nõ ſemꝑ habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me,fecit. Amen dico vobis : vbicunq; prædicatũ fuerit hoc euangelium in toto mũdo: dicetur,& quod hęc fecit ĩ memoriã eius. C Tunc abijt unus de duodecim,qui dicitur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotũ : & ait illis. S Quid vultis mihi dare, & ego eũ vobis tradam? C At illi conſtituerũt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ vt eũ traderet. Prima aũt die azymorũ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. S Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? C At Ieſus dixit. ✠ Ite in ciuitatẽ ad quendã:& dicite ei. Magiſter dicit tempus meũ prope eſt : apud te facio paſcha cũ diſcipulis meis. C Et fecerunt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Ieſus: & parauerunt paſcha. Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis:quia vnus veſtrum me traditurus eſt. C Et contriſtati valde, cæperunt ſinguli dicere. S Nunquid ego ſum Domine? C At ipſe reſpondens, ait. ✠ Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de illo. Vę autem homini illi,per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. S Nunquid ego ſum rabbi? C Ait illi. ✠ Tu dixiſti. C Cænantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit

deditque diſcipulis ſuis: & ait. ✠ Accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meũ. ℂ Et accipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis, dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enĩ ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis: nõ bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. ℂ Et hymno dicto exierunt in montẽ oliueti. Tũc dicit illis Ieſus. ✠ Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte: Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorẽ, & diſpergẽtur oues gregis. Poſtquã aũt reſurrexero, præcedã vos in Galilæam. ℂ Reſpondẽs autem Petrus, ait illi. S Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. ℂ Ait illi Ieſus. ✠ Amen dico tibi: quia ĩ hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. ℂ Ait illi Petrus. S Etiam ſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo. ℂ Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. Tunc venit Ieſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic donec vadã illuc, & orẽ. ℂ Et aſſumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cępit contriſtari & męſtus eſſe. Tũc ait illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Suſtinete hic, & vigilate mecum. ℂ Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam, orans, & dicens. ✠ Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. ℂ Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro. ✠ Sic? Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationẽ: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. ℂ Iterum ſecundo abiit, & orauit, dicẽs. Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat voluntas tua. ℂ Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertio, eundem ſermonẽ, dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis. ✠ Dormite iam, & requieſcite: Ecce appropinquauit hora: & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamꝰ: ecce appropinquauit qui me tradet. ℂ Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cũ gladiis & fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum: dicens. S Quẽcunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eũ. ℂ Et confeſtim accedẽs ad Ieſum, dixit. S Aue rabbi. ℂ Et oſculatus eſt eum. Dixitque illi Ieſus. ✠ Amice, ad quid veniſti? ℂ Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas: quia non poſſum roga-

re patrem meum: & exhibebit mi-
hi modo pluſquam duodecim le-
giones angelorum? Quomodo er-
go implebuntur ſcripturę? quia ſic
oportet fieri. C In illa hora dixit Ie-
ſus turbis. ✠ Tanquam ad latronē
exiſtis cum gladiis & fuſtibus cõ-
prehēdere me? Quotidie apud vos
ſedebam docens in templo: & non
me tenuiſtis. C Hoc autem totum
factum eſt, vt adimplerentur ſcri-
pturæ prophetarum. Tunc diſcipu
li omnes, relicto eo, fugerunt. At il
li tenentes Ieſum, duxerunt ad Cai
pham principem ſacerdotum, vbi
ſcribę & ſeniores conuenerant. Pe-
trus autem ſequebatur eũ à lon-
ge, vſque in atrium principis ſacer-
dotũ. Et ingreſſus intro ſedebat cũ
miniſtris: vt videret finem. Princi-
pes autem ſacerdotũ, & omne con
cilium, quęrebant falſum teſtimo-
nium contra Ieſum: vt eum morti
traderent: & non inuenerunt, cum
multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſ
ſime autem venerunt duo falſi te-
ſtes, & dixerũt. S Hic dixit. Poſſum
deſtruere templum dei, & poſt tri-
duum reædificare illud. C Et ſurgēs
princeps ſacerdotũ, ait illi. S Nihil
reſpondes ad ea, quæ iſti aduerſum
te teſtificantur? C Ieſus autem tace
bat. Et princeps ſacerdotum ait il-
li. S Adiuro te per Deum viuum,
vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius
Dei. C Dicit illi Ieſus. ✠ Tu dixi-
ſti. Veruntamen dico vobis; amo-
do videbitis filium hominis ſeden-
tem à dextris virtutis dei, & venien-
tem in nubibus cœli. C Tũc prin-
ceps ſacerdotum ſcidit veſtimenta
ſua, dicens. S Blaſphemauit. Quid
adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc
audiſtis blaſphemiam. Quid vo-
bis videtur? C At illi reſpondentes,
dixerunt. S Reus eſt mortis. C Tũc
expuerunt in faciem eius: & cola-
phis eum ceciderunt. Alij autem
palmas in faciem eius dederunt, di
centes. S Prophetiza nobis Chriſte:
quis eſt qui te percuſſit? C Petrus
verò ſedebat foris in atrio. Et acceſ
ſit ad eum vna ancilla, dicens. S
Et tu cum Ieſu Galilæo eras. C At
ille negauit coram omnibus, dicēs.
S Neſcio quid dicis. C Exeunte au-
tem illo ianuam, vidit eum alia an
cilla: & ait his, qui erant ibi. S Et
hic erat cum Ieſu Nazareno. C Et
iterum negauit cum iuramento,
quia non noui hominem. Et poſt
puſillum acceſſerunt qui ſtabant:
& dixerunt Petro. S Vere & tu ex il
lis es: nam & loquela tua manife-
ſtum te facit. C Tũc cœpit deteſta-
ri & iurare: quia non nouiſſet ho-
minem. Et continuo gallus canta-
uit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ie-
ſu, quod dixerat: Priuſquam gallus
cantet: ter me negabis. Et egreſſus
foras, fleuit amare. Mane autem fa-
cto, cõſilium inierunt omnes prin-
cipes ſacerdotum, & ſeniores popu
li aduerſus Ieſum, vt eum morti tra-
derent. Et vinctum adduxerũt eũ,
& tradiderunt Pontio Pilato pręſi-
di. Tunc videns Iudas, qui tradidit
eum, quod damnatus eſſet: pœni-
tentia ductus, retulit triginta argen
teos principibus ſacerdotum & ſe-
nioribus, dicens. S Peccaui, tra-
dens ſanguinem iuſtum. C At illi
dixerunt. S Quid ad nos? Tu vide-
ris. C Et proiectis argenteis in tem-

plo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſu
ſpendit. Principes autem ſacerdo-
tum acceptis argenteis, dixerunt.
S Non licet eos mittere in corbo-
nam: quia precium ſanguinis eſt.
C Conſilio autem inito, emerunt
ex illis agrum figuli, in ſepulturam
peregrinorum. Propter hoc voca-
tus eſt ager ille, Haceldama, hoc
eſt, ager ſanguinis, vſque in hodier
num diem. Tunc impletum eſt qđ
dictum eſt per Ieremiam prophe-
tam, dicentem. Et acceperunt tri-
ginta argenteos, precium apprecia-
ti, quem appreciauerunt à filiis Iſ-
rael: & dederunt eos in agrum fi-
guli, ſicut conſtituit mihi domin⁹.
Ieſus autem ſtetit ante præſidem.
Et interrogauit eum preſes, dicens.
S Tu es rex Iudęorū? C Dicit ei Ie-
ſus. ✠ Tu dicis. C Et cum accuſare
tur à principibus ſacerdotum & ſe
nioribus, nihil reſpondit. Tunc
dicit illi Pilatus. S Non audis quā-
ta aduerſum te dicunt teſtimonia?
C Et non reſpondit ei ad vllum
verbum: ita vt miraretur præſes
vehementer. Per diem autem ſo-
lennem conſueuerat præſes dimit-
tere populo vnum vinctum, quem
voluiſſent. Habebat autē tunc vin-
ctum inſignem, qui dicebatur Bar
rabas. Congregatis autem illis, di-
xit Pilatus. S Quem vultis dimittā
vobis, Barrabam, an Ieſum qui di-
citur Chriſtus? C Sciebat enim qđ
per inuidiam tradidiſſent eum. Se-
dente autem illo pro tribunali, mi
ſit ad illum vxor eius, dicens. S Ni-
hil tibi & iuſto illi: multa enim
paſſa ſum per viſum hodie propter
eum. C Principes autem ſacerdo-
tum & ſeniores perſuaſerunt popu
lis, vt peterent Barrabam, Ieſum ve
ro perderent. Reſpondens autem
præſes, ait illis. S Quem vultis vobis
de duobus dimitti? C At illi dixe-
runt. S Barrabam. C Dicit illis Pi-
latus. S Quid igitur faciam de Ie-
ſu, qui dicitur Chriſtus? C Dicūt
omnes. S Crucifigatur. C Ait illis
præſes. S Quid enim mali fecit? C
At illi magis clamabant, dicentes.
S Crucifigatur. C Videns autem
Pilatus, quia nihil proficeret, ſed
magis tumultus fieret: accepta a-
qua, lauit manus coram populo,
dicens. S Innocens ego ſum à ſan
guine iuſti huius. Vos videritis.
C Et reſpondens vniuerſus popu-
lus, dixit. S Sanguis eius ſuper
nos, & ſuper filios noſtros. C
Tunc dimiſit illis Barrabam: Ie-
ſum autem flagellatum tradidit
eis, vt crucifigeretur. Tunc mi-
lites præſidis ſuſcipientes Ieſum in
prætorio, congregauerunt ad eum
vniuerſam cohortem. Et exuen-
tes eum, clamidem coccineam cir-
cundederunt ei. Et plectentes co-
ronam de ſpinis, poſuerunt ſu-
per caput eius, & arundinem in
dextera eius. Et genuflexo ante eū,
illudebant ei, dicentes. S Aue Rex
Iudæorum. C Et expuentes in e-
um, acceperunt arundinem, & per-
cutiebant caput eius. Et poſtquam
illuſerunt ei, exuerunt eum cla-
midem, & induerunt eū veſtimen-
tis eius: & duxerunt eum, vt cruci-
figerent. Euntes autem, inuenerūt
hominem Cyrenęum, nomine Si-
monem: hunc angariauerunt, vt
tolleret Crucem eius. Et venerunt

in locum, qui dicitur Golgotha: quod eſt Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cũ felle mixtum. Et cum guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes: vt adimpleretur, quod dictum eſt per prophetã, dicentem. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedẽtes, ſeruabãt eum. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptã: Hic eſt Ieſus rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. Prætereuntes autem blaſphemabant eũ, mouentes capita ſua, & dicentes. S Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud: ſalua temetipſum: ſi filius dei es, deſcende de cruce. C Similiter & principes ſacerdotum illudẽtes cum ſcribis & ſenioribus, dicebãt. S Alios ſaluos fecit: ſemetipſum nõ poteſt ſaluum facere? Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei. Confidit in deo: liberet eũ nunc, ſi vult: dixit enim. Quia filius dei ſum. C Idipſum autẽ & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A ſexta autẽ hora, tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terram, vſq; ad hora nonam. Et circa horam nonã clamauit Ieſus voce magna, dicens. ✠ Eli, Eli lammaſabathani? C Hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliqſti me? Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant. S Eliam vocat iſte. C Et continuo currẽs vnus ex eis, acceptam ſpongiam, impleuit aceto: & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant. S Sine, videamus an veniat Elias liberans eũ. C Ieſus aũt iterũ clamãs voce magna, emiſit ſpiritum. ✠ ✠ ✠. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo vſque deorſum. Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum, qui dormierãt, ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. Cẽturio autem, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terrę motu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. S Vere filius Dei erat iſte. C Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilęa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater: & mater filiorũ Zebedæi. Cum ſero autem factum eſſet, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Ioſeph: qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu. Hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu. Tũc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda: & poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & abiit. Erat autẽ ibi Maria magdalenę, & altera Maria, ſedentes contra ſepulcrum.

¶ Hic datur benedictio, & defertur incenſum ſine luminaribus, non tamen dicitur Dominus vobiſcũ, & cantatur in tono euangelij. Quę

Omnia in aliis paſſionibꝰ ſeruātur.

Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerūt principes Sacerdotū, & Phariſæi ad Pilatum, dicentes. Dñe recordati ſumus: quia ſeductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgā. Iube ergo cuſtodiri ſepulcrū, vſque ī diē tertiū: ne forte veniāt diſcipuli eiꝰ & furentur eum: & dicāt plebi, Surrexit à mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiam: ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulcrum: ſignantes lapidem, cū cuſtodibus. Et dicitur Credo. Pſal. 68. Offertorium. Improperium expectauit cor meum, & miſeriam: & ſuſtinuit qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit: cōſolantem me quęſiui, & non inueni: & dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Secre.

Concede, quæſumus domine: vt oculis tuæ maieſtatis munꝰ oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Cōio. Mat. 26. Pater, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibā illum: fiat volūtas tua.

Poſtcommunio.

Per huius domine operationem myſterij: & vitia noſtra purgentur, & iuſta deſideria cōpleātur. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

¶ Feria ij. maioris hebdomadę. Statio ad S. Praxedem. Introitus.

Pſal. 34. Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me: apprehēde arma, & ſcutū, & exurge ī adiutorium meum, domine virtus ſalutis meæ. ps. Effunde frameam, & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me: dic aīæ meę, ſalus tua ego ſum. Iudica. Oratio.

Da, quæſumus ops deus: vt, q in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpiremus. Qui tecum. Deinde Eccleſiæ. vel Deus omnium. folio 145.

Lectio Iſaiæ prophetæ.

c. 50 In diebus illis: Dixit Iſaias. Dominus deus aperuit mihi aurē: ego autem non contradico, retrorſum non abij. Corpus meum dedi percutiētibus, & genas meas vellētibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & cōſpuentibus. Dominus deus auxiliator meꝰ, & ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciem meam vt petram duriſſimā, & ſcio quoniam non confundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me: quis cōtradicet mihi? Stemus ſimul: qs eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Ecce dominꝰ Deus, auxiliator meꝰ: quis eſt qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Deum, audiens vocē ſerui ſui? Quis ambulauit in tenebris, & nō eſt lumen ei? Speret ī nomine dñi, & innitatur ſuper dominū deum ſuum. Pſal. 34. Grad. Exurge domine, & intende iudicio meo deus meus, & dñs meus in cauſam meā. ℣. Effunde frameā, & cōclude aduerſus eos, qui me perſequuntur. Pſal. 102. Tractus. Domine non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras

retribuas nobis. ℣. Dñe ne memi-
neris iniquitatum noſtrarum anti-
quarũ: cito anticipent nos miſeri-
cordię tuę: q̃a pauperes facti ſum⁹
Pſal. 70. nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ ſalutaris
noſter: & propter gloriã nõis tui
Dñe libera nos: & ꝓpitius eſto pec-
catis noſtris propter nomen tuũ.
Seq. ſancti euang. ſecũdũ Ioannem.



ca. 12. ANte ſex di-
es paſchæ
venit Ieſus Be-
thaniã, vbi La-
zar⁹ fuerat mor
tuus, quẽ ſuſci-
tauit Ieſus. Fece
runt aũt ei cœ-
nam ibi: & Mar
tha miniſtrabat. Lazarus vero vnus
erat ex diſcumbentibus cũ eo. Ma-
ria ergo accepit librã vnguenti nar
di piſtici precioſi: & vnxit pedes Ie-
ſu, & exterſit capillis ſuis pedes ei⁹:
& domus impleta eſt ex odore vn-
guẽti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis
eius Iudas Iſcariotes, qui erat eum
traditurus. Quare hoc vnguẽtũ nõ
veniit trecentis denariis, & datũ eſt
egenis? Dixit aũt hoc, nõ q̃a de ege-
nis pertinebat ad eũ: ſed quia fur
erat, & loculos habens, ea q̃ mitte-
bantur, portabat. Dixit ergo Ieſus.
Sine illã, vt, ĩ diẽ ſepulturę meæ ſer
uet illud. Pauperes enĩ ſemꝑ habe-
bitis vobiſcũ: me aũt nõ ſemꝑ ha-
bebitis. Cognouit ergo turba mul
ta ex Iudæis, q̃a illic eſſet: & venerũt
non propter Ieſum tantũ, ſed vt La
zarum viderent, quem ſuſcitauit à
Pſal. 142. mortuis. Offertorium. Eripe me
de inimicis meis domine: ad te cõ-
fugi: doce me facere voluntatem
tuam: quia de⁹ meus es tu. Secreta.

HAec ſacrificia nos omnipotẽs
deus potenti virtute mũda-
tos, ad ſuum faciant puriores veni
re principium. Per dominũ. Dein-
de Protege. vel Oblatis. folio 147.
Cõmunio. Erubeſcant, & reuereã- Pſal. 34.
tur ſimul, qui gratulantur malis
meis: induantur pudore & reueren
tia, qui maligna loquuntur aduer-
ſum me. Poſtcommunio.

PRębeant nobis domine diuinũ
tua ſancta feruorem: quo eorũ
pariter & actu delectemur, & fru-
ctu. Per dominũ. Deinde Quæſu-
m⁹ domine. vel Hęc nos. fol. 147.
Super populum. Oremus. Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.

ADiuua nos deus ſalutaris no-
ſter: & ad beneficia recolẽda,
quibus nos inſtaurare dignatus es,
tribue venire gaudentes. Per dñm.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctam
Priſcam. Introitus.

NOs aũt gloriari opor- Gal. 6.
tet in Cruce Dñi no-
ſtri Ieſu Chriſti: ĩ quo
eſt ſalus, vita, & reſur-
rectio noſtra: per quẽ
ſaluati, & liberati ſum⁹. p̄s. De⁹ mi- Pſal. 66.
ſereatur noſtri, & benedicat nobis:
illuminet vultum ſuum ſuper nos,
& miſereatur noſtri. Nos autem
gloriari oportet. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:
da nobis ita Dominicę paſſio
nis ſacramẽta peragere: vt indulgẽ-
tiam percipere mereamur. Per eũ-
dẽ. Deinde Eccleſiæ tuę. vel Deus
omnium. folio 145.

Lectio Ieremiæ prophetæ.
IN diebus illis: Dixit Ieremias. Do c. 11.

mine demonſtraſti mihi: & cognoui: & tu oſtēdiſti mihi ſtudia eorū. Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui, quia cogitauerūt ſuper me conſilia, dicentes. Venite mittamus lignū in panē eius, & eradamus eū de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autē domine ſabaoth, qui iudicas iuſte, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam: domine deus meus. Graduale. Ego autem dum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio, & humiliabā in ieiunio animam meā, & oratio mea in ſinu meo conuertetur. ℣. Iudica domine nocentes me, & expugna impugnantes me: apprehende arma & ſcutū, & exurge ī adiutoriū mihi.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Marcum.



c.14. IN illo tēpore. Erat paſcha & azyma poſt biduum: & quęrebāt ſūmi ſacerdotes, & ſcribæ quomodo Ieſū dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem. S Nō in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo. ¶ Et cum eſſet Ieſus Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet: venit mulier habens alabaſtrū vnguenti nardi ſpicati precioſi: & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius. Erāt autem quidā indigne ferentes intra ſemetipſos, & dicentes. S Vt quid ꝑditio iſta vnguēti facta eſt? Poterat enim vnguētū iſtud venūdari pluſquam trecētis denarijs, & dari pauperibus. ¶ Et fremebāt in eam. Ieſus autē dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonū opus operata eſt in me. Sēper enim pauperes habebitis vobiſcū: & cū volueritis, poteſtis illis benefacere: me aūt non ſemper habebitis. Quod habuit hęc fecit: præuenit vngere corpꝰ meū in ſepulturā. Amen dico vobis: vbicūque prædicatū fuerit Euāgeliū iſtud in vniuerſo mūdo, & quod hæc fecit, narrabitur in memoriā eius. ¶ Et Iudas Iſcariotes vnꝰ de duodecī abijt ad ſummos ſacerdotes, vt ꝓderet eū illis. Qui audiētes gauiſi ſūt: & ꝓmiſerūt ei pecuniā ſe daturos. Et q̄rebat quomodo illū opportune traderet. Et primo die azymoꝝ, qn̄ paſcha immolabāt, dicūt ei diſcipuli. S Quo vis eamꝰ, & paremus tibi, vt māduces paſcha? ¶ Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: & dicit eis. ✠ Ite in ciuitatē: & occurret vobis homo lagenā aquę baiulās, ſeq̄mini eū: & quocūq; ītroierit, dicite dn̄o domꝰ quia magiſter dicit. Vbi eſt refectio mea, vbi paſcha cū diſcipulis meis māducē? Et ipſe vobis demōſtrabit cęnaculū grāde ſtratū: & illic parate nobis. ¶ Et abierūt diſcipuli ei, & venerūt in ciuitatē: & inuenerūt ſicut dixerat illis: & parauerūt paſcha. Veſpere aūt facto venit cū duodecim. Et diſcūbētibꝰ eis & māducātibꝰ, ait Ieſus. ✠ Amē dico vobis: q̄a vnus ex vobis tradet me, q̄ māducat mecū. ¶ At illi cęperūt cōtriſtari, & dicere ei ſingilatim. ✠ Nunquid ego? ¶ Qui ait illis. ✠ Vnus ex duode-

cim qui intingit mecum manum in catino. Et quidem filius hoĩs vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: Væ autem illi, per quẽ filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi nõ eſſet natus homo ille. ℂ Et mãducantibus illis, accepit Ieſus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait. ✠ Sumite: hoc eſt corpus meũ. ℂ Et accepto calice, gratias agẽs, dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. ✠ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: ꝙ iam non bibã de genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam nouum ĩ regno dei. ℂ Et hymno dicto, exierũt in mõtem oliuarum. Et ait illis Ieſus. ✠ Omnes ſcãdalizabimini in me in nocte iſta, quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues. Sed poſtquã reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. ℂ Petrus autẽ ait illi. S Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. ℂ Et ait illi Ieſus. ✠ Amen dico tibi, qa tu hodie in nocte hac, prius quam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturꝰ. ℂ At ille amplius loquebatur. S Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, nõ te negabo. ℂ Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt ĩ prędium, cui nomen Gethſemani: & ait diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hic, donec orem. ℂ Et aſſumit Petrum & Iacobum, & Ioannem ſecum, & cępit pauere & tędere. Et ait illis. ✠ Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: Suſtinetę hic, & vigilate ℂ Et cum proceſſiſſet pauluſũ: procidit ſuper terram: & orabat, vt ſi fieri poſſet, trãſiret ab eo hora; & dixit. ✠ Abba pater, oĩa tibi poſſibilia ſunt, trãſfer calicem hunc à me. Sed non qđ ego volo: ſed qđ tu. ℂ Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro. ✠ Simon dormis? Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. ℂ Et iterum abiens orauit eundem ſermonem, dicens. Et reuerſus, denuo inuenit eos dormientes: (erãt enim oculi eorum grauati) & ignorabãt quid reſponderẽt ei. Et venit tertio: & ait illis. ✠ Dormite iam, & requieſcite. Sufficit: venit hora, ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope eſt. ℂ Et adhuc eo loquẽte, venit Iudas Iſcariotes vnꝰ de duodecim, & cum illo turba multa cum gladiis & lignis, miſſi à ſummis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus. Dederat autẽ traditor eis ſignum, dicens, S Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eũ, & ducite caute. ℂ Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait. S Rabbi. ℂ Et oſculatus eſt eũ. Et illi manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. Vnus autem de circunſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruũ ſummi ſacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et reſpondens Ieſus, ait illis. ✠ Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis & lignis comprehendere me. Quotidie apud vos eram in templo docens, & nõ me tenuiſtis. Sed vt impleantur ſcripturæ. ℂ Tũc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerũt.

Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt omnes ſacerdotes,& ſcribæ,& ſeniores. Petrus autem à lõge ſecutus eſt eũ, vſque intro in atrium ſummi ſacerdotis, & ſedebat cum miniſtris, & calefaciebat ſe ad ignem. Summi vero ſacerdotes & omne conciliũ, quærebant aduerſus Ieſum teſtimoniũ,vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi enim teſtimoniũ falſum dicebãt aduerſus eũ, & conuenientia teſtimonia non erant. Et quidam ſurgentes, falſum teſtimoniũ ferebant aduerſus eũ,dicentes. S Qm̃ nos audiuimus eũ dicentẽ. Ego diſſoluam templum hoc manuſactum: & poſt triduũ, aliud nõ manuſactũ ędificabo. C Et nõ erat conueniens teſtimonium illorum. Exurgens autẽ ſummus ſacerdos in mediũ,interrogauit Ieſum, dicens. S Non reſpondes quicquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his? C Ille autem tacebat, & nihil reſpondit. Rurſus ſummus ſacerdos interrogabat eum: & dixit ei. S Tu es Chriſtus filius dei benedicti? C Ieſus autem dixit illi. ✠ Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedentẽ à dextris virtutis dei, & venientem cum nubibus cæli. C Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua,ait. S Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? C Qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cæperunt quidam conſpuere eum & velare faciem eius,& colaphis eũ cędere, & dicere ei. S Propheti za. C Et miniſtri alapis eum cædebãt. Et cũ eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis, & cum vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait. Et tu cum Ieſu Nazareno eras. C At ille negauit, dicens. S Neq; ſcio, neque noui quid dicas. C Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit. Rurſus autem cum vidiſſet illum alia ancilla, cæpit dicere circũ ſtantibus: quia hic ex illis eſt. At ille iterum negauit. Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant, dicebant Petro. S Vere ex illis es: nam & Galilæus es. C Ille autem cæpit anathematizare, & iurare: quia neſcio hominem iſtum, quem dicitis. Et ſtatim iterum gallus cãtauit. Et recordatus eſt Petrus verbi,quod dixerat ei Ieſus. Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cæpit flere. Et confeſtim mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & ſcribis & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S Tu es rex Iudæorum? C At ille reſpondens, ait illi. ✠ Tu dicis. C Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eũ, dicens. S Non reſpondes quicquã? Vide in quantis te accuſant. C Ieſus autem amplius nihil reſpondit, ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem feſtum ſolebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcunq; petiiſſent. Erat aũt,qui dicebatur Barrabas,qui cũ ſeditioſis erat vinctus,

qui ĩ ſeditione fecerat homicidiũ. Et cũ aſcendiſſet turba, cępit rogare, ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus aũt reſpondit eis, & dixit. S Vultis dimittã vobis regẽ Iudæorũ? C Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradi diſſent eũ ſummi ſacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbã, vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum reſpondens, ait illis. S Quid ergo vultis faciã Regi Iudęorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eũ. C Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam: & tradidit Ieſum flagellis cœſum, vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium prætorij, & cõuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes ſpineam coronam. Et cœperunt ſalutare eum: Aue Rex Iudęorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conſpuebant eũ, & ponentes genua, adorabant eum. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis: & educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerũt prætereũtem quempiam Simonẽ Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri, & Ruffi, vt tolleret crucem eius. Et perducũt eũ ĩ Golgotha locum: quod eſt interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere mirrhatum vinũ: & nõ accepit. Et crucifigentes eum, diuiſerũt veſtimẽta eius, mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerũt eũ. Et erat titulus cauſę ei⁹ inſcriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à ſiniſtris. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit. Et cum iniquis reputatus eſt. Et ꝑtereũtes blaſphemabant eum, mouẽtes capita ſua, & dicentes. S Vah, qui deſtruis templum Dei, & ĩ tribus diebus reædificas: ſaluũ fac temetipſum deſcendens de cruce. C Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum ſcribis dicebãt. S Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluũ facere. Chriſtus rex Iſrael deſcẽdat nũc de Cruce: vt videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper totam terrã, vſq; in horã nonam. Et hora nona exclamauit Ieſus voce magna, dicens. ✠ Eloi, Eloi: lammaſabacthani? C Quod eſt interpretatũ. Deus meus, de⁹ meus, vt quid dereliquiſti me? Et quidam de circunſtantibus audientes, dicebant. S Ecce, Eliam vocat. C Currẽs aũt vnus, & implens ſpongiam aceto, circumponensq; calamo, potum dabat ei, dicens. S Sinite: videamus ſi veniat Elias ad deponendũ eũ. C Ieſus aũt emiſſa voce magna, expirauit. ✠ ✠ ✠ Et velum tẽpli ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſque deorſum. Videns aũt Cẽturio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait. S Vere hic homo filius dei erat. C erant autem & mulieres de lõge aſpiciẽtes: inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mater, &

Hic pauſatur aliq̃tuiũ, & genufle ctitũ.

Salome, & cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabāt ei: & aliȩ multȩ, quæ ſimul cum eo, aſcenderant Ieroſolymam.

Hic cantatur in tono euangelij: & alia fiunt vt ſupra.

ET cum iam ſero eſſet factum, (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatum) venit Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu. Pilatus autē mirabatur, ſi iam obiiſſet. Et acceſſito Centurione, interrogauit eum, ſi iam mortuus eſſet. Et cū cognouiſſet à Centurione: donauit corp⁹ Ioſeph. Ioſeph autem mercatus eſt ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento, quod exciſum erat de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium

Pſal. 139. monumenti. Offert. Cuſtodi me dn̄e de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Secreta.

SAcrificia nos, q̄s domine, propenſius iſta reſtaurent, quæ medicinalib⁹ ſunt inſtituta ieiuniis. Per dominū. Deinde Protege, vel O-

Pſal. 68. blatis. fol. 147. Communio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebāt in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum: ego vero orationē meam ad te domine, tempus beneplaciti deus: in multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me. Poſtcōio.

SAnctificationibus tuis, op̄s de⁹, & vitia noſtra curētur, & remedia nobis ſempiterna ꝓueniāt. Per dominū. Deinde. Quęſumus. vel Hæc nos. folio 147. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

TVa nos miſericordia deus, & ab omni ſurreptione vetuſtatis expurget, & capaces ſanctȩ nouitatis efficiat. Per dominum nr̄m.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.

IN nomine IESV omne genu flectatur, cęleſtiū, terreſtrium, & infernorum: quia dominus factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autē crucis: ideo dominus Ieſus Chriſtus ī glo-

ria eſt Dei patris. P̄s. Domine exau- Pſal. 101.

di orationem meā: & clamor me⁹ ad te veniat. In nomine. poſt Kyrie eleiſ. dicitur Oremus. Flectam⁹ genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæſta, q̄s, omnipotens deus: vt qui pro noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur, per vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecum.

Lectio Iſaiæ prophetȩ.

HAec dicit domin⁹ Deus. Dici- c. 62. & 63

te filiæ Siō. Ecce ſaluator tu⁹ venit: ecce merces eius cū eo. Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego ſum qui loquor iuſtitiam, & ꝓpugnator ſum ad ſaluandum. Quare ergo rubrū eſt indumentum tuum, & veſtimēta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gētibus non eſt vir mecum. Calcaui eos ī furore meo: & cōculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimēta mea, & omnia indumēta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus

retributionis meę venit. Circunſpexi, & non erat auxiliator: quæſiui, & non fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit mihi brachium meum: & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos ĩ indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miſerationum domini recordabor: laudem domini ſuper omnibus, quę reddidit nobis dominus deus noſter. Grad. Ne a-
Pſal. 68. uertas faciem tuã à puero tuo, quoniã tribulor: velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquę vſque ad animã meam: infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Hic dicitur Dominus vobiſcum. ſine Flectamus genua. Oratio.

DEus, qui pro nobis filium tuũ Crucis patibulum ſubire voluiſti, vt inimici à nobis expelleres poteſtatem, concede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiã conſequamur. Per eũdem. Deinde Eccleſiæ. vel Deus omnium. fol. 145.

Lectio Iſaiæ prophetę.

IN diebus illis: Dixit Iſaias, Domi
c. 53. ne, quis credidit auditui noſtro? & brachium domini cui reuelatũ eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo: & ſicut radix de terra ſitiẽti. Non eſt ſpecies ei, neque decor. Et vidimus eũ, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorũ, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius: & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauim⁹ eum quaſi leproſum, & percuſſum à deo, & humiliatum. Ipſe autem vulnerat⁹ eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtrę ſuper eũ: & liuore eius ſanati ſum⁹. Omnes nos, quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viã ſuã declinauit, & poſuit dñs in eo iniquitatem omniũ noſtrũ. Oblatus eſt: quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuũ. Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur: & quaſi agn⁹ corã tondente ſe, obmuteſcet: & nõ aperiet os ſuũ. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt. Generationẽ eius qs enarrabit? Quia abſciſſus eſt de terra viuentiũ. Propter ſcelus populi mei ꝑcuſſi eũ. Et dabit impios ꝓ ſepultura, & diuites pro morte ſua: eo ꝙ iniquitatẽ non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius. Et dñs voluit conterere eũ in infirmitate. Si poſuerit pro peccato aĩam ſuam, videbit ſemen longęuum, & voluntas dñi in manu eius dirigetur. Pro eo ꝙ laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia: pro eo ꝙ tradidit in mortẽ animã ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorũ tulit: & pro transgreſſoribus rogauit. Tractus. Do- Pſal.
mine exaudi orationẽ meã, & cla- 101.
mor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam à me: in quacũq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei:& oſſa mea ſicut ĩ frixorio cõfrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut fœnũ, & aruit cor meũ, quia oblitus ſum manducare panẽ meũ. ℣. Tu exurgẽs dñe miſereberis Sion: quia venit tẽpus miſerendi eius.

¶ Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.

22.


IN illo tempote. Appropinquabat dies feſt⁹ azymorum, q dicitur paſcha: & quærebant principes ſacerdotũ & ſcribæ, quomodo Ieſum interficerent: timebãt vero plebem. Intrauit autem ſatanas in Iudã, qui cognominabatur Iſcariotes, vnũ de duodecim: & abiit, & locutus eſt cũ principibus ſacerdotum & magiſtratibus, quemadmodũ illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: & pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit. Et quærebat oportunitatem, vt traderet illũ ſine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit Petrum & Ioannẽ, dicens. ✠ Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus. C At illi dixerunt. S Vbi vis paremus? C Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphoram aquę portans: ſequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patriſfamilias dom⁹. Dicit tibi magiſter: Vbi eſt diuerſorium, vbi paſcha cũ diſcipulis meis manducẽ? Et ipſe vobis oſtẽdet cęnaculũ magnũ ſtratũ: & ibi parate. C Euntes aũt inuenerũt ſicut dixit illis Ieſus: & parauerũt paſcha. Et cũ facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim apoſtoli cũ eo: & ait illis. ✠ Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcum, antequã patiar. Dico enĩ vobis: quia ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleatur ĩ regno dei. C Et accepto calice, grãs egit, & dixit. ✠ Accipite, & diuidite inter vos. Dico enĩ vobis, ꝙ nõ bibã de gñatione vitis donec regnũ dei veniat. C Et accepto pane, grãs egit & fregit, & dedit eis, dicẽs. ✠ Hoc eſt corp⁹ meũ, qđ ꝓ vobis dat. Hoc facite ĩ meã cõmemorationẽ. C Similiter & calicẽ, poſtq̃ cęnauit, dicẽs. ✠ Hic calix nouum teſtm̃ eſt ĩ ſanguine meo, q ꝓ vobis effundet. Verũtñ ecce man⁹ tradẽtis me, mecũ eſt ĩ mẽſa. Et qdẽ filius hoĩs, ſm qđ diffinitũ eſt, vadit: verũtñ vę homini illi ꝑ quẽ tradetur. C Et ipſi cęperũt quærere inter ſe, qs eſſet, q hoc facturus eſſet. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit aũt eis. ✠ Reges gẽtium dominantur eorum: & qui poteſtatẽ habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos aũt nõ ſic: ſed q maior eſt ĩ vobis, fiet ſicut minor; & qui p̄ceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recũbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autẽ in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat: vos aũt eſtis, q ꝑmanſiſtis mecũ in tẽtationib⁹ meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pr̃ me⁹ regnũ: vt edatis & bibatis ſuꝑ menſã meã in regno meo: & ſedeatis ſuꝑ thro-

nos iudicantes duodecim tribus Iſrael. C Ait autem dominus Simoni. ✠ Simon, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. C Qui dixit ei. S Domine, tecū paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. C At ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, nō cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. C Et dixit eis. ✠ Quādo miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis: nūquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerunt. S Nihil. C Dixit ergo eis. ✠ Sed nūc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladiū. Dico enim vobis, quoniā adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me. Et cū iniquis deputatus eſt. Etenim ea quę ſcripta ſunt de me, finem habēt. C At illi dixerunt. S Domine, ecce gladij duo hic. C At ille dixit eis. ✠ Satis eſt. C Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem oliuarum. Secuti ſunt autem illum & diſcipuli eius. Et cū perueniſſet ad locum, dixit illis. ✠ Orate, ne intretis in tentationem. C Et ipſe auulſus eſt ab eis quantū iactus eſt lapidis: & poſitis genibus orabat, dicens. ✠ Pater, ſi vis, trāsfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. C Apparuit autem illi angelus de cęlo, confortans eū. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttę ſanguinis decurrentis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes prę triſtitia: & ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationē. C Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim antecedebat eos: & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Ieſus autem dixit illi. ✠ Iuda, oſculo filium hominis tradis? C Vidētes autem hi qui circa ipſum erāt, quod futurum erat, dixerunt ei. S Domine ſi percutimus in gladio? C Et percuſſit vnus ex eis ſeruum principis ſacerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autē Ieſus, ait. ✠ Sinite vſque huc. C Et cum tetigiſſet auriculam eiꝰ, ſanauit eū. Dixit autem Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe, principes ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores. ✠ Quaſi ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus? Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, non extendiſtis manus in me. Sed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarū. C Comprehendentes aūt eū, duxerunt ad domum principis ſacerdotum. Petrus vero ſequebatur eum à longe. Acceſo autem igne in medio atrij, & circunſedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quē cum vidiſſet ancilla quædam ſedētem ad lumen, & cum fuiſſet intuita, dixit. S Et hic cum illo erat. C At ille negauit eum, dicens. S Mulier nō noui illū. C Et poſt puſillū, alius videns eum, dixit. S Et tu de illis es. C Petrus vere ait. S O homo, nō ſum. C Et interuallo facto, quaſi horę vnius: alius quidā affirmabat, dicens. S Vere & hic cum illo

erat: nam & Galileus eſt. C Et ait Petrus. S Homo, neſcio quid dicis. C Et continuo adhuc illo loquente, cātauit gallus. Et conuerſus dn̄s, reſpexit Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi domini, ſicut dixerat: quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus, fleuit amare. Et viri, qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cędentes eū. Et velauerunt eum: & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes. S Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit? C Et alia multa blaſphemantes, dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis & principes ſacerdotū & ſcribę, & duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes. S Si tu es Chriſtus, dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: ſi autem & interrogauero, non reſpondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis dei. C Dixerūt autē omnes. S Tu ergo es filius dei? C Qui ait. ✠ Vos dicitis, quia ego sū. C At illi dixerūt. S Quid adhuc deſideramus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus de ore eius. C Et ſurgēs omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cæperunt autē accuſare illum, dicentes. S Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram: & prohibentem tributa dari Cæſari: & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. C Pilatus autem interrogauit eū, dicens. S Tu es rex Iudęorum? C At ille reſpondēs, ait. ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus ad principes ſacerdotum, & turbas. S Nihil inuenio cauſę ī hoc homine. C At illi inualeſcebant, dicentes. S Commouit populum, docēs per vniuerſam Iudęam, incipiens à Galilęa vſque huc. C Pilatus aūt audiens Galilęam, interrogauit ſi homo Galilęus eſſet. Et vt cognouit, quod de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eū ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autē viſo Ieſu, gauiſus eſt valde. Erat enī cupiens ex multo tempore videre illū, eo quod audierat multa de illo: & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autē illum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabant autę principes ſacerdotum & ſcribę cōſtanter accuſantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatū. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nā antea inimici erant adinuicem. Pilatus autem cōuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos. S Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullā cauſam inuenio in homine iſto, ex his, in quibus eū accuſatis. Sed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittā. C Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum, vnū. Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens. S Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. C Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate, & homicidiū, miſſus in carcerē. Iterū aūt Pilatus locutꝰ eſt ad illos, vo-

lens dimittere Ieſum. At illi ſuccla-
mabant, dicentes. S Crucifige, cru-
cifige eum. C Ille autem tertio dixit
ad illos. S Quid enĩ mali fecit iſte?
Nullam cãm mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illum, & dimittã.
C At illi inſtabant vocibus magnis
poſtulantes vt crucifigeretur: & in-
ualeſcebant voces eorũ. Et Pilatus
adiudicauit fieri petitionem eorũ.
Dimiſit autem illis eũ qui propter
homicidium & ſeditionem miſſus
fuerat in carcerem, quem petebãt:
Ieſum vero tradidit voluntati eorũ.
Et cum ducerent eum, apprehende
runt Simonem quendam Cyrenen
ſem, venientẽ de villa: & impoſue-
rũt illi crucem portare poſt Ieſum.
Sequebatur autẽ illũ multa turba
populi & mulierum: quæ plange-
bant & lamentabantur eum. Con-
uerſus autẽ Ieſus ad illas, dixit. ✠
Filię Ieruſalẽ, nolite flere ſuper me:
ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper fi-
lios veſtros. Quoniam ecce venient
dies, in quibus dicẽt. Beatæ ſteriles,
& ventres, qui non genuerunt, &
vbera, quæ non lactauerunt. Tunc
incipient dicere mõtibus, cadite ſu
per nos: & collibus, operite nos.
Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt:
in arido quid fiet? C Ducebãtur au
tẽ & alij duo nequã cũ eo, vt inter-
ficerentur. Et poſtquã venerunt in
locũ, qui vocatur Caluarię, ibi cru-
cifixerũt eũ: & latrones, vnũ à dex-
tris, & alterũ à ſiniſtris. Ieſus aũt di-
cebat. ✠ Pater, dimitte illis: non
enim ſciunt quid faciunt. C Diui-
dentes vero veſtimẽta eius, miſerũt
ſortes. Et ſtabat populus, ſpectãs, &
deridebant eũ principes cũ eis, dicẽ
tes. S Alios ſaluos fecit: ſe ſaluũ fa-
ciat, ſi hic eſt Chriſtus dei electus. C
Illudebant aũt ei & milites accedẽ-
tes, & acetum offerentes illi, & dicẽ
tes. S Si tu es rex Iudæorum, ſaluũ
te fac. C Erat autẽ, & ſuperſcriptio
ſcripta ſuper eum literis Græcis, &
Latinis, & Hebraicis: Hic eſt rex Iu
dæorum. Vnus autẽ de his, qui pẽ-
debant latronibus, blaſphemabat
eũ, dicens. S Si tu es Chriſtus, ſaluũ
fac temetipſum, & nos. C Reſpon-
dẽs autẽ alter increpabat eũ, dicẽs.
S Neq; tu times deũ, qui in eadem
damnatione es? Et nos quidẽ iuſte,
nã digna factis recipimus, hic vero
nihil mali geſſit. C Et dicebat ad Ie
ſum. S Dñe, memẽto mei, cũ vene-
ris in regnũ tuum. C Et dixit illi Ie-
ſus. ✠ Amen dico tibi: hodie me-
cum eris in paradiſo. C Erat autẽ
fere hora ſexta: & tenebrę factę ſunt
in vniuerſam terram, vſq; in horã
nonam. Et obſcuratus eſt Sol, & ve
lum tẽpli ſciſſum eſt mediũ. Et cla-
mans Ieſus voce magna, ait. ✠ Pa-
ter, in manus tuas commendo ſpi-
ritum meum. C Et hæc dicens, ex-
pirauit. ✠ ✠ ✠ Videns autem Hic pau- ſatu aliq̃ ſulũ & ge nufl ctit.
Centurio, quod factum fuerat, glo-
rificauit deum, dicens. S Vere hic
homo iuſtus erat. C Et omnis tur-
ba eorum, qui ſimul aderant ad
ſpectaculum iſtud, & videbant quę
fiebant: percutientes pectora ſua,
reuertebãtur. Stabant aũt oẽs noti
eius à longe, & mulieres, quæ ſecu-
tæ erant eũ à Galilæa, hæc videntes.

¶ Hic legitur in tono euangelij: & alia fiunt, vt ſupra.

Et ecce vir, nomine Ioſeph, qui
erat decurio: vir bonus & iu-

ſtus:

ſtus: hic nō cōſenſerat cōſilio & a-
ctibus eorū: ab Arimathia ciuitate
Iudęę: qui expectabat & ipſe re-
gnum dei. Hic acceſſit ad Pilatum,
& petiit corpus Ieſu. Et depoſitū in
uoluit ſindone, & poſuit eū in mo-
numēto exciſo, in quo nondū quiſ
quam poſitus fuerat. Offertorium.
Pſal. 101. Domine exaudi orationē meā, &
clamor meus ad te perueniat: ne
auertas faciem tuam à me. Secreta.
SVſcipe, quæſumus domine, mu
nus oblatum, & dignanter ope-
rare: vt quod paſſionis filij tui do-
mini noſtri myſterio gerimus, piis
affectibus conſequamur. Per eun-
dem dominum noſtrū Ieſum Chri
ſtum filium tuum. Qui te. Deinde
Pſal. 101. Protege. vel Oblatis. folio 147.
Communio. Potum meum cum
fletu temperabam: quia eleuans al
liſiſti me: & ego ſicut fœnum arui,
tu autem domine in æternum per-
manes: tu exurgens miſereberis
Sion, quia venit tempus miſeren-
di eius. Poſtcommunio.
LArgire ſenſibus noſtris omni-
potens deus: vt per temporalē
filij tui mortem, quam myſteria
venerēda teſtantur, vitā te nobis de
diſſe perpetuam confidamus. Per
eundem dominum noſtrū Ieſum.
Deinde Quæſumus domine. vel
Hæc nos. folio 147. Super popu-
lum. Oremus. Humiliate capita
veſtra deo. Oratio.
REſpice, quæſumus domine, ſu
per hanc familiam tuam: pro
qua dominus noſter Ieſus Chriſtus
non dubitauit manibus tradi no-
centum, & Crucis ſubire tormen-
tum. Qui tecum viuit & regnat.

¶ Feria quinta in Cęna domini. Sta
tio ad ſanctum Ioannem in La-
terano. Introitus.
NOs autē gloriari opor- Gal. 6.
tet in Cruce domini
noſtri Ieſu Chriſti: in
quo eſt ſalus, vita, & re
ſurrectio noſtra: per
quē ſaluati, & liberati ſumus. Pſal.
Deus miſereatur noſtri, & benedi- Pſal. 66.
cat nobis: illuminet vultum ſuum
ſuper nos, & miſereatur noſtri.
Nos autem gloriari. dicitur Glo-
ria in excelſis. Et tunc pulſantur cā
panę, & deinceps non amplius vſq;
ad Sabbatum ſanctum. Oratio.
DEus, à quo & Iudas proditor
reatus ſui pœnam, & confeſ-
ſionis ſuæ latro præmium ſumpſit:
concede nobis tuæ propitiationis
effectū: vt ſicut in paſſione ſua Ie-
ſus Chriſtus dominꝰ noſter diuerſa
vtriſq; intulit ſtipēdia meritorum:
ita nobis, ablato vetuſtatis errore,
reſurrectionis ſuæ gratiā largiatur.
Qui tecum viuit & regnat in vni.
Et hæc oratio tantum dicitur.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Corinthios.
FRatres: Conuenientibus vobis 1.c.11
in vnum, iam non eſt domini-
cam cœnam manducare. Vnuſ-
quiſque enim cœnam ſuam præ-
ſumit ad manducandum. Et alius
quidem eſurit: alius autem ebrius
eſt. Nunquid domos non habetis
ad manducandum & bibendum?
Aut eccleſiam dei contemnitis: &
confunditis eos qui non habent?
Quid dicam vobis? Laudo vos.
In hoc non laudo. Ego enim acce-
pi à domino, quod & tradidi vobis:

quoniã dñs Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agẽs, fregit, & dixit. Accipite, & mãducate: hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, poſtquam cęnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotieſcunq; bibitis, in meã cõmemorationẽ. Quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc, & calicẽ bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Itaq; quicunque manducauerit panem, & biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis dñi. Probet autẽ ſeipſum homo: & ſic, de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enĩ manducat & bibit indigne: iudiciũ ſibi mãducat & bibit, nõ diiudicãs corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiũt multi. Quod ſi noſmetipſos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autẽ à dño corripimur, vt non cũ hoc mundo damnemur.

Grad. Chriſtus factꝰ eſt pro nobis
Phil. 2. obediens vſque ad mortem, mortẽ autem crucis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illũ: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Seq. S. euãgelij ſecundũ Ioannem.



Io. 13. ANte diem feſtũ paſchę, ſciens Ieſus, qa venit hora eiꝰ vt trãſeat ex hoc mũdo ad patrem: cũ dilexiſſet ſuos, qui erant in mũdo, in finẽ dilexit eos. Et cęna facta, cũ diabolus iã miſiſſet in cor, vt traderet cũ Iudas Simonis Iſcariotes: ſciens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deũ vadit: ſurgit à cęna, & ponit veſtimẽta ſua. Et cũ accepiſſet linteũ, pręcinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim: & cępit lauare pedes diſcipuloꝝ, & extergere linteo, quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrũ. Et dicit ei Petrus. Dñe, tu mihi lauas pedes? Rñdit Ieſus, & dixit ei. Quod ego facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternũ. Reſpondit ei Ieſus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis, ſed nõ omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet, qui traderet eũ: propterea dixit, non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua. Et cũ recubuiſſet iterum, dicit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, dominus & magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dicitur Credo. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam: & narrabo opera domini. Secreta.

IPſe tibi, quæſumus, domine ſancte, pater omnipotens, æternæ

dcus

deus, ſacrificium noſtrū reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemoratione hoc fieri hodierna traditione mōſtrauit, Ieſus Chriſtus filius tuus, dominꝰ noſter. Qui tecum viuit & regnat.

Præfatio de Cruce. Infra actio.

COmmunicātes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo dn̄s noſter Ieſus Chriſtus pro nobis eſt traditus, ſed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemperq́; virginis Mariæ, genitricis eiuſdē Dei, & Dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti. Sed & beatorū apoſtolorū ac martyrū tuorum, Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioānis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthęi, Simonis, & Thadęi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelij, Cypriani, Laurētij, Chryſogoni, Ioannis, & Pauli, Coſmę, & Damiani, & omnium ſanctorum tuorum: quorū meritis, precibuſque concedas: vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Alia infra actionem.

HAnc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus ob diē, qua dominus noſter Ieſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis & ſanguinis ſui myſteria celebrāda: quæſumus domine, vt placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna dānatione nos eripi: & in electorum tuorū iubeas grege numerari. Per eundem Chriſtum dominum no.

QVam oblationem tu deus in omnibus, quæſumus: Benedictam ✠ Aſcriptam ✠ Ratā ✠ Rationabilē, acceptabilemq́; facere digneris: vt nobis Corpꝰ ✠ & ſanguis ✠ fiat dilectiſſimi filij tui dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Alia infra actionem.

QVi pridie quā pro noſtra omniumq́; ſalute pateretur, hoc eſt, hodie: accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: & eleuatis oculis in cælū ad te &c. dicitur Agnus dei. ſed pax non datur.

¶ Hodie reſeruat ſacerdos in loco honeſto & conuenienti vnā hoſtiā cōſecratā ꝓ die ſequēti, in quo nō cōficitur: vel etiam plures, ſi neceſſe fuerit, pro infirmis: ſanguinē vero totū ſumit. Deinde fiat cōmunio, & poſtea completur miſſa. Cōio.

Dn̄s Ieſus poſtquam cænauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorū, & ait illis: ſcitis qd fecerim vobis ego dn̄s & magiſter? exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Poſtcōio. Ioā. 13.

REfecti vitalibus alimentis, quæ ſumus domine deus noſter: vt quod tempore, noſtræ mortalitatis cultu exequimur, tuæ immortalitatis munere conſequamur. Per dominum. Et dicitur Ite miſſa eſt.

¶ Finita miſſa, accenduntur intorticia, & fit proceſſio more ſolito. Celebrans genuflectit ante altare, imponit incenſum in duobus thuribulis, & cum altero incenſat ter ſacramentū: deinde de manu diaconi accepto calice cū ſacramento, & cooperto extremitatibus veli quo tegūtur humeri, ꝓcedit medius inter diaconum à dextris & ſubdiaconū à ſiniſtris ſub baldachino, duobus acoluthis ſacramentū cōtinue incēſantibus vſq; ad locum præparatū, vbi pro craſtino ſeruandū eſt.

Interea, dum fit proceſſio, cantatur hymnus. Pāge lingua glorioſi. Repoſito ſacramento, & rurſus incēnſato, in choro dicantur veſperæ: poſtea ſacerdos cum miniſtris denudet altaria legendo antiphonam. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Cum toto pſalmo. Deus Deus meus reſpice in me. &c.
Pſal. 21.

¶ Poſt denudationem altarium hora competenti, facto ſigno cum tabula conueniunt Clerici ad faciendum mandatū. Superior abluit pedes inferiorib⁹: tergit, & oſculatur. Et interim hæc ſubſcripta cantantur, vel omnia, vel in parte pro diſpoſitione cantorum. Antiphona. Mandatum nouū do. vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, dicit
Pſal. 118. dn̄s. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dn̄i. Et repetitur immediatè an̄a. Mandatum nouum. Et ſic aliæ antiphonæ, quæ habent pſalmos, vel verſus repetūtur. Et de quolibet pſalmo non dicitur niſi vnus ℣. An̄a. Poſtquam ſurrexit dominus à cœna, miſit aquā in peluim & cœpit lauare pedes Diſcipulorum ſuorū: hoc exemplū reli-
Pſal. quit eis. Pſal. Magnus dominus: &
47. laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Antipho
Ioan. na. Dominus Ieſus poſtquam cœna
13. uit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, & ait illis: ſcitis quid fecerim vobis ego dominus & magiſter? Exemplū dedi vobis: vt & vos
Pſal. ita faciatis. Pſalmus. Benedixiſti do
84. mine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. Antiphona. Domine tu mihi lauas pedes? reſpondit Ieſus, & dixit ei: ſi nō lauero tibi pedes, nō habebis partē mecū. ℣. Venit ergo ad Simonē Petrum, & dixit ei Petrus. Et repetitur an̄a. Dn̄e, tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: ſi non lauero tibi pedes, non habebis partem mecū. ℣. Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autē poſtea. Tertio repetitur an̄a. Dn̄e tu mihi lauas pedes? reſpōdit Ieſus, & dixit ei: ſi nō lauero tibi pedes, nō habebis partē mecū. ℣. Si ego dn̄s, & magiſter veſter laui vobis pedes, quanto magis debetis alter alterius lauare pedes? Pſal.
Audite hęc omnes gentes: auribus Pſal.
percipite qui habitatis orbē. An̄a. 84.
In hoc cognoſcent oēs, quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionē habueritis adinuicē. ℣. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. An̄a. Maneāt in vobis fides, ſpes, caritas, tria hæc: maior autem horū eſt caritas. ℣. Nunc aūt manent, fides, ſpes, caritas, tria hęc: maior autē horū eſt caritas. An̄a. Benedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas: cōfitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuā. ℣. Benedicamus patrem, & filium,
cum ſancto ſpiritu. Pſal. Quam di- Pſal
lecta tabernacula tua domine virtu 83.
tum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini. Antiph. Vbi caritas & amor, deus ibi eſt. ℣. Cōgregauit nos in vnū Chriſti amor. ℣. Exultemus, & in ipſo iucundemur. ℣. Timeamus, & amemus deum viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos ſyncero. Et repetitur antiphona. Vbi caritas & amor, deus ibi eſt. ℣. Simul ergo cum ī vnum congregamur. ℣. Ne nos mente di-

uidamur, caueamus. ℣. Ceſſent iur
gia maligna, ceſſent lites. Et in me-
dio nři ſit Chrs Deus. Et repetit añ.
Vbi caritas & amor, deus ibi eſt, ℣.
Simul quoq; cũ btis videamus. ℣.
Gloriãter vultũ tuũ Chře Deus. ℣.
Gaudium, quod eſt ĩmenſum, atq;
probum. ℣. Secula per infinita ſæ-
culorum. Amen. Poſt lotionē, qui
alijs abluit pedes, capite detecto di-
cit. Pater nř. ℣. Et ne nos. ℟. Sed li
bera. ℣. Tu mandaſti mandata tua
dñe. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣. Tu la-
uaſti pedes diſcipulorum tuorũ. ℟.
Opera manuũ tuarũ, ne deſpicias.
℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo
biſcũ. ℟. Et cũ ſpi. Oremus. Orõ.

ADeſto dñe, qs, officio ſeruitutis
nřæ: & quia tu diſcipulis tuis
pedes lauare dignatus es, ne deſpi-
cias opera manuum tuarũ, quæ no
bis retinenda mandaſti: vt ſicut hic
nobis, & à nobis exteriora abluunt
inquinamenta: ſic à te oĩum nřm
interiora lauentur peccata: Qđ ipſe
præſtare digneris, qui viuis. ℟. Am̃.

¶ Feria ſexta in Paraſceue. Statio ad
ſanctam Crucem in Ieruſalem.

FInita nona, ſacerdos, &
miniſtri induti veſtimen
tis nigri coloris, proce-
dũt ſine luminaribus, &
incenſo: & ante altare ꝓ-
ſtrati aliquandiu orant. Interim a-
coluthi vnam tm̃ tobaleam exten-
dunt ſuper altare. Sacerdos cũ mini
ſtris facta orõne accedit ad altare:
deinde ſubdiaconus ꝓcedit ad legē
dũ, & ſine titulo incipit propheciã.

6 HAec dicit dñs. In tribulatione
ſua mane conſurgent ad me.
Venite, reuertamur ad dñm: quia
ipſe cępit, & ſanabit nos: percutiet,
& curabit nos. Viuificabit nos poſt
duos dies, & in die tertio ſuſcitabit
nos, & viuemus in conſpectu eius.
Sciemus, ſequemurq; vt cognoſca-
mus dñm. Quaſi diluculum præpa
ratus eſt egreſſus eius: & veniet qua-
ſi imber nobis tēporaneus & ſeroti
nus terræ. Quid faciam tibi Ephra-
im? Quid faciam tibi Iuda? Miſeri-
cordia veſtra quaſi nubes matuti-
na: & quaſi ros mane pertranſiens.
Propter hoc dolaui in prophetis, &
occidi eos in verbis oris mei. Et iu-
dicia tua, quaſi lux, egredientur.
Quia miſericordiam volui, & non
ſacrificium: & ſcientiam Dei, pluſ-
quã holocauſta. Trac. Domine, au Ab. 3
diui auditũ tuum, & timui: conſi-
deraui opera tua, & expaui. ℣. In
medio duorũ aĩalium innoteſces:
dum appropinquauerint anni, co-
gnoſceris: dum aduenerit tēpus, o-
ſtenderis. ℣. In eo, dum conturba-
ta fuerit aĩa mea: in ira, miſericor-
diæ memor eris. ℣. Deus à Libano
veniet, & ſanctus de monte vmbro
ſo, & condenſo. ℣. Operuit cœlos
maieſtas eius, & laudis eius plena
eſt terra. Finito tractu ſacerdos di-
cit. Oremus. Diacon'. Flectamus
genua. & ſubdiacon' Leuate. Orõ.

DEus, à quo & Iudas proditor
reatus ſui pœnam, & confeſ-
ſionis ſuæ latro pręmium ſumpſit,
concede nobis tuæ propitiationis
effectum: vt ſicut in paſſione ſua
Ieſus Chriſtus dominus noſter di-
uerſa vtriſque intulit ſtipendia me-
ritorum: ita nobis, ablato vetuſtatis
errore, reſurrectionis ſuæ gratiam
largiatur, Qui tecum viuit & reg.

Finita oratione legit prophetia ij. etiam ſine titulo.

Exo. IN diebus illis. Dixit dominus ad
12. Moyſen & Aaron in terra Aegy-
pti. Menſis iſte, vobis principium
menſiū: primus erit in mēſibus an-
ni. Loquimini ad vniuerſū cætū fi-
liorū Iſrael, & dicite ei. Decima die
mēſis hui⁹ tollat vnuſquiſq; agnū
per familias, & domos ſuas. Sin au
tem minor eſt numerus, vt ſuffice-
re poſſit ad veſcēdū agnū aſſumat
vicinū ſuū, q iūctus eſt domui ſuę:
iuxta numerū aīarum quæ ſuffice-
re pñt ad eſum agni. Erit aūt agn⁹
abſq; macula, maſculus anniculus,
iuxta querītū tolletis & hędū. Et ſer
uabitis eū vſq; ad quartādecimam
diē menſis huius. Immolabitq; eū
vniuerſa multitudo filiorum Iſrael
ad veſperā. Et ſumēt de ſanguine e-
ius: ac ponēt ſuper vtrunq; poſtē, &
in ſupliminarib⁹ domorū, in qui-
bus comedēt illū. Et edēt carnes no
cte illa aſſas igni, & azymos panes
cū lactucis agreſtib⁹. Nō comedetis
ex eo crudū quid, nec coctū aqua,
ſed aſſū tm̄ igni. Caput cū pedib⁹
eius & ītestinis vorabitis: & os eius
nō cōfringetis: nec remanebit ex eo
quicquā vſq; mane. Siquid reſiduū
fuerit, igni cōburetis. Sic aūt come
detis illū. Renes veſtros accingetis:
& calceamēta habebitis in pedib⁹:
tenentes baculos in manibus: & co
medetis feſtinanter. Eſt enim phaſe
Pſal. (ideſt trāſitus) dñi. Trac. E ripe me
139. dñe ab hoīe malo: à viro iniquo li
bera me. ℣. Qui cogitauerūt mali
tias in corde, tota die cōſtituebant
p̄lia ℣ Acuerūt linguas ſuas ſicut
ſerpentes: venenū aſpidū ſub la-
bijs eorū. ℣. Cuſtodi me domine
de manu pcōris: & ab hominib⁹ ini-
quis libera me. ℣. Qui cogitauerūt
ſupplātare greſſus meos: abſconde-
runt ſuperbi laqueū mihi. ℣. Et fu
nes extenderunt in laqueū pedibus
meis, iuxta iter ſcādalū poſuerunt
mihi. ℣. Dixi dño: deus me⁹ es tu:
exaudi domine vocē orōnis meę.
℣ Dñe virtus ſalutis meæ: obūbra
caput meum in die belli. ℣. Ne tra
das me à deſiderio meo peccatori:
cogitauerūt aduerſū me, ne derelin
quas me: ne vnquā exaltent. ℣. Ca-
put circuitus eorū: labor labiorū
ipſorū operiet eos. ℣. Veruntamē
iuſti confitebuntur nomini tuo, &
habitabunt recti cum vultu tuo.

Finito tractu, Paſſio ſuper nudum pulpitum dicitur: Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti ſm̄ Ioannem.

IN illo tempore. Egreſſus eſt Ie- c.18.
ſus cum Diſcipulis ſuis trās tor-
rentē Cedrō, vbi erat hortus, in
quē introiuit ipſe & diſcipuli e-
ius. Sciebat aūt & Iudas qui trade-
bat eū, locū: quia frequenter Ieſus
cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuis.
Iudas ergo cū accepiſſet cohortē,
& à pontificibus & phariſæis mini
ſtros: venit illuc cū lanternis, & faci
b⁹, & armis. Ieſus aūt ſciēs oīa, q̄ vē-
tura erāt ſuper eū, proceſſit, & dixit
eis. ✠ Quē queritis? C Reſpōderūt
ei. S Ieſum Nazarenum. C Dixit ei
Ieſus. ✠ Ego ſum. C Stabat aūt Iu-
das, qui tradebat eum, cū ipſis. Vt
ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt re
trorſum, & ceciderunt in terrā. Ite-
rum ergo eos interrogauit. ✠ Quē
quæritis? C Illi autem dixerunt.
S Ieſum Nazarenum. C Reſpōdit

Ieſus. ✠ Dixi vobis,quia ego sū. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. ℭ Vt impleretur ſermo quē dixit: quia quos dediſti mihi,nō ꝑdidi ex eis quēquā. Simon ergo Petrus habens gladium,eduxit eū: & ꝑcuſſit pōtificis ſeruum,& abſcidit auriculam eius dexterā. Erat aūt nomen ſeruo Malchus.Dixit ergo Ieſus Petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit mihi pater,nō vis vt bibam illum? ℭ Cohors ergo, & tribunus, & miniſtri Iudæorum cōprehēderunt Ieſum, & ligauerunt eū, & adduxerunt eū ad Annā primum.Erat enim ſocer Caiphę, qui erat pōtifex anni illi᷒. Erat aūt Caiphas, qui cōſilium dederat Iudęis: quia expedit vnū hominē mori ꝓ populo. Sequebatur autem Ieſum Simō Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus aūt ille, erat notus pōtifici: & introiuit eū Ieſu in atrium pontificis.Petrus aūt ſtabat ad hoſtiū foris. Exiuit ergo Diſcipulus ille qui erat notus pōtifici: & dixit oſtiariæ: & introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. S Nūquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? ℭ Dicit ille. S Non ſum. ℭ Stabāt aūt ſerui & miniſtri ad prunas,quia frigus erat: & calefaciebāt ſe. Erat aūt cum eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis,& de doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus. ✠ Ego palā locutus sū mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga,& in tēplo,quo oēs Iudæi cōueniunt:& in occulto locutus ſum nihil.Quid me interrogas? Interroga eos,qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ecce,hi ſciunt q̄ dixerim ego. ℭ Hæc aūt cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapā Ieſu, dicēs. S Sic reſpōdes pōtifici? ℭ Reſpondit ei Ieſus, ✠ Si male locutus ſum, teſtimoniū perhibe de malo:ſi autē bene, quid me cędis? ℭ Et miſit eum Annas ligatum ad Caiphā pontificē.Erat autē Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. S Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? ℭ Negauit ille,& dixit. S Non ſum. ℭ Dicit ei vnus ex ſeruis pōtificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculā. S Nō ego te vidi in horto cū illo? ℭ Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim gall᷒ cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prętorium. Erat aūt manę. Et ipſi nō introierunt in prætoriū,vt non contaminarētur: ſed vt manducarēt paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit. S Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? ℭ Reſpōderunt, & dixerunt ei, S Si nō eſſet hic malefactor,nō tibi tradidiſſemus eū. ℭ Dixit ergo eis Pilatus, S Accipite eum vos, & ſm̄ legem veſtram iudicate eū. ℭ Dixerunt ergo ei Iudęi, S Nobis non licet interficere quēquam. ℭ Vt ſermo Ieſu impleretur,quem dixit:ſignificās qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus ꝑtorium, & vocauit Ieſum, & dixit ei, S Tu es rex Iudęorum? ℭ Reſpondit Ieſus. ✠ A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? ℭ Reſpondit Pilatus, S Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? ℭ Reſpondit Ie-

ſus. ✠ Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnũ meum, miniſtri mei vtique decertarent: vt non traderer Iudęis. Nunc autẽ regnum meum non eſt hinc. C. Dixit itaque ei Pilatus. S. Ergo rex es tu? C. Reſpondit Ieſus. ✠ Tu dicis quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. C. Dicit ei Pilatus. S. Quid eſt veritas? C. Et cum hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad Iudęos, & dicit eis. S. Ego nullam inuenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? C. Clamauerunt rurſum omnes dicentes. S. Non hunc, ſed Barrabam. C. Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant. S. Aue rex Iudęorum. C. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis. S. Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoſcatis, quia in eo nullam cauſam inuenio. C. Exiuit ergo Ieſus portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis. S. Ecce homo. C. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabant dicentes. S. Crucifige, crucifige eũ. C. Dicit eis Pilatus. S. Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſam. C. Reſponderunt ei Iudæi. S. Nos legem habemus: & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. C. Cũ ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonẽ, magis timuit. Et ĩgreſſus eſt prętoriũ iterũ: & dicit ad Ieſum. S. Vnde es tu? C. Ieſus aũt reſponſum nõ dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S. Mihi non loqueris? Neſcis, quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatẽ habeo dimittere te? C. Reſpõdit Ieſus. ✠ Non haberes poteſtatẽ aduerſum me vllã, niſi tibi datũ eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. C. Et exinde quęrebat Pilatus dimittere eũ. Iudęi aũt clamabant, dicentes. S. Si hunc dimittis, nõ es amic⁹ Cæſaris. Omnis enim qui ſe regẽ facit, contradicit Cæſari. C. Pilatus autẽ cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, hebraice aũt Gabbatha. Erat autem paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta. Et dicit Iudæis. S. Ecce rex veſter. C. Illi autem clamabant. S. Tolle, tolle, crucifige eum. C. Dicit eis Pilatus. S. Regem veſtrum crucifigam? C. Reſponderunt pontifices. S. Non habemus regem, niſi Cæſarem. C. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum: hebraice autem Golgotha: vbi eum crucifixerunt: & cum eo alios duos hinc & hinc, mediũ autem Ieſum. Scripſit autem & titulũ Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazare

nus

nus Rex Iudęorũ. Hunc ergo titulũ multi legerunt Iudæorũ: quia prope ciuitatẽ erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hebraice, Gręce, & Latine. Dicebant ergo Pilato põtifices Iudæorum. S Noli ſcribere Rex Iudæorũ: ſed quia ipſe dixit: Rex ſũ Iudæorũ. C Reſpondit Pilatus. S Quod ſcripſi, ſcripſi. C Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partem, & tunicam. Erat aũt tunica incõſutilis, deſuper cõtexta p totũ. Dixerunt ergo ad inuicem. S Non ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. C Vt ſcriptura impleretur, dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtẽ meam miſerunt ſortem. Et milites quidẽ hæc fecerunt. Stabant aũt iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulũ ſtantẽ quem diligebat, dicit matri ſuæ. ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit diſcipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuã. Poſtea ſciens Ieſus quia iam omnia conſummata ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura, dixit. ✠ Sitio. C Vas ergo poſitũ erat aceto plenũ. Illi aũt ſpongiam plenã aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit. ✠ Conſummatum eſt. C Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. ✠✠ ✠. Iudęi ergo, quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato, (erat enim magnꝰ dies ille ſabbati)


Hic pauſat aliquãtulũ.

rogauerunt Pilatũ, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cũ eo. Ad Ieſum aũt cũ veniſſent, vt viderunt eum iã mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Hic legitur in tono euangelij ſine benedictione, incenſo, & luminaribus.

POſt hęc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathia, (eo quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autẽ propter metum Iudęorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens miſturam mirrhæ, & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu: & ligauerũt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuem Iudęorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

Deinde ſacerdos ſtans in cornu Epiſtolæ, incipit abſolutè.



Orõ cãtatur in tono feriali orõnũ Miſſę. Hic modus ſeruat̃ in ſubſeq.

O Mnipotens ſempiterne deus: qui gloriã tuã oĩbus in Chriſto gẽtibus reuelaſti, cuſtodi opera miſericordię tuę: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fide in cõfeſſione tui nominis pſeueret. Per eũ.

O Remus, & pro beatiſſimo Papa noſtro N. vt Deus & dñs noſter, qui elegit eũ in ordine Epiſcopat⁹, ſaluũ atq; incolumẽ cuſto

diat

diat eccleſię ſuę ſãctę, ad regẽdũ populum ſanctum Dei. Oremus. Flectamus genua. ℟ Leuate.

OMps ſempiterne de⁹, cui⁹ iudicio vniuerſa fundãtur: reſpice ꝓpiti⁹ ad ꝓces noſtras: & electũ nobis antiſtitẽ tua pietate conſerua: vt Chriſtiana plebs, q̃ tali gubernať auctore, ſub tanto põtifice, crudelitatis ſuę meritis augeatur. Per do.

ORemus, & pro oĩbus epiſcopis, præsbiteris, diaconib⁹, ſub diaconib⁹, acoluthis, exorciſtis, lectorib⁹, oſtiarijs, cõfeſſorib⁹, virginibus, viduis: & pro oĩ populo ſãcto Dei. Oremus. Flecta. ℟ Leuate.

OMnipotẽs ſempiterne de⁹, cui⁹ ſpiritũ totum corpus eccleſiæ ſanctificatur, & regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuæ munere ab oĩbus tibi gradib⁹ fideliter ſeruiať. Per do.

ORem⁹ & pro Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro N. vt deus & dñs noſter ſubditas illi faciat oẽs barbaras nationes, ad noſtrã ꝑpetuã pacẽ. Orem⁹. Flecta. ℟ Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omniũ iura regnorũ: reſpice ad romanũ benignus imperiũ: vt gentes, quæ in ſua feritate cõfidunt, potentię tuæ dextera cõprimantur. Per do. ℟ Amen.

ORemus & pro cathecumenis noſtris: vt deus & dñs noſter adaperiat aures præcordiorũ ipſorũ, ianuamq; miſericordię: vt ꝑ lauacrũ regeneratiõis, accepta remiſſione omniũ peccatorũ, & ipſi ĩueniãtur in Chriſto Ieſu dño noſtro. Oremus. Flectam⁹ ge. ℟ Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus: qui eccleſiã tuã noua ſemper prole fœcũdas: auge fidẽ & intellectũ catechumenis noſtris, vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tuæ filijs aggregenť. Per do. ℟ Amen.

ORem⁹ dilectiſſimi nobis, deũ patrẽ oĩpotentem, vt cunctis mundũ purget erroribus: morbos auferat: famẽ depellat: aperiat carceres: vincula diſſoluat: peregrinãtibus reditũ; infirmãtibus ſanitatẽ, nauigãtibus portũ ſalutis ĩdulgeat. Oremus. Flectamus. ℟ Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus: mœſtorum conſolatio, laborãtiũ fortitudo: perueniant ad te preces de quacũq; tribulatione clamãtiũ: vt oẽs ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiã tuã gaudeant affuiſſe. Per dominum noſt. ℟ Amen.

ORemus & pro hæreticis, & ſchiſmaticis: vt deus & dñs noſter eruat eos ab erroñb⁹ vniuerſis: & ad ſãctã matrẽ eccleſiã catholicã atq; apoſtolicã reuocare dignetur. Oremus. Flecta. ℟ Leuate.

OMnipotẽs ſempiterne de⁹, qui ſaluas oẽs, & neminẽ vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt oĩ hęretica prauitate depoſita, errãtium corda reſipiſcant, & ad veritatis tuæ redeanť vnitatem. Per dom. ℟ Amen.

ORemus & pro perfidis Iudæis: vt Deus & dñs noſter auferat velamẽ de cordibus eorũ: vt & ipſi agnoſcãt Ieſũ Chriſtũ dñm noſtrũ. Non reſpõdetur Amen. nec diciť. Flectamus gen. ſed ſtatim dicitur.

OMnipotẽs ſempiterne de⁹, qui etiam Iudaicam perfidiam à

tua mĩa nõ repellis:exaudi p̃ces noſtras, quas ꝓ illiꝰ ppl̃i obcęcatione deſerimꝰ: vt agnita veritatis tuę luce, quæ Chriſtus eſt,a ſuis tenebris eruantur. Per eun. ℞. Amen.

OREmꝰ & ꝓ paganis:vt Deꝰ oĩpotẽs auferat iniqtatẽ a cordibꝰ eorũ:vt relictis idolis ſuis,cõuertant̃ ad Deũ viuũ & verũ: & vnicũ filiũ eiꝰ Ieſũ Chr̃m Deum & dñm noſtrũ:cũ quo viuit & reg. Nõ reſpondetur Amen. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotẽs ſẽpiterne deꝰ, q nõ mortẽ pcõꝝ, ſed vitã ſẽper ĩqris: ſuſcipe ꝓpitiꝰ orõnẽ noſtrã: & libera eos ab idolorũ cultura: & aggrega Eccleſiæ tuę ſãctę,ad laudẽ & gl̃iam nminis tui. Per d. ℟. Amen.

¶ Cõpletis orõnibꝰ ſacerdos depoſita caſula, ꝓcedit ad cornu ep̃læ, & ibi ĩ poſteriori parte angulari altaris accipit crucẽ à miniſtris ſibi p̃paratã,quã verſa facie ad chorũ,à ſũmitate parũ diſcoopit,incipiẽs ſolꝰ añã. **Ecce lignũ crucis,** Ab illo loco in antea iuuat̃ ĩ cãtu a miniſtris vſque ad **Venite ador.** Choro verò cantante. **Venite ador.** oẽs ſe ꝓſternũt. Deinde procedit ad anteriorẽ partẽ anguli eiuſdem cornu epiſtolæ:& diſcooperiens amplius crucẽ, eleuans eã pauliſp altius, quam primo,incipit. **Ecce lignũ crucis,** alijs cantãtibus & adorãtibus, vt ſupra. Deinde ſacerdos ꝓcedit ad mediũ altaris: & diſcooperiẽs crucẽ totaliter, ac eleuando eã tertio, altius incipit. **Ecce lignum crucis:** alijs cantantibus, & adorantibus, vt ſuprà. Poſtea ſacerdos deponit crucẽ in loco ad hoc præparato ante altare.



Deinde deponit calceamẽta: & accedit ad adorandũ crucẽ,ter genua flectens ante deoſculationẽ crucis. Hoc facto,reuertit̃,& accipit calciamẽta & caſulã. Poſtmodũ miniſtri altaris,deinde alij ter genibꝰ flexis,vt dictũ eſt, crucẽ adorãt. Interim dũ fit adorõ,cãtant̃ ĩproperia,& alia q̃ ſequũtur totaliter,vel in parte, ꝓut multitudo adorãtiũ vel paucitas requirit,hoc modo. Duo cãtores cãtãt ĩ medio chori. ℣. **Popule meꝰ.** vſq; ad **Agios otheos.** ℣. **Popule meꝰ qd feci tibi? aut in quo cõtriſtaui te?**

rñde

rñde mihi. ℣. Quia eduxi te de terra Aegypti: paraſti crucē ſaluatori tuo. Vn⁹ chor⁹ cātat. Agios otheos Ali⁹ chor⁹ reſpōdet. Sanctus deus. Primus chorus. Agios iſchyros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chorus. Agios Atanatos eleisō imas. Secundus chorus. Sanctus & immortalis miſerere nobis. Poſtea duo de ſecundo choro cantant ℣.

Quia eduxi te per deſertū quadraginta annis:& manna cibaui te, & introduxi te in terrā ſatis optimā. Chori rñdent alternatim. Agios otheos.&c. Sanctus deus.&c. Ita tn̄ quod primus chorus ſemper repetit Agios. Deinde duo de primo choro cātant ℣. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidē plantaui te vineam meā ſpecioſiſſimam, & tu facta es mihi nimis amara: aceto nanq; ſitim meā potaſti; & lancea perforaſti latus Saluatori tuo. Item chori alternatim reſpondēt. Agios otheos. Sāctus,&c.

¶ Verſus ſequentis improperij à duobus cātoribus alternatim cantantur, vtroq; choro ſimul repetente poſt quemlibet ℣. Popule meus quid feci tibi? aut in quo contriſtaui te? reſponde mihi.

¶ Incipiunt improperia. Duo de ſecundo choro cantant ℣. Ego propter te flagellaui Aegyptum cum primogenitis ſuis: & tu me flagellatum tradidiſti. Chorus repetit. Popule meus. Duo de primo choro ℣. Ego eduxi te de Aegypto, demerſo Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidiſti principibus ſacerdotū. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro. ℣. Ego ante te aperui mare: & tu aperuiſti lancea latus meum Chorus. Popule me⁹. Duo de primo choro. ℣. Ego ante te preiui in colūna nubis: & tu me duxiſti ad pretorium Pilati. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro, ℣. Ego te paui manna per deſertum: & tu me cecidiſti alapis, & flagellis. Chor⁹. Popule me⁹. Duo de primo choro, ℣. Ego te potaui aqua ſalutis de petra: & tu me potaſti felle, & aceto. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro, ℣. Ego propter te Cananeorū reges percuſſi: & tu percuſſiſti arundine caput meum. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego dedi tibi ſceptrum regale: & tu dediſti capiti meo ſpineā coronam. Chorus. Popule meus. Duo de ſecundo choro, ℣. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me ſuſpendiſti in patibulo crucis. Chorus. Popule meus.

¶ Sequens antiphona. Crucem tuā adoramus. cum pſalmo. Deus miſereatur noſtri. cantatur communiter, & repetitur immediatè aña poſt, ℣. Aña. Crucem tuam adoramus domine: & ſanctam reſurrectionem tuā laudamus, & glorificamus. Ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerſo mundo. Pſalmus. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. Deinde hym. Crux fidelis. cum verſibus hymnorum ſequentium. Pange lingua. Luſtris ſex qui iam. & cum repetitionibus vt inferius ponuntur pro diſpoſitione cantorum, hymnus.

Crux fidelis, ĩter oẽs arbor vna nobilis: nulla ſylua talẽ profert fronde, flore, germine. Dulce lignũ, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Hymnus. Pãge lĩgua glorioſi ꝓliũ certaminis, & ſuper crucis tropheo dic triũphũ nobilẽ, qualiter redemptor orbis ĩmolatus vicerit. Repetitur Crux fidelis. vſq; Dulce lignũ. Et ſic quoties repetit Crux fidelis. ℣. De parẽtis protoplaſti fraude factor condolens: qñ pomi noxialis morſu in mortẽ corruit: ipſe lignũ tũc notauit, dãna ligni vt ſolueret. Repetit. Dulce lignũ. ℣. Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat, multiformis proditoris ars vt artẽ falleret: & medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat. Repetitur Crux fidelis. ℣. Qñ venit ergo ſacri plenitudo tẽporis, miſſus eſt ab arce patris, natus orbis cõditor: atq; vẽtre virginali caro factꝰ prodijt. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Vagit infans inter arcta conditus præſepia: mẽbra pãnis inuoluta virgo mater alligat, & manꝰ, pedeſq; & crura ſtricta cingit faſcia. Repetitur. Crux fidelis. Alius hymnꝰ. Luſtris ſex qui iã peractis, tempus ĩmplens corporis: ſe volẽte natus ad hoc, paſſioni deditus, agnꝰ in cruce leuatur, immolãdus ſtipite. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Hic acetũ, fel, arundo, ſputa, claui, lancea: mite corpus perforatur: ſanguis vnda profluit: terra, põtus, aſtra, mũdus, quo lauãtur flumine. Repetitur Crux fidelis. ℣. Flecte ramos arbor altã: tẽſa laxa viſcera: & rigor lenteſcat ille, quẽ dedit natiuitas: vt ſuperni mẽbra regis miti tendas ſtipite. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Gloria, & honor deo vſquequaque altiſſimo, vna patri, filioq; inclyto paraclito, cui laus eſt & poteſtas, per æterna ſæcula. Amen.

¶ Circa finẽ adorationis Crucis, accenduntur candelæ ſuper altare: & Diaconus, accipiens burſã corporaliũ, extẽdit corporale more ſolito: & finita adoratione Crucẽ reuerenter accipit, & reportat ad altare. Poſtea ordinatur ꝓceſſio ad locũ, vbi pridie Sacramẽtũ repoſitũ fuerat. Præcedit crux inter duos acoluthos deferẽtes candelabra cũ cereis accẽſis, & clerꝰ per ordinẽ, vltimꝰ Sacerdos cũ miniſtris. Cũ peruẽtũ fuerit ad locũ Sacramenti accẽdũtur intortitia, quæ nõ extinguũtur niſi poſt ſũptionẽ Sacramenti: & ſacerdos genuflexus ante Sacramentũ, orat aliquantulũ: diaconꝰ interim aperit capſulã, in qua recondiẽũ eſt corpus Dñi: poſtea Sacerdos imponit incẽſum in duobus thuribulis, diacono nauiculã miniſtrãte, & genuflexus incenſat Sacramẽtũ: Deinde diaconus extrahẽs calicẽ cũ Sacramẽto de capſula, dat ad manus Sacerdotis, & tegit extremitatibꝰ veli qđ humeros Sacerdotis circũdat: & procedunt ordine quo venerũt: defertur baldachinũ ſuꝑ ſacramentũ: & duo acoluthi cũ thuribulis continue ſacramẽtũ incẽſant: interim cãtatur hymnus, Vexilla regis prodeunt. Cũ venerit Sacerdos ad altare, poſito ſuꝑ illud Sacramẽto, genuflexus, rurſus incenſat, & accedens ponit hoſtiã ſuper patenam, quam diaconus tenet: deinde accipiens patenã cũ ſacramẽto de manu diaconi, hoſtiã ſacrã ponit ſuꝑ

corporale nihil dicẽs: interim diaconus imponit vinum in calicem, & ſubdiaconus aquam: ſacerdos accipiens calicem à diacono, ponit ſuper altare, nihil dicens, & diaconus illum cooperit: deinde imponens incensũ in thuribulo, incẽſat oblata & altare more ſolito, dicẽs.

INcenſum iſtud à te benedictũ, aſcendat ad te domine: & deſcẽdat ſuper nos miſericordia tua.

Cum incenſat altare, dicit.

DIrigatur dñe oratio mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo: Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſptinũ. Pone dñe cuſtodiã ori meo, & oſtiũ circũſtãtiæ labiis meis: Vt nõ declinet os meũ ĩ verba malitię, ad excuſandas excuſationes ĩ pctĩs.

Qñ reddit thuribulũ diaco. dicit.

ACcendat in nobis dñs ignem ſui amoris, & flãmam æternæ caritatis. Amen. Poſtea lauat manus, nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus dicit.

IN ſpiritu humilitatis, & ĩ animo cõtrito ſuſcipiamur dñe à te: & ſic fiat ſacrificiũ noſtrũ in cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi dñe deus.


Deinde verſus ad populum dicit.

ORate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud deum patrẽ oĩpotentẽ.

Conſequenter omiſſis alijs dicit.



Et



Sacerdos ſub ſilentio dicto Amen. in eadem voce qua dixit Pater noſter. abſolute ſine Oremus. in tono orationis miſſæ dicit.

LIbera nos quęſum⁹ dñe ab oĩbus malis, pręteritis, præſentib⁹, & futuris: & ĩtercedēte beata & glorioſa, ſemper virgine dei genitrice Maria, cũ beatis Apl'is tuis Petro & Paulo atq; Andrea & oĩbus ſãctis: da propitius pacẽ in dieb⁹ noſtris: vt ope miſericordię tuę adiuti, & a peccato ſimus sẽper liberi, & ab oĩ perturbatione ſecuri. Per eundem.

¶ Tunc celebrans facta reuerentia vſq; ad terrã, ſacramentũ in dexterã accipit, & eleuat vt videri poſſit à populo, & ſtatim diuidit in tres partes, quarũ vltimã mittit in calicem more ſolito, nihil dicens. Pax dñi, non dicitur, nec Agn⁹ dei, neque pacis oſculũ datur. Poſtmodũ prætermiſſa orone. Dñe Ieſu Chriſte q dixiſti. quia facit mētionem de pace, & orone Dñe Ieſu Chriſte fili dei vi. qa facit mētionē de ſanguine: dicit tm̃ oronē ſequentem.

PErceptio corporis tui dñe Ieſu Chriſte qđ ego indignus ſumere præſumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis & regnas cũ deo patre in vni.

Accipit patenã cũ corpore Chriſti: & cũ maxima humilitate & reuerẽtia dicit. Panẽ cęleſtẽ accipiã, & nomẽ dñi inuocabo. Percutiat pect⁹ ſuũ, ter dicẽs. Dñe nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ: ſed tm̃ dic verbo, & ſanabitur aĩa mea. Poſtea ſignat ſe ſacramento. dicens. Corpus Dñi noſtri Ieſu Chriſti, cuſtodiat aĩam meã in vitã ęternã. Amẽ. Tũc ſumit corpus reuerenter. Deinde omiſſis oĩbus q̃ dici ſolent ante ſumptionẽ calicis, immediate particulã hoſtiæ cũ vino reuerẽter ſumit de calice. Poſtea more ſolito facta ablutione digitorũ, in medio altaris inclinatus, dicit. Quod ore ſumpſimus, dñe, pura mente capiam⁹: & de munere tẽporali fiat nobis remediũ ſempiternũ. Non dicitur Corpus tuũ domine. nec Poſtcommunio, nec Placeat tibi, nec datur benedictio: ſed facta purifi-

catione, Sacerdos cum miniſtris diſcedit: & dicuntur veſperæ ſine cantu: & denudatur altare.

¶ Sabbato ſancto. Statio ad ſanctum Ioannem in Laterano.

HOra competenti cooperiuntur altaria, & dicuntur horę. Interim excutitur ignis de lapide, & accenditur. Dicta Nona, ſacerdos indutꝰ amictu, alba, cingulo, ſtola, & pluuiali violaceo, aſtantibus ſibi miniſtris cum cruce, aqua benedicta, & incenſo benedicit nouum ignem dicẽs ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DEus, qui per filium tuũ, angularẽ ſcilicet lapidem, claritatis tuæ fidelibus ignẽ contuliſti productũ ex ſilice, noſtris profuturũ vſibꝰ: nouũ hũc ignẽ ſan ✠ ctifica: & cõcede nobis: ita, per hæc feſta paſchalia, cęleſtibꝰ deſideriis inflãmari, vt ad ꝑpetuę claritatis puris mẽtibꝰ valeamꝰ feſta ꝑtingere. Per eũ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DOmine deus, pater oꝑs, lumẽ indeficiens, & ſancte cõditor oĩum luminũ: bene ✠ dic hoc lumen, qđ à te ſanctificatũ atq; bñdictũ eſt, qui illuminaſti oẽm mũdũ, vt ab eo lumine accẽdamur, atque illuminemur igne claritatis tuę: vt ſicut illuminaſti Moyſen exeũtem de Aegypto: ita illumines corda & ſenſus noſtros: vt ad vitam æternã mereamur peruenire. Per Chriſtũ dñm noſtrum. ℟. Amen. Oratio.


DOmine ſancte, pater omnipotens, æterne deus, benedicentibꝰ nobis hũc ignẽ in nomine tuo, & vnigeniti filij tui Dei ac dñi nr̃i Ieſu Chriſti, & Spũs ſancti, cooperare digneris: & adiuua nos. Qui viuis & regnas. ℟. Amen. Deinde benedicit quinq; grana incenſi ponẽda in cereo: dicẽs hanc orationẽ. Orõ.

VEniat, quæſumus, oꝑs deus, ſuper hoc incenſum larga tuæ bene ✠ dictionis infuſio: & hunc nocturnũ ſplendorẽ inuiſibilis regenerator accẽde: vt nõ ſolũ ſacrificiũ qđ hac nocte litatũ eſt, arcana luminis tui admixtione refulgeat: ſed ĩ quocũq; loco ex huiꝰ ſctificationis myſterio fuerit deportatũ, expulſa diabolicę fraudis neqtia, virtus tuę maieſtatis aſſiſtat. ꝑ Chrm. ℟. Amen. Dum benedicit incenſum, acoluthus aſſumens de carbonibus benedictis pònit in thuribulo. Finita vero benedictione incenſi ſacerdos incenſum & ignem benedictũ aſpergit aqua bñdicta: & de nauicula poſito incẽſo in thuribulo, inde adolet prędicta grana incẽſi, & ignẽ benedictum. Interim omnia lumĩnaria eccleſiæ extinguuntur, vt de igne, benedicto poſtmodum accendantur.


¶ Deinde Diaconus indutꝰ dalmatica albi coloris, accipit arũdinẽ cũ tribꝰ cãdelis in ſummitate illiꝰ triãgulo diſtinctis. Prçcedit thuriferariꝰ cũ acolutho deferẽte in vaſe quinque grana incẽſi. Sequitur Subdiaconus cũ cruce, & clerus per ordinem: deinde diaconus cum arũdine, poſt eũ celebrans. Cũ Diaconus ingreſſus eſt eccleſiam, inclinat arũdinem, & acoluthus deferens candelam accenſam de nouo igne, accẽdit vnã ex illis tribus candelis deſuper poſitis: & Diaconus eleuans

arun-


arundinem genuflectit, ſimiliter & omnes alij cum eo: & cantat ſolus. **Lumen Chriſti.** ℟. **Deo gratias.** Procedens deinde ad medium Eccleſiæ, ibi accenditur alia candela: & iterum genuflexus vt ſupra, altius cantat. **Lumen Chriſti,** ℟. **Deo gratias.** Tertio procedit ante altare, vbi accenditur tertia candela, & rurſus genuflexus, vt prius, adhuc altius dicit. **Lumẽ Chriſti.** ℟. **Deo gratias.** Deinde dat arundinẽ vni acolutho: & accipiens librum, petit à celebrante benedictionem, vt ſit ad Euangelium: poſtea vadit ad pulpitum, & ponit ſuper eo librum, & incenſat. A dextris Diaconi ſtẽt Subdiaconus cum cruce, & Thuriferarius: à ſiniſtris duo acoluthi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vaſe quinq; illa grana incenſi benedicti figenda in cereo. Tunc ſurgentibus & ſtantibus omnibus, Diaconus cantat.





nata fulgoribus: & magnis po pulorũ vocibus hęc au la re-
ſul tet. Qua propter aſtantes vos fratres cariſſimi, ad tam mirã
huius ſancti luminis claritatem, vna mecũ, quęſo, Dei om-
nipotentis miſe ri cordiam inuoca te. Vt qui me nõ meis
meritis intra Le uitarum numerum dignatus eſt aggregare:
luminis ſui clari tatem infundens, ce rei hu ius
laudẽ implere per ficiat. Per dñm nr̃m Ieſum Chr̃m filium
ſuum,



ſuum, qui cum eo viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus.
Per omnia ſęcula ſęculorum. ℟. Am̄. ℣. Dn̄s vobiſcū. ℟. Et cum
ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad dominū. ℣. Gra-
ti as aga mus domino Deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt,
Ve re dignum & iuſtum eſt, inui ſibilem Deum patrē omni-
potentem, fi li umque eius vni ge nitum, dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, toto cordis ac mentis affectu, &

vocis


vocis miniſte rio per ſonare, Qui pro nobis æterno patri A dæ
debitum ſoluit: & veteris pia culi cau tionem pio cruo-
re deterſit. Hęc ſunt enim feſta paſchalia, in quibus verus il-
le agnus oc ciditur, cuius ſanguine poſtes fide lium conſe-
crantur. Hęc nox eſt, in qua primũ pr̃es noſtros filios Iſrael
eductos de Aegypto, ma re rubrum ſicco veſtigio tranſi-
re fe ciſti. Hæc i gitur nox eſt, quę pecca torum te-


nebras,columnę illuminatio ne purgauit. Hæc nox eſt,quę hodie
per vniuerſum mundū, in Chr̄o credentes, à vitijs ſęculi, & cali-
gine peccatorū ſegregatos, red dit gratiæ, ſociat ſanctitati.
Hęc nox eſt, in qua deſtructis vinculis mortis, Chr̄us ab inferis
victor aſcendit. Nihil enim nobis naſci profuit, niſi redi-
mi profuiſſet. O mi ra circa nos tuæ pie tatis digna tio.
O inæſtimabilis dilectio cari tatis: vt ſeruū redimeres, filium
tradidiſti.



tradidiſti. O certe neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti mor-
te deletū eſt. O fe lix culpa, quę talē ac tātū meruit habere
redēptorē. O ve re bea ta nox, quæ ſola meruit ſcire
tempus & horam, in qua Chriſtꝰ ab inferis reſurrexit. Hęc nox eſt,
de qua ſcriptū eſt: & nox ſicut dies illumi nabitur: & nox illumina-
tio mea in delicijs meis. Huius igitur ſanctificatio noctis
fu gat ſcelera, culpas lauat: & reddit innocētiam lapſis: & mœ-




¶ Hic Diaconus infigit quinque grana incenſi benedicti in cereo in modũ Crucis.


¶ Hic Diaconus accendit cereum.

mutuati


mutuati tamẽ luminis detrimẽta nõ nouit. A liter enim li-
quãtibus ceris, quas in ſubſtãtiã precioſæ huius lãpadis apis mater
Hic accẽ-
duntur lã
pades.
e duxit. O vere be ata nox, quę expo -lia uit Aegy-
ptios, di ta uit Hebræos. Nox ĩ qua terrenis cœleſtia, humanis
diuina iũgũtur. Oramus ergo te dñe: vt cereus iſte in honorem
tui nomininis cõſec-atus, ad noctis huius caliginẽ deſtruendam,
indeficiens perſeueret. Et in odorẽ ſua uita tis acceptus, ſupernis


luminaribus miſceatur Flammas eius lucifer matutinus in-
ueniat. Ille, inquã lucife, qui neſcit occaſum: Ille qui regreſſus
ab inferis, humano generi ſe re nus illuxit. Precamur ergo
te domine: vt nos famulos tuos, omnẽq; clerum & deuotiſ-
ſimum populum: vna cum bea tiſſi mo Papa noſtro
N. & Anti ſtite noſtro N. quiete tẽporum cõceſſa, in his
paſchalibus gaudijs, aſſi dua protectio ne regere, gubernare,

& con-


& conſeruare, digneris. Reſpice etiam ad deuotiſſimum Impe-
ratorem noſtrum N. cuius tu Deus deſi derij vota prę-
noſcēs, ineffabili pie tatis, & miſericordiæ tuæ munere trāquil-
lū perpetuæ pacis accōmoda: & cœleſtē victoriam cū omni po-
pulo ſuo. Per eundem dominū noſtrū Ieſum Chriſtū filium
tuum: qui tecum viuit, & regnat in vni tate Spiritus ſan-
cti Deus: per omnia ſę cu la ſęcu lorum. Amen.

¶ Completa benedictione cerei,
Diaconus depoſitis albis ſumit vio
lacea paramenta, & vadit ad cele-
brantem. Poſtea leguntur prophe-
tiæ ſine titulo, & in fine ꝓphetiarũ
dicũtur orõnes modo ſubſcripto.

¶ Prophetia prima.

Gen. c. 1. IN principio
creauit Deus
cęlũ, & terrã.
Terra autẽ e-
rat inanis, &
vacua: & te-
nebrę erãt ſu
per faciẽ a-
byſſi, & ſpiri-
tus dñi ferebatur ſuper aquas. Di-
xitq; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux.
Et vidit deus lucẽ, qđ eſſet bona: &
diuiſit lucẽ à tenebris. Appellauit-
que lucẽ, diẽ: & tenebras, noctẽ. Fa
ctumq; eſt veſpere, & mane dies v-
nus. Dixit quoq; deus. Fiat firma-
mẽtũ in medio aquarũ: & diuidat
aquas ab aquis. Et fecit deus firma-
mentũ: diuiſitq; aquas, quę erant
ſub firmamento, ab his, quę erãt ſu
per firmamentũ. Et factũ eſt ita. Vo
cauitq; deus firmamẽtũ, cælũ. Et
factum eſt veſpere, & mane, dies ſe-
cundus. Dixit vero Deus: Congre-
gentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in
locũ vnũ: & appareat arida. Factũ-
que eſt ita. Et vocauit deus aridam,
terram: congregationesque aqua-
rum appellauit Maria. Et vidit deꝰ,
quod eſſet bonum: & ait. Germi-
net terra herbam virentem, & fa-
cientẽ ſemen: & lignũ pomiferũ
faciens fructũ iuxta genus ſuũ: cuiꝰ
ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrã.
Et factum eſt ita. Et protulit terra
herbã virentẽ, & afferentẽ ſemẽ iux
ta genus ſuũ: lignumq; faciens fru-
ctũ, & habens vnũquodq; ſementẽ
ſecundũ ſpeciẽ ſuã. Et vidit deꝰ qđ
eſſet bonũ. Factumq; eſt veſpere, &
mane, dies tertius. Dixit autẽ Deus.
Fiant luminaria in firmamẽto cæ-
li, & diuidãt diẽ ac noctem: & ſint
in ſigna, & tẽpora, & dies, & annos:
vt luceãt in firmamẽto cæli, & illu-
minẽt terrã. Et factũ eſt ita. Fecitq;
deus duo luminaria magna: lumi-
nare maius, vt præeſſet diei: & lumi
nare minus, vt præeſſet nocti, & ſtel
las. Et poſuit eas in firmamento cę
li: vt lucerent ſuper terrã, & pręeſ-
ſent diei ac nocti, & diuiderẽt lucẽ
ac tenebras. Et vidit Deus qđ eſſet
bonũ. Et factũ eſt veſpere, & mane,
dies quartus. Dixit etiã deus. Produ
cãt aquæ reptile aīę viuentis, & vo-
latile ſuper terrã ſub firmamẽto cę
li. Creauitq; deus cete grãdia, & o-
mnẽ animã viuẽtẽ atq; motabilẽ,
quã ꝓduxerãt aquæ in ſpecies ſuas:
& omne volatile ſecundum genus
ſuum. Et vidit deus qđ eſſet bonũ,
benedixitq; eis, dicens. Creſcite, &
multiplicamini, & replete aquas
maris: auesq; multiplicentur ſuper
terrã. Et factũ eſt veſpere, & mane,
dies quintus. Dixit quoq; deus. Pro
ducat terra animã viuentem in ge-
nere ſuo: iumẽta, & reptilia, & be-
ſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas. Fa-
ctumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias
terræ iuxta ſpecies ſuas: & iumẽta,
& omne reptile terræ, ĩ genere ſuo.
Et vidit deꝰ qđ eſſet bonũ: & ait. Fa-
ciamus hominẽ ad imaginẽ & ſi-
militudinẽ noſtrã: & præſit piſcibꝰ
maris, & volatilibus cæli, & beſtijs,

vniuerſęq;

vniuerſęq; terrę, omniq; reptili qđ mouet in terra. Et creauit deus hominē ad imaginē, & ſimilitudinē ſuā: ad imaginē dei creauit illū, maſculū & fœminā creauit eos. Benedixitq; illis Deus: & ait. Creſcite: & multiplicamini: & replete terrā, & ſubijcite eā; & dominamini piſcib⁹ maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quę mouētur ſup terrā. Dixitq; Deus. Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē ſemē ſuper terrā: & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementē generis ſui, vt ſint vobis in eſcā, & cunctis animātibus terrę, omniq; volucri cęli, & vniuerſis q̄ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens: vt habeant ad veſcendū. Et factū eſt ita. Viditq; deus cuncta quę fecerat, & erant valde bona. Et factū eſt veſpere, & mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. Qua completa, ſacerdos dicat. Oremus, & diaconus. Flectamus genua. Subdiaconus. Leuate. Oratio.

Deus, qui mirabiliter creaſti hominē, & mirabilius redemiſti: da nobis, quæſumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad ęterna gaudia peruenire. Per dominum.

Prophetia ſecunda.

Gen. ca. 5. & 6. Noe vero cum quingentorū eſſet annorū, genuit Sem, Chā, & Iapheth. Cumq; cępiſſent homines multiplicari ſuper terrā, & filias procreaſſent: videntes filij dei filias hominum quod eſſent pulchræ: acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq; deus. Non permanebit ſpūs meus in homine in ęternū, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorū. Gigātes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominum, illęque genuerunt: iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. Videns autem deus quod multa malitia hominū eſſet in terra: & cuncta cogitatio cordis intēta eſſet ad malum omni tempore: pænituit eum, quod hominē feciſſet in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus: Delebo (inquit) hominem quem creaui, à facie terrę, ab homine vſque ad animantia: à reptili vſq; ad volucres cęli: Pœnitet enim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiam coram Deo. Hæ ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta eſt autem terra coram deo, & repleta eſt iniquitate. Cumque vidiſſet deus terram eſſe corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam ſuā ſuper terram) dixit ad Noe. Finis vniuerſæ carnis venit corā me, repleta eſt terra iniquitate à facie eorū: & ego diſperdā eos cū terra. Fac tibi arcā de lignis lęuigatis. Māſiunculas in arca facies: & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. Et ſic facies eā. Trecentorū cubitorū erit lōgitudo arcę: quinquaginta cubitorū latitudo: & triginta

cubito-

cubitorũ altitudo illius. Feneſtrã in arca facies: & in cubito cõſũmabis ſummitatẽ eius. Oſtiũ aũt arcę pones ex latere deorſum. Cænacula & triſtega facies in ea. Ecce ego adducã diluuij aquas ſuper terram: vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cęlũ: & vniuerſa quæ in terra ſunt, cõſumentur. Ponamq; fędus meũ tecũ: & ingredieris arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorũ tecũ. Et ex cunctis animãtibus vniuerſę carnis bina induces in arcam, vt viuãt tecum, maſculini ſexus & fæminini. De volucribus iuxta genus ſuũ, & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecũ ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te: & erũt tam tibi quam illis in cibũ. Fecit ergo Noe omnia

ca. 7 quæ præceperat illi deus. Eratq; ſexcentorũ annorũ, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terrã. Rupti ſunt autem omnes ſontes abyſſi magnæ, & cataractę cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, Sem, Cham, & Iapheth, filij eius, vxor illius, & vxores filiorũ eius, cũ eo in arcam: ipſi & omne animal ſecũdum genus ſuũ, vniuerſaq; iumẽta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terrã in genere ſuo, cunctũq; volatile ſecundũ genus ſuũ. Porro arca ferebatur ſuper aquas. Et aquæ præualuerunt nimis ſuper terrã: opertiq; ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis fuit altior aqua ſuper mõtes quos operuerat. Conſumptaq; eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terrã, volucrũ, animantiũ, beſtiarũ, oĩumq; reptilium quę reptãt ſuper terram. Remanſit aũt ſolus Noe, & qui cũ eo erant, in arca. Obtinueruntq; aquæ terrã centũ quinquaginta diebus. Recordatus autẽ dñs Noe cũ- ca. 8

ctorumq; animantium, & omniũ iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terrã, & imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractę cæli, & prohibitæ ſunt pluuię de cęlo. Reuerſęq; ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes, & cæperũt minui poſt centũquinquaginta dies. Cũque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ quam fecerat, dimiſit coruum. Qui egrediebatur, & non reuertebatur donec ſiccarentur aquę ſuper terram. Emiſit quoq; colũbã poſt eũ, vt videret ſi iã ceſſaſſent aquæ ſuper faciẽ terræ. Quæ cũ nõ inueniret vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcã. Aquæ enim erãt ſup vniuerſam terrã. Extenditq; manũ, & apprehenſam intulit in arcã. Expectatis aũt vltra ſeptẽ diebus alijs, rurſum dimiſit colũbam ex arca. At illa venit ad eũ ad veſperã, portans ramũ oliuę virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, qđ ceſſaſſent aquæ ſuper terrã. Expectauitq; nihilominus ſeptẽ diebus alijs; & emiſit columbã, quæ non eſt vltra reuerſa ad eũ. Locutus eſt autem dominus ad Noe dicẽs. Egre-

dere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorũ tuorũ tecum. Cũcta animantia quæ ſunt apud te, ex omni carne tã in volatilib⁹ quã in beſtijs & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terrã, educ tecũ, & ingredimini ſuper terrã. Creſcite, & multiplicamini ſuper eã. Egreſſus eſt ergo Noe & filij eius: vxor illius, & vxores filiorum eius cũ eo. Sed & omnia animantia, iumẽta, & reptilia quę reptãt ſuper terrã ſecundũ genus ſuũ, de arca egreſſa ſunt. Aedificauit aũt Noe altare dño: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mũdis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratusq; eſt dñs odorem ſuauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus incommutabilis virtus, & lumen ęternum: reſpice propitius ad totius eccleſiæ tuę mirabile ſacramentum, & opus ſalutis humanæ perpetuæ diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totusque mundus experiatur, & videat, deiecta erigi, inueterata renouari: & ꝑ ipſum redire omnia in integrum, à quo ſumpſere principiũ. Per do.

Prophetia tertia.

Gen 22. IN diebus illis. Tentauit deus Abraham, & dixit ad eum. Abrahã, Abrahã. At ille reſpondit. Adſum. Ait illi. Tolle filium tuũ vnigenitũ quẽ diligis Iſaac, & vade in terrã viſionis: & offeres eum ibi in holocauſtũ ſuper vnum montiũ, quẽ monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgẽs, ſtrauit aſinũ ſuũ: ducens ſecũ duos iuuenes, & Iſaac filiũ ſuũ. Cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum: abijt ad locum quem præceperat ei deus. Die aũt tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros ſuos. Expectate hic cũ aſino: ego & puer illuc vſq; properãtes, poſtquã adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſup Iſaac filiũ ſuũ: ipſe vero portabat in manibus ignẽ & gladiũ. Cumq; duo pergerẽt ſimul, dixit Iſaac patri ſuo. Pater mi. At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abrahã. Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntq; ad locũ quem oſtenderat ei deus: in quo ædificauit altare, & deſuper ligna cõpoſuit. Cumque colligaſſet Iſaac filiũ ſuũ, poſuit eũ in altare ſuper ſtruẽ lignorũ. Extẽditq; manũ, & arripuit gladium, vt immolaret filiũ ſuũ. Et ecce angel⁹ de cælo clamauit dicẽs. Abrahã, Abrahã. Qui reſpondit. Adſũ. Dixitque ei. Ne extendas manũ tuã ſup puerũ: neq; facies illi quicquã. Nũc cognoui qđ timeas deũ: & nõ pepciſti filio tuo vnigenito ꝑꝑ me. Leuauit Abrahã oculos, viditq; poſt tergũ arietẽ inter vepres, hærentem cornibus: quẽ aſſumẽs, obtulit holocauſtũ pro filio. Appellauitq; nomẽ loci illius. Dñs videt. Vnde vſq; hodie dicitur, In monte dominus videbit. Vocauit aũt angelus domini Abrahã ſecundo de cęlo, dicens. Per memetipſum iuraui, dicit dominus: quia feciſti rem hanc, & nõ pepercisti vnigenito filio tuo propter me: benedicens benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſi-

cut ſtellas cęli,& velut arenam,quę eſt in litore maris. Poſſidebit ſemē tuū portas inimicorū ſuorū, & benedicentur in ſemine tuo oēs gentes terrę, quia obediſti voci meæ. Reuerſuſq; eſt Abraham ad pueros ſuos: abieruntq; Berſabee ſimul,& habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus fideliū pater ſumme: qui in toto orbe terrarū, ꝑmiſſionis tuę filios diffuſa adoptionis gratia multiplicas, & ꝑ paſchale ſacramentū, Abraā puerū tuū vniuerſarū, ſicut iuraſti, gentiū efficis patrē: da populis tuis digne ad gratiā tuæ vocationis introire. Per dominū.

Prophetia quarta.

Ex 14. IN diebus illis. Factū eſt in vigilia matutina, & ecce reſpiciens dn̄s ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum: & ſubuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundū. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiamus Iſraelē: dn̄s enim pugnat ꝓ eis cōtra nos. Et ait dn̄s ad Moyſē. Extende manū tuā ſuꝑ mare: vt reuertantur aquę ad Aegyptios ſuꝑ currus & equites eorū. Cumq; extēdiſſet Moyſes manū contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorem locū. Fugientibuſq; Aegyptijs occurrerunt aquę, & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus, verſęq; ſunt aquę,& operuerūt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare: nec vnꝰ quidē ſuperfuit ex eis. Filij aūt Iſrael perrexerūt per mediū ſicci maris: & aquę eis erāt quaſi pro muro a dextris & à ſiniſtris. Liberauitq; dn̄s in die illo Iſrael de manu Aegyptiorū. Et viderūt Aegyptios mortuos ſuper litus maris,& manum magnā quā exercuerat dominus contra eos. Timuitq; populus dominū: & crediderunt domino,& Moyſi ſeruo eius. Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael, carmē hoc domino,& dixerūt. Trac.

Cantemus dn̄o, glorioſe enim honorificatus eſt: equum & aſcēſorē proiecit in mare: adiutor & protector factꝰ eſt mihi in ſalutē. ℣. Hic eſt deus meus,& honorificabo eū: deus patris mei, & exaltabo eū. ℣. Dn̄s conterens bella: dominus nomen eſt illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, cuius antiqua miracula etiā noſtris ſæculis coruſcare ſentimus: dum quod vni populo, à perſecutione Aegyptiaca liberādo, dexteræ tuę potentia contuliſti, id in ſalutem gentium per aquam regenerationis operaris: præſta: vt in Abrahę filios,& in Iſraeliticam dignitatem, totius mundi tranſeat plenitudo. Per dominum.

Prophetia quinta.

HAec eſt hæreditas ſeruorū domini, & iuſtitia eorum apud me, dicit dominus. Omnes ſitiētes venite ad aquas: & qui nō habetis argētū, properate, emite,& comedite. Venite, emite abſq; argento: & abſque vlla cōmutatione vinū & lac. Quare appenditis argentū non in panibus,& laborē veſtrū non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum: & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtrā, & venite ad

me: audite, & viuet anima veſtra, & feriã vobiſcũ pactũ ſempiternũ, miſericordias Dauid fidelis. Ecce teſtẽ populi dedi eũ, ducẽ ac præceptorẽ gentibus. Ecce, gentẽ quã neſciebas, vocabis: & gentes q̃ non cognouerũt te ad te current, ꝓpter dñm deũ tuũ, & ſanctũ Iſrael: quia glorificauit te. Quęrite dominũ dũ inueniri põt: inuocate eũ dũ prope eſt. Derelinquat impius viã ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominũ, & miſerebitur eius, & ad deũ noſtrũ, qm̃ mult⁹ eſt ad ignoſcẽdũ. Nõ enim cogitationes meæ, cogitationes veſtrę: neq; viæ meę vię veſtræ, dicit dñs. Quia ſicut exaltãtur cęli à terra: ſic exaltatę ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meę à cogitationibus veſtris. Et qũo deſcendit imber, & nix de cęlo, & illuc vltra nõ reuertitur, ſed inebriat terrã, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat ſemẽ ſerẽti, & panẽ comedenti: Sic erit verbũ meũ qđ egredietur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuũ, ſed faciet quæcunq; volui, & proſperabitur in his ad q̃ miſi illud: dicit dominus omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei ſpopondiſti; & promiſſionis filios ſacra adoptione dilata: vt, qđ priores ſancti non dubitauerunt futurum, eccleſia tua iam ex parte cognoſcat impletum. Per dominum noſt.

Prophetia ſexta.

Ba-ruc. ca. 3 Audi Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael: qđ in terra inimicorũ es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cũ mortuis: deputatus es cũ deſcendentibus in infernum. Dereliquiſti fontem ſapiẽtiæ. Nam ſi in via dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram. Diſce vbi ſit ſapientia, vbi ſit virtus, vbi ſit prudentia, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ & victus, vbi ſit lumẽ oculorũ & pax. Quis inuenit locũ eius? Et quis introiuit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentiũ: & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terrã. Qui in auibus cęli ludũt, qui argentũ theſaurizant, & aurũ in quo cõfidunt hoĩes: & nõ eſt finis acquiſitionis eorũ. Qui argentũ fabricãt, & ſoliciti ſunt: nec eſt inuentio operũ illorũ. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcẽderũt: & alij in locũ eorũ ſurrexerũt. Iuuenes viderunt lumẽ, & habitauerunt ſuꝑ terrã. Viã aũt diſciplinę neſcierunt, neq; intellexerunt ſemitas ei⁹, neq; ſuſceperunt eã filij eorũ. A facie eorũ lõge facta eſt. Nõ eſt audita ĩ Canaã: neq; viſa eſt in Themã. Filij quoq; Agar, qui exquirũt prudentiã, quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & Themã: & fabulatores, & exquiſitores prudentię & intelligẽtię: viã aũt ſapientiæ neſcierunt: neq; meminerũt ſemitarũ ei⁹. O Iſrael, quã magna eſt dom⁹ dei, & ingẽs locus poſſeſſionis eius. Magnus, & non habet cõſummationẽ: excelſus & immẽſus. Ibi fuerũt gigãtes nominati, illi qui ab initio fuerũt, ſtatura magna, ſciẽtes bellum. Non hos elegit dñs: neq; viã diſciplinæ

dedit illis: ꝓpterea perierunt. Et quia non habuerunt ſapientiã, interierunt pp ſuã inſipientiã. Quis aſcendit in cælũ, & accepit eã, & reduxit eã de nubibꝰ? Quis trãsfretauit mare, & inuenit eã, & attulit illã ſuper aurũ electũ? Nõ eſt, qui ſciat viã eius: neq; qui excogitet ſemitas eiꝰ. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit illã: & adinuenit eã prudẽtia ſua. Qui perfecit terrã in ſempiterno tẽpore: & adimpleuit eam pecudibus. Vocauitq; eam: & obaudiuit eum in tremore. Stellę autẽ dederunt lumẽ in cuſtodijs ſuis: & lętatę ſunt. Vocatę ſunt, & dixerunt, adſumus. Et luxerunt ei cũ iucunditate. Qui fecit illas, hic eſt deus noſter: & nõ ęſtimabitur alius ad eũ. Hic adinuenit omnẽ viã diſciplinæ: & dedit illã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc ſuper terrã viſus eſt: & cũ hominibus conuerſatus eſt. Oremus. Flect. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui eccleſiam tuam ſemper gentium vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per domi.

Prophetia ſeptima.

IN diebus illis: Facta eſt ſuper me manus domini, & eduxit me in ſpiritu domini: & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus: & circunduxit me per ea in gyrum. Erant aũt multa valde ſuper faciẽ campi, ſiccaq; vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis putas'ne viuent oſſa iſta? Et dixi. Dñe deus, tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare de oſſibus iſtis: & dices eis. Oſſa arida audite verbum dñi. Hæc dicit dñs deus oſſibus his. Ecce ego intromittã in vos ſpiritũ: & viuetis. Et dabo ſuper vos neruos: & ſuccreſcere faciã ſup vos carnes: & ſuper extendam in vobis cutẽ: & dabo vobis ſpiritũ, & viuetis, & ſcietis quia ego dominus. Et prophetaui ſicut præceperat mihi. Factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce cõmotio. Et acceſſerũt oſſa ad oſſa: vnumquodq; ad iuncturã ſuã. Et vidi: & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt: & extenta eſt in eis cutis deſuper: & ſpiritũ non habebãt. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritũ, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum. Hæc dicit dñs deus. A quatuor vẽtis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. Et prophetaui, ſicut præceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerũt: & ſteterũt ſuper pedes ſuos exercitus grãdis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa, domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra, perijt ſpes noſtra, & abſciſi ſumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos. Hęc dicit dominus deus. Ecce ego aperiã tumulos veſtros, & educam vos de ſepulcris veſtris popule meꝰ: & inducã vos in terrã Iſrael. Et ſcietis quia ego dñs, cũ aperuero ſepulcra vr̃a, & eduxero vos de tumulis veſtris popule meꝰ: & dedero ſpũm meum in vobis, & vixeritis: & requieſcere vos faciam ſuper humũ veſtrã, dicit dñs oĩpotens. Oremus. Flectamus gen. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui nos ad celebrandum paſchale ſacramentũ vtriuſq; teſtamẽti paginis inſtruis: da nobis

intelligere miſericordiam tuam:vt
ex perceptione præſentium mune-
rum, firma ſit expectatio futuro-
rum. Per do. Prophetia octaua.

ca.4. 4. APprehendent ſeptem mulie-
res virum vnum in die illa,di
centes: Panē noſtrũ comedemus,
veſtimentis noſtris operiemur: tan
tummodo inuocetur nomē tuum
ſuper nos:aufer opprobriũ noſtrũ.
In die illa erit germē dñi in magni
ficentia,& in gloria:& fructus terræ
ſublimis:& exultatio his qui ſalua-
ti fuerint de Iſrael.Et erit oĩs qui re
lictus fuerit in Sion & reſiduus in
Ieruſalē,ſanctus vocabitur, oĩs qui
ſcriptus eſt in vita in Ieruſalē.Si ab-
luerit dominus ſordes filiarũ Sion:
& ſanguinem Ieruſalem lauerit de
medio eius in ſpiritu iudicij & ſpi-
ritu ardoris.Et creabit domin⁹ deus
ſuper omnē locum montis Sion,&
vbi inuocat⁹ eſt, nubē per diē,& fu
mum,& ſplendorē ignis flāmantis
in nocte.Super oẽm enim gloriam
protectio.Et tabernaculũ erit ĩ vm
braculum diei ab æſtu:& in ſecuri-
tatem & abſconſionē à turbine &
à pluuia. Tractus. Vinea facta eſt
dilecto in cornu in loco vberi. ℣.
Et maceriā circundedit, & circun-
fodit,& plantauit vineam Sorec,&
ædificauit turrim ĩ medio eius. ℣.
Et torcular fodit in ea: vinea enim
domini ſabaoth, domus Iſrael eſt.
Oremus. Flectamus genua. ℟.
Leuate. Oratio.

DEus, qui in omnibus eccleſiæ
tuæ filijs,ſanctorũ prophetarũ
voce manifeſtaſti in oĩ loco domi-
nationis tuæ,ſatorē te bonorum ſe
minum, & electorum palmitũ eſſe
cultorem,tribue, quæſumus,popu
lis tuis:qui & vinearum apud te no
mine cenſentur & ſegetum: vt, ſpi-
narum, & tribulorum ſqualore re-
ſecato, digna efficiant fruge fæcun-
di. Per do. Prophetia nona.

IN diebus illis: Dixit Dominus Ioã.
ad Moyſen & Aaron in terra Ae 3.
gypti, vt in feria vj. paraſceues. fo-
lio 185. qua finita dicitur. Orem⁹.
Flectamus gen. ℟. Leua. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus,
qui in omnium operum tuo-
rum diſpenſatione mirabilis es: in-
telligāt redempti tui, non fuiſſe ex-
cellentius,qđ initio factus eſt mun-
dus, quā qđ ĩ fine ſæculorũ paſcha
noſtrũ immolat⁹ eſt Chriſtus. Qui
tecum viuit. Prophetia decima.

IN diebus illis. Factum eſt verbũ
domini ad Ionā prophetā ſecun
do,dicens.Surge,& vade in Niniuē
ciuitatem magnam: & prædica in
ea prædicationem quā ego loquar
ad te. Et ſurrexit Ionas, & abijt in
Niniuē iuxta verbũ dñi. Et Niniue
erat ciuitas magna itinere dierum
triũ. Et cæpit Ionas introire ciuita-
tem itinere diei vnius:& clamauit,
& dixit. Adhuc quadraginta dies,
& Niniue ſubuertetur. Et credide-
runt viri Niniuitæ in dño:& prædi-
cauerunt ieiuniũ, & veſtiti ſunt ſac
cis à maiore vſq; ad minorē.Et per
uenit verbũ ad regē Niniue: & ſur-
rexit de ſolio ſuo,& abiecit veſtimē
tũ ſuũ à ſe,& indut⁹ eſt ſacco, & ſe-
dit in cinere.Et clamauit,& dixit in
Niniue ex ore regis & principũ ei⁹,
dicens.Hoĩes,& iumenta,& boues,
& pecora non guſtēt quicquā, nec
paſcātur,& aquā nō bibāt.Et ope-

riantur ſaccis homines & iumēta; & clamēt ad dñm ī fortitudine: & cōuertatur vir à via ſua mala,& ab iniquitate quæ eſt in manib⁹ eorū. Quis ſcit ſi cōuertatur, & ignoſcat deus: & reuertatur à furore iræ ſuæ & non peribimus? Et vidit de⁹ opera eorū; quia conuerſi ſunt de via ſua mala:& miſert⁹ eſt populo ſuo dominus deus noſter. Oremus. Flectamus gen. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui diuerſitatē gentiū in cōfeſſione tui nominis adunaſti: da nobis & velle & poſſe quæ præcipis: vt populo ad æternitatē vocato, vna ſit fides mentium, & pietas actionum. Per dominum.

Prophetia vndecima.

Deu. 32. IN diebus illis. Scripſit Moyſes cāticū:& docuit filios Iſrael. Præcepitq; dñs Ioſue filio Nū:& ait. Confortare,& eſto robuſt⁹. Tu enim introduces filios Iſrael in terrā quam pollicitus ſum eis: & ego ero tecū. Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba legis huius in volumine,atq; cōpleuit: p̄cepit Leuitis qui portabāt arcā fœderis dñi, dicens. Tollite librū iſtū, & ponite eū in latere arcæ fęderis dñi dei veſtri: vt ſit ibi cōtra te in teſtimoniū. Ego enim ſcio cōtentionē tuā:& ceruicē tuā duriſſimā. Adhuc viuente me,& ingrediēte vobiſcū, ſemper cōtētioſe egiſtis cōtra dñm: quanto magis cū mortuus fuero? Congregate ad me oēs maiores natu per tribus veſtras, atque doctores:& loquar audiētibus eis ſermones iſtos:& inuocabo cōtra eos cælū,& terrā. Noui enim qđ poſt mortē meā iniq; agetis: & declinabitis cito de via quam pręcepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tēpore: qñ feceritis malū in cōſpectu Dñi, vt irritetis eū per opera manuū veſtrarū. Locutus eſt ergo Moyſes audiēte vniuerſo cętu filiorū Iſrael verba carminis huius: & ad finē vſq; cōpleuit. Trac. Attēde cęlum,& loquar,& audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectet ſicut pluuia eloquiū meū:& deſcēdāt ſicut ros verba mea. ℣. Sicut imber ſuper gramen:& ſicut nix ſuper fœnū:& nomē dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinē deo noſtro: De⁹ vera opera ei⁹,& oēs viæ eius iudicia. ℣. Deus fidelis ī quo nō eſt iniquitas: iuſtus & ſanctus dñs. Oremus. Flecta. gen. ℟. Leuate. Oratio. Deu. 32.

DEus celſitudo humiliū,& fortitudo rectorū: qui per ſanctū Moyſē puerū tuū: ita erudire populū tuū ſacri carminis tui decātatione voluiſti: vt illa legis iteratio fieret etiam noſtra directio: excita in oēm iuſtificatarū gentiū plenitudinē potentiā tuā: & da lætitiā mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remiſſione deletis: quod denuntiatum eſt in vltionem, tranſeat in ſalutem. Per dominum.

Prophetia duodecima.

IN diebus illis. Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuā aureā, altitudine cubitorū ſexaginta,latitudine cubitorū ſex: & ſtatuit eā in campo Dura prouincię Babylonis. Itaq; Nabuchodonoſor rex miſit ad cōgregandos ſatrapas, magiſtratus,& iudices,duces,& tyrannos,optimates, & præfectos,oēſq; principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem ſtatuę, quam erexerat Nabu- Dā. 3

chodonoſor rex. Tunc congregati ſunt ſatrapę, magiſtratus, & iudices, duces, tyranni, & optimates, qui erant in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionũ: vt conuenirent ad dedicationem ſtatuę quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabãt aũt in conſpectu ſtatuæ quã poſuerat Nabuchodonoſor rex: & pręco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis. In hora qua audieritis ſonitum tubæ, & fiſtulę, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum: cadentes adorate ſtatuam aureã quã conſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis aũt nõ proſtratus adorauerit, eadẽ hora mittetur ĩ fornacẽ ignis ardentis. Poſt hęc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharę, ſambucę, & pſalterij, & ſymphoniæ, & omnis generis muſicorũ: cadentes oẽs populi, tribus, & linguæ, adorauerunt ſtatuã aureã quã cõſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statimque in ipſo tpe accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudęos. dixeruntque Nabuchodonoſor regi. Rex in ęternũ viue. Tu rex poſuiſti decretum: vt oĩs homo qui audierit ſonitũ tubæ, fiſtulę, & citharę, ſambucæ, & pſalterij, & ſimphoniæ, & oĩs generis muſicorũ, proſternat ſe, & adoret ſtatuã aureã. Siquis aũt nõ procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudei, quos cõſtituiſti ſuper opera regionis Babiloniæ, Sidrach, Miſach, & Abdenago. Viri iſti contempſerũt rex decretum tuũ: deos tuos nõ colunt, & ſtatuã auream, quam erexiſti, non adorant. Tunc Nabuchodonoſor rex in furore & ira præcepit, vt adducerent Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis. Pronuncianſq; Nabuchodonoſor rex, ait eis. Vere ne Sidrach, Miſach, & Abdenago, deos meos non colitis, & ſtatuam aureã quam conſtitui, nõ adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati, quacunq; hora audieritis ſonitum tubę, fiſtulę, citharę, ſambucę, & pſalterij, & ſimphoniæ, oĩſq; generis muſicorũ, pſternite vos, & adorate ſtatuã quam feci. Quod ſi non adoraueritis, eadẽ hora mittemini in fornacẽ ignis ardẽtis. Et quis eſt de⁹, qui eripiat vos de manu mea? Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt Nabuchodonoſor regi. Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim deus noſter quẽ colimus, põt nos eripere de camino ignis ardẽtis, & de manibus tuis, o rex liberare. Qđ ſi noluerit, notum ſit tibi rex: quia deos tuos nõ colimus, & ſtatuã auream, quã erexiſti, nõ adoramus. Tũc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago. Et precepit, vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum: quã ſuccẽdi conſueuerat. Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit: vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacẽ ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis: & tiaris, & calceamentis, & veſtibus miſſi ſunt in mediũ fornacis ignis ardẽtis. Nam


iuſſio regis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porro viros illos qui miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, ideſt, Sidrach, Miſach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammę laudantes Deum, & benedicentes domino. Hic non dicitur: Flectamus genua. Oratio.


OMnipotens ſempiterne Deus, ſpes vnica mundi, qui prophetarum tuorũ prȩconio præſentium temporum declaraſti myſteria, auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium niſi ex tua inſpiratione proueniunt, quarumlibet incrementa virtutum. Per dominũ no.


¶ His expletis, ſi eccleſia habuerit fontem baptiſmalẽ, ſacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceum, & procedit vſq; ad fontem, prȩcedentibus miniſtris, cum cruce, & cereo benedicto accenſo. Interea, dum deſcenditur ad fontem cãtatur ſequens Tractus. Sicut ceruus deſiderat ad fontem aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. ℣. Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuũ, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? ℣. Fuerunt mihi lacrymę meæ panes die, ac nocte: dũ dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus? Deinde ſacerdos antequã intretur ad benedictionem fontis, dicit hanc orationẽ ibi iuxta fontem. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, reſpice propitius ad deuotionẽ populi renaſcentis; qui, ſicut ceruus, aquarũ tuarũ expetit fontẽ, & concede propitius: vt fidei ipſius ſitis, baptiſmatis myſterio aĩam corpusq; ſanctificet. Per do. ℟. Amen. Poſtea procedit ad benedictionem fontis, dicens. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Orõ.

OMnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuę myſterijs, adeſto ſacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit, ſpiritum adoptionis emitte: vt quod noſtræ humilitatis gerẽdum eſt myſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ filium tuũ, qui tecũ vi. Eleuans vocẽ in modũ Prȩfationis proſequitur.








Gratias agamus domino Deo nſo. ℟. Dignū & iuſtum eſt.
V e re dignū & iuſtū eſt, ęquū & ſalutare: nos tibi ſemp & vbi-
que gratias agere; domine ſancte, pater oīpotens, æterne Deus.
Qui inui ſi bi li potentia, ſacramētorum tuorū mirabi liter o-
peraris effectū. Et licet nos tātis myſterijs exequēdis ſimꝰ indigni:
tu tamē gratiæ tuæ dona nō deſerens, etiam ad preces nſas au-
res tuæ pie tatis inclinas. Deus cuius ſpiritus ſuper aquas,





baptiſmatis








¶ Sacerdos diuidit aquam manu in modum crucis dicens.
















tia . . mater infantiam. Procul ergo hinc iubente te domine, om-
nis ſpiritus imũdus abſcedat: ꝓcul tota nequitia diabolicæ frau-
dis abſiſtat. Nihil hic loci habeat cõtrarię virtutis admiſtio: nõ in-
ſidiando circũuolet: nõ latendo ſurrepat: nõ inficiendo corrũpat.
Aquam manu tangit.
Sit hęc ſctã & innocẽs creatura, libera ab omni im-
pugnatoris incurſu, & totius nequitiæ purgata diſceſſu.
Sit fons viuus, aqua regenerans, vnda purificans. vt omnes,


hoc lauacro ſa lu ti fero diluendi, operante in eis Spi ri tu
ſancto, perfectę purgationis indulgentiam cōſequātur.
Facit cruces ſupra fontem dicens.
Vn de bene ✠ di co te crea tu ra aquæ: per Deum
✠ viuum: per Deum ✠ verum: per Deum ✠ ſanctum.
Per Deum, qui te in principio, verbo ſepa ra uit ab arida:
cuius ſpiri tus ſuper te ſe re batur.
Diuidit aquam & effundit in quatuor mundi partes, dicens.
Qui te de pa ra di ſi fonte manare fecit, & in quatuor flumini-


bus diuidens, totam terram ri ga re præcepit, Qui te in
deſerto amaram, ſua ui ta te indi ta fecit eſſe pota-
bilem, & ſi tien ti populo de petra produxit. Bene ✠ dico te
& per Ieſum Chriſtum fi lium eius vnicum dominũ noſtrũ;
qui te in Cana Gali leæ ſigno admira bi li, ſua poten tia
conuertit in vinũ. Qui pedibus ſuper te ambulauit, & à Ioan-
ne in Iordane in te baptizatus eſt, Qui te vna cũ ſanguine de-









¶ Mutat vocem, & proſequitur in modum lectionis.


HAec nobis præcepta ſeruantibus, tu Deus omnipotens, clemens adeſto: tu benignus adſpira. Halat ter in aquam in modum crucis, dicens. **Tu has ſimplices aquas tuo ore benedicito: vt pręter naturalem emundationem, quam lauandis poſſunt adhibere corporibus, ſint etiam purificandis mentibus efficaces.** Hic ſacerdos ponit cereum parum intus in aquam: & reſumens tonum præfationis dicit



¶ Deinde extractum cereum de aqua iterum profundius mergit aliquanto altius repetens. **Deſcendat in hãc.** Poſtea extractum rurſus cereum de aqua, tertio immergens vſq; ad fundum, altiori adhuc voce repetit, **Deſcendat** vt ſupra. Et deinde ſuſflãs ter in aquã, proſequitur.




Hic tollitur cereus de aqua, & proſequitur.



Sequentia dicit legendo. **Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℞. Amen.** Deinde per aſſiſtentes ſacerdotes ſpargitur de ipſa aqua benedicta ſuper populum. Et interim vnus ex miniſtris eccleſiæ, accipit in vaſe aliquo de eadem aqua ad aſpergẽdum in domibus, & aliis locis. His peractis ſacerdos qui benedixit fontem, infundit de oleo Catechumenorũ in aquã, in modum crucis, intelligibili voce dicens. **Sanctificetur & fœcundetur fons iſte oleo ſalutis, renaſcentibus ex eo, in vitã æternã. ℞. Amen.** Deinde infundit de Chriſmate modo quo ſupra, dicẽs. **Infuſio Chriſmatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritus ſancti paracliti, fiat in nomine ſanctæ Trinitatis. ℞. Amen.** Poſtea accipit ambas ampullas dicti olei ſancti & Chriſmatis: & de vtro-


que ſimul in modum crucis inſufflando dicit. **Commiſtio Chriſmatis ſanctificationis & olei vnctionis & aquæ baptiſmatis pariter fiat, in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen.** Tunc miſcet ipſum oleum cum aqua, & ſpargit cum manu ſua per oẽm fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizat more conſueto. Deinde dicuntur litaniæ. Poſtea rediens, præparat ſe pro Miſſa ſolemniter celebranda.

¶ Vbi vero non ſunt fontes baptiſmales, finita vltima prophetia cum ſua oratione, celebrans caſula depoſita cũ miniſtris ante altare procumbit: & alijs omnibus genuflexis, cantantur Litaniæ in medio chori à duobus cantoribus, vtroque choro idem ſimul reſpondente. Circa finem litaniarum ſacerdos & miniſtri ad ſacrarium redeunt: & induuntur paramentis albi coloris: & interim accendantur luminaria in altari. In fine Litaniarum cantantur ſolemniter. **Kyrie eleiſon.** & repetuntur: vt in Miſſa moris eſt.




Sancta


Sancta Dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituũ ordines, orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptiſta ora.
Omnes ſancti patriarchę & prophetæ orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Ioannes ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & euangeliſtę orate pro nobis.
Oēs ſancti diſcipuli dñi, orate pro.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Oēs ſancti Martyres, orate pro no.
Sancte Silueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Auguſtine ora.
Omnes ſancti pontifices & confeſſores, orate pro nobis.
Omnes ſancti doctores, orate pro.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti ſacerdotes & leuitæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Anaſtaſia ora.
Omnes ſanctæ virgines, & viduæ orate pro nobis.
Omnes ſancti & ſanctæ Dei, intercedite pro nobis.



Propitius eſto, parce nobis dñe.
Propitius eſto, exaudi nos domine.
Ab omni malo, libera nos dñe.
Ab omni peccato, libera nos dñe.
A morte perpetua, libera nos dñe.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuæ, libera nos domine.
Per aduentum tuum, libera nos.
Per natiuitatem tuam, libera nos.
Per baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum, libera nos domine.
Per crucem & paſſionem tuam, libera nos domine.
Per mortē & ſepulturā tuā, libera.
Per ſanctam reſurrectionem tuā, libera nos domine.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera nos domine.
Per aduentum ſpiritus ſancti paracliti, libera nos domine.
In die iudicij, libera nos domine,




Peccatores, te rogam', audi nos.



Vt nobis parcas, te roga. audi nos.
Vt eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris, te roga.
Vt domnum Apoſtolicū, & omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta

religione conſeruare digneris, te rogamus, audi nos.
Vt inimicos ſanctæ Eccleſię humiliare digneris, te rogamꝰ audi nos.
Vt regibus & principibus Chriſtianis pacem & verā concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.
Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare & conſeruare digneris, te rogamus, audi nos.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus, audi nos.
Vt fructus terrę dare, & conſeruare digneris, te rogamus, audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris, te rogamus, audi nos.
Vt nos exaudire digneris, te roga.



Agnus Dei, qui tollis peccata



mundi, parce nobis domine.


Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chr̃e exau. nos.
Hic cātores ſolemniter incipiunt Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. & ter ſingula repetuntur. Interim Sacerdos procedēs cum miniſtris in paramentis albis accedit ad altare, & facit confeſſionem vt moris eſt in loco conſueto: deinde aſcendens oſculatur altare, incenſat more ſolito, & finitis à choro Kyrie eleiſon. incipit ſolēniter. Gloria in excelſis Deo, & pulſantur campanę. Quo finito, dicit Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui hanc ſacratiſſimam noctem gloria dominicę reſurrectionis illuſtras: conſerua in noua familiæ tuæ progenie adoptionis ſpiritum quem dediſti: vt corpore, & mente renouati, puram tibi exhibeant ſeruitutem. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritꝰ.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

FRatres: Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Quę ſurſum ſunt ſapite: non quę ſuper terram. Mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcōdita eſt cum Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

Finita epiſtola celebrans incipit



Alle lu ia.


Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim, & Chorus poſt quālibet vicem, in eadem voce repetit illud idem. Poſtea in Choro proſequitur ℣. Confitemini domino qm̄ bonus, qm̄ in ſeculum miſericordia eius. Deinde dr̄ Tractus.

Pſal. 116. L audate dominum omnes gentes, & collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniam cõfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Ad Euangelium non portantur luminaria, ſed tm̃ inceſum, & petitur benedictio. Sequentia ſancti euãgelij ſm̃ Matt.



C. 28. V Eſpere aũt ſabbati: q̃ luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulcrũ. Et ecce, terræmot⁹ fact⁹ eſt magnus. Angelus enim domini deſcendit de cœlo: & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eũ. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius, ſicut nix. Prę timore autẽ eius exterriti ſunt cuſtodes: & facti ſunt velut mortui. Reſpondens autẽ angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim q̄ Ieſum, qui crucifixus eſt, quęritis. Non eſt hic. Surrexit enim, ſicut dixit. Venite, & videte locum, vbi poſitus erat domin⁹. Et cito eũtes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit. Et ecce, pręcedet vos in Galilęã. Ibi eum videbitis. Ecce, prędixi vobis. Nõ dr̃. Credo, ſed finito euangelio ſacerdos dicit. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. & poſtea. Orem⁹. Non dicitur Offertorium. Secreta.

S Vſcipe domine, quæſumus, preces populi tui, cum oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiata myſterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominum noſtrũ Ieſum. Præfatio. Te quidem domine. vt infra fol. 244. Infra actionem. Communicantes & noctem ſacratiſſimam celebrantes. &c. Sed tantum hodie dicitur noctem, deinceps verò diem. Alia infra actionem. Hanc igitur oblationẽ. &c. vt ibidem. Dicitur Pax Domini ſit ſemper vobiſcum. ſed pacis oſculum non datur, nec Agnus Dei. nec Poſtcommunio, dicuntur. Poſt ſumptionẽ Sacramenti pro veſperis in Choro cantatur Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia & pſalmus. Laudate dominum omnes gẽtes: cum Gloria patri & filio. in fine, poſt quem repetitur eadem Aña. Capitulum, Hymnus, & Verſus non dicuntur: ſed ſtatim ſacerdos in cantu incipit, añam ad Magnificat.




V eſpere autem ſab bati,


Deinde proſequitur Chorus: Quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulcrum, alleluia. Deinde cantatur. Magnificat. cum Gloria patri. in fine: & repetita aña ſacerdos dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

S Piritum nobis, domine tuę caritatis infunde: vt, quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominum noſtrum Ieſum. in vnitate eiuſdem ſpiritus ſan. Deinde dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Poſtea Diaconus cantat.



I te miſſa eſt: Alleluia:



Alle luia. ℞. Deo gratias, alleluia, alleluia.

ACCESSVS ALTARIS.

¶ Sacerdos cum ingreditur ad altare, ſignans ſe ſigno crucis, clara voce dicit.

IN nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Deinde iunctis manib⁹ ante pectus incipit cũ miniſtris Añ. Introibo ad altare dei. Miniſtri. ℞. Ad Deum qui lætificat iuuẽtutem meam. Poſtea alternatim cum miniſtris dicit ſequentem pſalmũ.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta: ab hoĩe iniquo & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei, ad deum qui lętificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus deus meus: quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in deo qm̃ adhuc cõfitebor illi, ſalutare vultus mei, & de⁹ me⁹.

Gloria patri, & filio, & ſpũi ſancto.

Sicut erat in principio, &c.

Repetit cũ miniſtris antiphonam. Introibo ad altare Dei. ℞. Ad Deũm qui lætificat iuuentutem meã. Signat ſe dicens. ℣. Adiutorium nr̃um in noĩe domini. ℞. Qui fecit cœlũ & terram. Deinde iunctis manibus inclinat⁹ facit confeſſionem: In miſſis defunctorũ & in miſſis dñica Paſſionis vſq; ad Sabbatum ſanctũ incluſiue in miſſis de tẽpore omittitur pſal. Iudica. cum Gloria pa. & repetitione Añe, ſed dicto In nomine patris. Introibo. & Adiutorium. fit confeſſio vt ſequitur.

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Marię ſemper virgini: beato Michaeli archangelo: beato Ioanni Baptiſtæ: ſanctis apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis, cogitatione, verbo, & opere: percutit ſibi pectus dicens, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper virginem: beatum Michaelem archangelum: beatum Ioannẽ Baptiſtam: ſanctos apoſtolos Petrum & Paulum: omnes ſanctos, & vos fratres, orare pro me ad dominum Deum noſtrũ. Miniſtri reſpondent.

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis oĩb⁹ pc̃tis tuis, perducat te ad vitam æternam. Sacerdos dicit. Amen. Deinde miniſtri repetunt Confeſſionem, & vbi à ſacerdote dicebatur. Vobis fratres, & Vos fratres. à mi-

niſtris dicitur, **Tibi pater & Te pater.** Poſtea Sacerdos iunctis manibus facit abſolutionẽ, dicens.

M Iſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis oĩbus pctĩs vſis, perducat vos ad vitã ęternã. ℞. **Am.**

Signat ſe ſigno Crucis, dicens.

I Ndulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorũ noſtrorum tribuat nobis omnipotens, & miſericors dominus. ℞. **Amen.** Inclinatus proſequitur, ℣. **Deus tu cõuerſus viuificabis nos.** ℞. **Et plebs tua lætabitur in te.** ℣. **Oſtende nobis domine miſericordiam tuam,** ℞. **Et ſalutare tuum da nobis.** ℣. **Domine exaudi orationem meam.** ℞. **Et clamor meus ad te veniat.** ℣. **Dñs vobiſcum.** ℞. **Et cum ſpũ tuo.** Aſcendẽs ad altare dicit. **O remus.**


A Vfer à nobis, quæſumus domine, cunctas iniquitates noſtras: vt ad ſancta ſanctorum, puris mereamur mentibus introire. Per Chriſtũ dominũ no. Amẽ. Manib⁹ iunctis ſuper altare inclinatus dicit.

O Ramus te domine per merita ſanctorum tuorum oſculatur altare dicens, **quorum reliquię hic ſunt, & omnium ſanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.** In miſſa ſolemni, Celebrans antequam legat Introitum, benedicit incenſum, dicens, **Ab illo bene dicaris, in cuius honore cremaberis. Am.** Et accepto thuribulo à Diacono, incẽſat altar dicẽs.

D irigatur domine oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo: elevatio manuum mearũ ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circũſtantiæ labijs meis. Vt non declinet cor meum in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in pctĩs. Deinde diaconus recepto thuribulo à celebrante incenſet illum tantũ. Poſt celebrãs ſignãs ſe ſigno crucis, & incipit Introitũ, quo finito, iunctis manib⁹ alternatim cũ miniſtris, dicit.


K Yrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon. C hriſte elei. Chriſte elei, Chriſte eleiſon. K yrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon.

Poſtea ad medium altaris ... & iungens manus, ... tulum inclinans, dicit, ſi ... eſt. G **loria in excelſis Deo,** & ... proſequitur iunctis manibus, ... dicit. **A doramus te, & I eſu Chriſte.** & **S uſcipe deprecationem.** inclinat caput & in fine dicens. **C ũ ſcõ ſpũ,** ſignat ſe. In dupl. & ſolẽnidiebus.




G lo ria in excelſis Deo.

In miſſis beatæ Mariæ.




G lo ria in excelſis Deo.

In Dominicis feſtis ſemidup. & infra octauas, quæ nõ ſunt B. Marię.



G loria in excelſis Deo.

In feſtis ſimplicibus.



GLo ri a in excelſis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus rex cœleſtis, Deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine Deus Agnus Dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtrā. Qui ſedes ad dexteram patris, miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus. Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte. Cum ſancto ſpiritu, in gloria Dei patris. Amen. Sic dicitur. Gloria in excelſis Deo, etiam in miſſis beatæ Mariæ. Deinde oſculatur altare in medio, & verſus ad populum dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. poſtea dicit. Oremus. Deinde Orationes, vnam aut plures: ſequitur. Epiſtola, Graduale, Alleluia, & Tractus, vel Sequentia, vt tempus poſtulat. His finitis, ſi eſt miſſa ſolemnis, Diaconus deponit librum euangeliorum ſuper altare, & benedicto incenſo, vt ſupra, genuflexus, manibus iunctis ante medium altaris, dicit.


MVnda cor meum, ac labia mea oīpotēs Deus: qui labia Iſaiæ prophetę calculo mundaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare, vt ſanctum euangelium tuum digne valeam nunciare. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde accipit librum, & rurſus genuflexus petit benedictionem à ſacerdote dicens: Iube domne benedicere. Sacerdos reſpondet.

DOminus ſit in corde tuo & in labijs tuis, vt digne & competenter annuncies euangelium ſuum: in nomine patris, & filij, ✠ & ſpiritus ſancti.

Deinde accepta benedictione oſculatur manum ſacerdotis: & cum alijs miniſtris, incenſo, & luminaribus, accedens ad locum euangelij, ſtans iunctis manibus dicit. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Pronuncians Sequentia ſancti euangelij ſecundum N. pollice dextræ manus ſignat librū Euangelij, deinde frontem, labia, & pectus: & dum miniſtri reſpondent. Gloria tibi domine. incenſat ter librum, poſtea dicit euangelium iunctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librum ſacerdoti qui oſculatur euangelium, dicens: Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta: deinde à diacono ſacerdos incenſatur. Si verò ſacerdos ſine Diacono, & Subdiacono, celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, ſtans ad medium altaris iunctis manibus, & inclinatus dicit: Munda cor meum, & Iube domne benedicere, vt ſupra. &

Dñs ſit in corde meo & in labijs meis: vt digne & competenter annunciem euangelium ſuum. Deinde ad librum conuerſus iunctis manibus dicit ℣. Dñs vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. & pronũcians. Initium, ſiue Sequentia ſancti euã gelij. &c. ſignat ſe, & legit euangelium, vt dictum eſt. Quo finito, reſpõdent miniſtri. Laus tibi Chriſte. & ſacerdos oſculatur euangelium, vt ſupra. In miſſis defunctorum dicitur. Munda cor meum: ſed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec oſculatur liber. Deinde ad medium altaris extendens, & iungens manus, dicit, ſi dicendũ eſt. Credo in vnum Deum: & proſequitur iunctis manibus. Quando autem ventum eſt ad illud. Et incarnatus eſt. genuflectit vſque cum dicitur. Crucifixus. In fine ad Et vitam venturi, ſignat ſe ſigno crucis.



Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos hoĩes, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine: & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſ͠m ſcripturas. Et aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni nõ erit finis. Et in ſpiritum ſanctum domi[illegible]ificantem: qui ex patre filio[illegible] procedit. Qui cum patre & [illegible] ſimul adora[illegible] glorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnã ſanctã catholicã & apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnũ baptiſma in remiſſionẽ peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitã venturi ſæculi. Amen. Deinde [illegible] altare: & verſus populum dicit ℣. Dñs vobiſcũ. ℞. Et cũ [illegible]itu tuo. Poſtea dicit. Oremus, [illegible] Offertoriũ. Quo dicto, ſi eſt Miſſa ſolẽnis, diaconus porrigit celebranti patenã cum hoſtia: ſi priuata, ſacerdos ipſe accipit patenã cũ hoſtia, quã offerẽs dicit.

Suſcipe, ſancte pater, omnipotens, æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiam: quã ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo, & vero, pro innumerabilibus peccatis, & offenſionibus, & negligentijs meis, & pro omnibus circũſtantibus, ſed & pro omnibus fidelibus Chriſtianis viuis atque defunctis: vt mihi & illis proficiat ad ſalutem in vitam æternam. Amen.

Deinde reponit hoſtiam ſuper corporale, miniſtrat diaconus vinum, ſubdiaconus aquam in calice: vel, ſi priuata eſt Miſſa, vtrũque infundit ſacerdos, & aquam miſcendam

in

in calice benedicit dicens. Oratio.

DEus, qui humanæ ſubſtantiæ dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquę & vini myſterium, eius diuinitatis eſſe cõſortes, qui humanitatis noſtræ fieri dignatus eſt particeps, Ieſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecũ. &c. In Miſſis pro defunctis dicitur prædicta oratio: ſed aqua nõ benedicitur. Accipiens calicem, offert dicẽs.

OFferimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecãtes clementiam: vt in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ pro noſtra & totius mũdi ſalute cum odore ſuauitatis aſcendat. Amẽ. Deinde poſito calice ſup corpale, & palla cooperto, iũctis manib⁹ aliquãtulũ inclinatus dicit.

IN ſpiritu humilitatis, & in animo cõtrito ſuſcipiamur à te domine: & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus. Erectus expandit manus, eaſque in altum porrectas iungens, eleuatis ad cœlum oculis, & ſtatim demiſſis, dicit.

VEni ſanctificator, omnipotẽs ęterne Deus: benedicit oblata proſequendo, & bene ✠ dic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini pręparatum. Poſtea, ſi ſolemniter celebrat, benedicit incenſum, dicens.

PEr interceſſionẽ beati Michaelis archangeli ſtantis à dextris altaris incẽſi, & omnium electorum ſuorum, incenſum iſtud dignetur dominus bene ✠ dicere, & in odorem ſuauitatis accipere. Per Chriſtum do. Amẽ. Et accepto thuribulo à diacono incẽſat oblata, dicens.

INcenſum iſtud à te benedictum, aſcendat ad te domine: & deſcẽdat ſuper nos miſericordia tua.

Deinde incenſat altare, dicens.

DIrigatur domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circũſtantię labijs meis. Vt non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes ĩ peccatis. Dũ reddit thuribulum diaco. dicit.

ACcendat in nobis dominus ignem ſui amoris, & flammam ęternæ caritatis. Amen.

Poſtea incenſatur ſacerdos à diacono, deinde alij per ordinẽ. Interim ſacerdos lauat manus, dicens. ps.

LAuabo inter ĩnocentes manus meas: & circundabo altare tuũ domine. Vt audiam vocem laudis: & enarrem vniuerſa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriæ tuę. Ne perdas cum impijs animam meam: & cum viris ſanguinum vitã meam. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, & miſerere mei. Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nũc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

In miſſis pro defunctis, & tempore Paſſionis in Miſſis de tempore, omittitur. Gloria patri. Deinde ad medium altaris, & aliquantulum inclinatus, iunctis manibus dicit.


SVſcipe, Sancta Trinitas, hãc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis Ieſu Chriſti domini noſtri: & in honore beatæ Marię ſemper virginis, & beati Ioãnis Baptiſtę, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & iſtorũ, & omnium ſanctorũ: vt illis proficiat ad honorẽ, nobis autẽ ad ſalutem: & illi pro nobis intercedere dignẽtur in cęlis, quorũ memoriam agimus in terris. Per eũdẽ. ℞. Amẽ. Poſtea oſculat altare, & verſus ppl'm dicit.

ORate fratres: vt meum ac veſtrum ſacrificium, acceptabile fiat apud Deum, patrem omnipotentem. Circunſtantes reſpondent: alioquin ipſemet ſacerdos.


SVſcipiat dñs ſacrificium de manibus tuis vel meis, ad laudẽ & gloriam nominis ſui: ad vtilitatem quoq; noſtrã, totiuſq; eccleſię ſuæ ſanctę. Amen. Deinde manibus extentis abſolute ſubiungit orationes ſecretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad concluſionem, clara voce dicit. Per oĩa ſecula ſclorum. cum Pręfatione, vt in ſequentibus. Pręfatio incipitur ambabus manibus poſitis hinc inde ſuper altare: quas aliquãtulum eleuat, cũ dicit. Surſum corda. Iungit manus, & caput inclinat, cum dicit. Gratias agamus domino Deo noſtro. Deinde diſiungit manus & diſiunctas tenet vſq; ad finem Pręfationis, & iterũ iungit cũ dicit. Sanctus. &c.


PRÆFATIONES IN CANTV SOLEMNI.

¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur à Natiuitate Domini, vſque ad Epiphaniam: Et in Purificatione Beatæ Marię virginis: Et in feſto Corporis Chriſti, & per octauam.



Vere


V e re dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſa lu ta re: nos ti bi
ſemper & vbique grati as age re, domine ſancte, pater om-
nipotens, ę terne Deus. Quia per incarnati verbi my-
ſterium, noua mẽtis noſtrę ocu lis lux tuæ clari ta tis infulſit.
Vt dũ vi ſi bi li ter Deum cognoſcimus, per hũc in in ui ſi bi-
lium amorem rapiamur. Et ide o cũ Angelis & Archãge-
lis, cũ Thronis & Dominati onibus, cũq; omni militia cœle-




ſtis exercitus, hymnū gloriæ tuæ canim⁹, ſine fine dicentes.


Infra actionem.

Communicantes, & diem vel noctem ſacratiſſimam, vel ſacratiſſimum celebrantes: qua, vel quo beatę Mariæ intemerata virginitas, huic mundo edidit ſaluatorem: Sed & memoriam venerantes, in primis eiuſdem glorioſæ ſemperq; virginis Mariæ genitricis eiuſdem Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti. In prima Miſſa duntaxat dicitur noctem ſacratiſſimam. Deinde ſemper dicitur diem ſacratiſſimum. vſque ad octauam Natiuitatis Domini incluſiuè, & non vltra.


¶ Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Epiphania Domini & per octauam.




Per omnia ſæcula ſecu lorum. ℞. Amē. ℣.



Dominus vobiſcū. ℞. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℞.




Habemus ad dominū. ℣. Gratias aga mus domino Deo



noſtro. ℞. Dignum & iuſtum eſt.

Prefatio.

Vere


Vere dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſalu tare: nos tibi ſemper &
vbique gratias agere, dominė ſancte, pater omnipotens,
ę terne Deus. Quia cũ vni genitus tuus in ſubſtantia noſtræ
mortali tatis appa ruit, noua nos immortalitatis ſuę luce
reparauit. Et ideo cum Angelis & Archangelis, cũ Thronis &
Domina tio nibus, cumq; omni mili tia cœleſtis exer-
citus, hymnũ glorię tuę canimus, ſi ne ſi ne dicentes.

Infra actionem.


COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua, tecum gloria coæternus in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſę ſemperque virginis Mariæ, genitricis eiuſdem Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti: Sed & beatorum Apoſtolorum, ac martyrum tuorum Petri & Pauli, & cætera.

Et dicitur per totam octauam.


¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in dominicis Quadrageſimę, & in feſtis dupli. & ſemiduplicib. in ea occurrentibus, vſque ad dominicam Paſſionis, niſi in feſtis propria aſſignetur.




æterne


æ terne Deus, Qui corporali ieiu nio vi ti a comprimis
mentem eleuas, virtutem largiris & prȩmia: per Chriſtum
dominum noſtrũ. Per quē maieſtatē tuam laudant An ge li,
adorant Dominati ones, tremunt Poteſtates. Cœli cœlorum-
que virtutes, ac bea ta Seraphim, ſo cia exul ta ti o ne
concelebrant. Cũ quibus & noſtras voces vt admitti iubeas de-
precamur, ſup pli ci confeſſio ne dicentes.

¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Dominica Paſſionis, in Dominica Palmarum, in Feria quinta in Cœna domini, & in feſtis duplicib.& ſemiduplicibus, eo tempore occurrentibus, niſi in feſtis propria aſſignetur: Et in ſolemnitatibus ſanctæ Crucis.





conſtituiſti


conſtitui ſti: vt vnde mors ori ebatur, inde vi ta reſur-
geret: & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur: per
Chriſtum dominum noſtrum. Per quē maieſtatem tuam lau-
dant Ange li, adorant Dominati ones, tremunt Pote-
ſtates. Cœli cœlorumq; virtutes ac bea ta Seraphim, ſo-
cia exulta tio ne cōcelebrant. Cū quibus & noſtras voces vt
admitti iubeas deprecamur, ſuppli ci confeſſio ne dicentes.

¶ Sequens

¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur à vigilia Paſchæ vſque ad octauam: & in Dominicis vſq; ad Aſcenſionem: & in feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus, eo tempore occurrentibus, niſi propria in feſtis aſſignetur. Et in miſſa ſabbati ſancti dicitur. **In hoc potiſſimũ nocte.** In die Paſchę vſque ad ſabbatum in Albis incluſiuè dicitur. **In hac potiſſimum die.** Deinceps dicitur. **In hac potiſſimum.**






Infra actionem.


COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes Reſurrectionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſm carnem. Sed & memoriam venerantes in primis, glorioſæ ſemperque virginis Mariæ, genitricis eiuſdẽ Dei & Dñi noſtri Ieſu Chri: Sed & beatorũ Apłorũ ac martyrum tuorum. &c. Sequitur

Hanc igitur oblationem ſeruitutis nr̃æ: ſed & cunctæ familiæ tuę,quã tibi offerimus, pro his quoq; quos regenerare dignatꝰes ex aqua,& Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionẽ, oĩum pcõrũ: q̃s dñe,vt placatꝰ,&c. Sic dicitur à vig. Paſche vſq; ad ſabbatũ in Albis incluſiuè,& nõ vltra.


¶ Sequens Præſatio cum ſuo cantu dicitur à die Aſcenſionis,vſq; ad vigiliam Pentecoſtes excluſiuè,& in feſtis tunc occurrentibus.




PEr omnia ſęcula ſęculorũ. ℟. Am̃. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟.




Et cũ ſpiritu tuo. ℣ Surſum corda. ℟ Habemus ad dominũ. ℣.




Gratias agamus domino Deo nr̃o. ℟. Dignũ & iuſtũ eſt. Præfatio.



V e re dignũ & iuſtũ eſt, ęquũ & ſa lu tare: nos tibi ſemper




& vbique gratias age re; domine ſancte, pater omnipotens,



æter ne Deus. Per Chriſtum do minũ noſtrũ. Qui poſt Re-

ſurrectionẽ




Infra actionem.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo dñs noſter vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis nrę ſubſtantiam, in gloriæ tuæ dextera collocauit. Sed & memoriã venerantes, in primis glorioſæ ſemperq; virgi. &c.

Et dicitur per totam octauam.

¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur à vigilia Penteco[illegible] vſq; ad ſequens ſabbatum [illegible]


P
Er omnia ſæcula ſæculorum. ℞. Amen. ℣.
Dominus vobiſcũ. ℞. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda.
Habemus ad dominũ. ℣. Gratias a ga mus domino Deo
noſtro. ℞. Dignum & iuſtum eſt.
e re dignum & iuſtum eſt, æquũ & ſa lu tare: nos tibi
ſemper & vbique grati as age re; domine ſancte, pater om-
nipotens, æter ne Deus. Per Chriſtum dominum noſtrũ.

Qui




Inſra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes: quo Spiritus ſanctus Apoſtolis innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam. &c. Sequitur. Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ: ſed & cunctæ famulę tuę, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: quæſumus domine, vt placatus. &c. Et dicitur vſque ad ſequens Sabbatum incluſiuè.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſto Sanctæ Trinitatis.


M. R. N. O Per



P
Er omnia ſæcu_la ſęculorum. ℟. Amen. ℣.
Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominū. ℣. Gratias agamus domino Deo
noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Pręfatio.
V e re dignū & iuſtū eſt, æquū & ſa lu ta re: nos tibi ſemper
& vbique grati as a gere, domine ſancte, pater omnipotens,
ę terne Deus. Qui cū vnigeni to fi li o tuo, & Spiritu ſancto


vnus eſt Deus, vnus es dominus: Nõ in vnius ſingularita te per-
ſonę, ſed in vnius Trini ta te ſubſtantię. Qđ enim de tua gloria
reuelante te credim', hoc de filio tuo, hoc de Spiritu ſctõ, ſine
differentia diſcretio nis ſentim'. Vt in confeſſione verę ſempiternę-
que dei tatis, & in ꝑſonis ꝓprie tas, & in eſſentia v nitas, & in
maieſtate adoretur ęqualitas. Quā laudāt angeli atq; archāgeli, cheru-
bī quoq; ac Seraphī, ꝗ nõ ceſsāt clamare quotidie vna voce dicētes.


¶ Sequens Præfatio cũ ſuo cãtu dr̃ in feſtis S. Mariæ & per eius octa. (excepto feſto Purificationis, in quo dr̃ de Natiuitate) etiã in feſtis infra eas occurrẽtibus, ſi propriam nõ habuerint, & in Miſſis votiuis de btã Maria in quibus dr̃, **& te in veneratione:** in feſtis aũt dr̃, **& te in Annũciatione,** vel **Viſitatione,** vel **Aſſumptione,** vel **Natiuitate** vel **Conceptione,** ſm denominationẽ feſti: & in feſto ſctẽ Mariæ ad Niues, dr̃, **& te in Feſtiuitate.**




Mariæ ſemper virginis collaudare, benedicere, & prędicare,
Quæ & vnigenitum tuũ ſancti Spiritus obumbratione concepit:
& virgi nita tis gloria permanente, lumen æternum mun-
do ef fudit, Ieſum Chriſtũ dominum noſtrũ. Per quem
maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant Domina tio-
nes, tremunt Pote ſtates. Cœli, cœlorumque virtutes, ac
bea ta Seraphim, ſocia exul tati o ne concelebrant.




Cũ quibus ad noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur, ſup-




plici confeſſio ne dicentes.


¶ Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis Apłorum, & euangeliſtarum, & per octauas eorum, & in feſtis infra eas occurrentibus niſi propria aſſignetur.




Er omnia ſæcu la ſęculorum, ℟. Amen. ℣.



Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.




Habemus ad dominũ. ℣. Gratias a gamus domino Deo




noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.


Pręfatio.



V e re dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſalu tare: Te domine ſup-

pliciter





¶ [illegible] Præfatio [illegible] omnibus [illegible] octauas [illegible] ſemid [illegible] diebus [illegible] [illegible] tur.


Er omnia ſæculā ſæculorum. ℟. Amen. ℣.
Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominū. ℣. Gratias a ga mus domino Deo
noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfatio.
V e re dignum & iuſtum eſt, ęquum & ſa lu tare: nos tibi
ſemper & vbique grati as a gere, domine ſancte, pater om-
nipotens, æ terne Deus. Per Chriſtū dominum noſtrū.


Per



Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cœli, & terra gloria tua.
Oſanna in excelſis.
Benedictus qui venit in noīe dn̄i.
Oſanna in excelſis.

¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus Quadrageſimæ, à quarta feria Cinerum vſque ad ſabbatum ante Dominicam Paſſionis incluſiuè.





Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo
noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfatio.
e re dignū & iuſtū eſt, æquū & ſa lu ta re: nos ti bi
ſemper & vbique grati as a ge re, domine ſancte, pater om-
nipotens, ę terne Deus. Qui corporali ieiu nio viti a com-
primis, mentē eleuas, virtutem largi ris & præmia: Per Chri-
ſtum.





¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus, à dominica Paſſionis vſque ad feriam quintam in cœna domini. Et in miſſis votiuis ſanctæ Crucis.



Dñs



Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiri tu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo
noſtro. ℟. Dignũ & iuſtum eſt.
Præ- fatio.
V e re dignum & iuſtum eſt, æquum & ſa lu tare: nos tibi
ſemper & vbi que gratias age re, domine ſancte, pater om-
nipotens, æterne Deus. Qui ſalutem humani generis
in ligno Crucis conſtitui ſti, vt vnde mors ori eba tur,
inde






¶Sequēs Præfatio cū ſuo cātu dr in diebꝰ ferialibꝰ ab octa. Paſchæ vſq; ad Aſcēſionē dñi: & in feſtis ſimplicibus eo tempore occurrentibus.




Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominũ. ℣. Gratias a gamus domino Deo
noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfatio.
V e re dignũ & iuſtũ eſt, æquũ & ſa lu ta re: Te quidem
domine omni tempore, ſed in hoc potiſſimum glorio ſi-
us prędi care, cum Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.
Ipſe enim verus eſt Agnus, qui abſtulit peccata mundi.
Qui




¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de Apoſtolis.





Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominū. ℣. Gratias agamus domino Deo
noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfatio.
Vere dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare: nos tibi
ſemper & vbique gratias agere, domine ſancte, pater om-
nipotens, æterne Deus. Qui cū vnigenito filio tuo,
& Spiritu ſancto, vnus es Deus: vnus es Dominus:



Nõ in vnius ſingulari ta te perſonę, ſed in vnius Trinitatę ſub-
ſtantiæ. Quod enim de tua glori a reue lante te credimus,
hoc de fi li o tuo, hoc de Spiritu ſancto, ſine diffe rentia
diſcretio nis ſentimus: vt in confeſſio ne verę, ſempiter-
næque deitatis, & in perſonis proprietas, & in eſſen ti a
vnitas, & in maie ſta te ado re tur ęqua litas.
Quam laudant An ge li atque Archange li, Cheru-
M. R. N. P bim






¶Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in miſſis votiuis de Spiritu Sancto.











Pręfatio





ſemper & vbique gratias agere; domine ſancte, pater om-
nipotens, æterne Deus, Per Chriſtũ dominũ noſtrum.
Qui aſcendens ſuper omnes cœlos, ſedensque ad dexte-
ram tuam, promiſſum Spiritum ſanctũ in fi lios ado-
ptio nis effu dit. Qua propter profu ſis gaudijs, totus
in orbe terrarum mundus exul tat. Sed & ſuper nę vir-
tutes, atque Ange li cę pote ſtates, hymnũ gloriæ tuæ


¶ Sequens præfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de Sancta Trinitate.








¶ Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis ſimplicibus, & diebus ferialibus, vbi propria nõ habetur.



P
Er omnia ſecu la ſe culorum. ℟. Amen. ℣.
Dominus vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad dominũ. ℣. Gratias a gamus domino Deo
noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.
Præfatio.
V e re dignum & iuſtum eſt, æquum & ſa lu tare: nos tibi
ſemper & vbi que gratias age re, domine ſancte, pater om-
nipotens, æter ne Deus. Per Chriſtũ dominum noſtrum.

Per




Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus ſabaoth.
Pleni ſunt cœli, & terra gloria tua.

Oſanna in excelſis.
Benedictus qui venit in nomine domini.
Oſanna in excelſis.


I·N·R·I

¶ Sacerdos extendens, & iungens manus, eleuans ad cœlum oculos & ſtatim demittens, inclinatus ante altare dicit.



TE igitur clementiſſime pater, per Ieſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus ac petimus. Oſculatur altare, Vti accepta habeas, & benedicas, Signat ter ſuper oblata Hęc. ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſancta ſacrificia illibata. Extenſis manibus proſequitur. In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica: quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarũ: vna cũ famulo tuo Papa noſtro N & Antiſtite nr̃o N & oĩbus orthodoxis, atq; Catholicæ, & Apoſtolicę fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

MEmento domine famulorũ, famularumque tuarum N. iungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde extenſis manibus proſequitur. Et omnium circunſtatium: quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis: pro ſe, ſuiſq; oĩbus: pro redẽptione aĩarũ ſuarũ: pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ: tibiq; reddũt vota ſua ęterno Deo viuo & vero.

Infra actionem.

COmmunicãtes, & memoriam venerãtes: in primis glĩoſæ ſemperque virginis Marię genitricis Dei, & dñi nr̃i Ieſu Chr̃i: Sed & btõrũ Apl̃orũ, ac martyrũ tuorũ, Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioãnis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthęi, Simonis, & Thadæi: Lini, Cleti, Clementis, Xiſti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Ioãnis & Pauli, Coſmę & Damiani, & oĩum ſctõrũ tuorũ: quorũ meritis, ꝑcibuſque cõcedas: vt in oĩbus protectionis tuæ muniamur auxilio. iungit manus. Per eundẽ Chriſtũ do. Am. Tenẽs man⁹ extẽſas ſup oblata dicit

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ, ſed & cũctę familię tuæ, q̃ſumus dñe, vt placatus accipias: dieſq; nr̃os in tua pace diſponas, atq; ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorũ iubeas grege numerari. iungit manus. Per Chriſtũ dñm noſtrũ. Amen.

QVam oblationẽ tu Deus in oĩbus q̃s, ſignat ter ſuper oblata bene ✠ dictã, aſcri ✠ ptã, ra ✠ tã, rationabilẽ, acceptabilẽq; facere digneris, Signat ſemel ſuper hoſtiã, & ſemel ſup calicẽ, vt nobis cor ✠ pus, & ſã ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui, iungit man⁹. Dñi noſtri Ieſu Chr̃i.

QVi pridie, quã pateret, accipit hoſtiam. accepit panẽ in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, eleuat oculos ad cœlũ. Et eleuatis oculis in cœlũ ad te Deum patrem ſuũ omnipotentem, tibi gratias agens, ſignat ſuper hoſtiam bene ✠ dixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens, accipite & manducate ex hoc oẽs.

Tenēs ambabus manibus hoſtiam: profert verba conſecrationis diſtincte, ſecrete, & attente.

Hoc eſt enim corpus meum.

Prolatis verbis conſecrationis, ſtatim hoſtiam conſecratam genuflexus adorat, ſurgit, oſtendit populo, reponit ſuper corporale: iterum adorat, & non diſiungit pollices & indices, niſi quando hoſtia tractanda eſt, vſq; ad ablutionem digitorum. Tunc detecto calice dicit.

Simili modo poſtquam cœnatum eſt, ambabus manibus accipit calicem. **accipiens & hunc præclarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, item tibi gratias agens,** ſiniſtra tenens calicem, dextra ſignat ſuper eum. **Bene ✠ dixit, deditque diſcipulis ſuis, dicens. Accipite, & bibite ex eo omnes.**

Profert verba conſecrationis ſuper calicem, tenens illum parū eleuatū.

Hic eſt enim calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti: myſterium fidei: qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Prolatis verbis conſecrationis, deponit calicem ſuper corporale, [redacted] ~~dic populo~~, dicens. **Hęc quotieſcūque feceritis, in mei memoriā facietis,** Deponit, cooperit, & iterū adorat. Deinde diſiunctis manib' dicit.

Vnde & memores domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, eiuſdem Chriſti filij tui Domini noſtri, tam beatæ paſſionis, necnon & ab inferis Reſurrectionis, ſed & in cœlis glorioſę Aſcenſionis, offerimus præclaræ maieſtati tuæ, de tuis donis ac datis, ſignat ter ſuper hoſtiam & calicem ſimul **hoſtiam ✠ puram, hoſtiam ✠ ſanctam, hoſtiam ✠ immaculatam;** ſignat ſemel ſuper hoſtiam, & ſemel ſuper calicem, **panem ✠ ſanctum vitæ æternę, & calicem ✠ ſalutis perpetuæ.**

Sextenſis manibus proſequitur.

Supra quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris, & accepta habere: ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahę: & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam, Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.


Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hęc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuę. Vt quotquot oſculatur altare: **ex hac altaris participatione, ſacroſanctum filij tui,** ſignat ſemel ſuper hoſtiam, & ſemel ſuper calicem. **Cor ✠ pus & ſan ✠ guinē ſumpſerimus:** ſeipſum ſignat. **omni bene ✠ dictione cœleſti, & gratia repleamur. Per eundē Chrm do.**

Commemoratio pro Defunctis.

MEmento etiam dñe famulorum famularũq; tuarũ: qui nos pręceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis N. iungit manus, orat aliquantulum pro his defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extenſis manibus proſequitur. Ipſis domine, & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundem Chriſtũ dominũ noſtrũ. Amen. Percutit pectus clara parum voce, dicens.

NObis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis apoſtolis & martyribus: cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cicilia, Anaſtaſia: & omnibus ſanctis tuis. Intra quorum nos cõſortium, non æſtimator meriti, ſed venię, quæſumus, largitor admitte. Per Chrm dñm noſtrum.


PEr quem hæc omnia domine ſemper bona creas: ſignat ter ſuper hoſtiam & calicem ſimul dicens, Sancti ✠ ficas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis, & pręſtas nobis. diſcooperit calicem, genuflectit, accipit ſacramentum dextera, tenens ſiniſtra calicem: ſignat cum hoſtia ter à labio ad labium calicis, dicens. Per ip ✠ ſum, & cum ip ✠ ſo, & in ip ✠ ſo: bis ſignat inter pectus, & calicem. eſt tibi Deo patri ✠ omnipotenti, in vnitate ſpiritus ✠ ſancti, eleuans parum calicem cum hoſtia dicit, omnis honor, & gloria, reponit hoſtiam, cooperit calicem, genuflectit, ſurgit, & dicit.



Iũgit manus.

Extendit manus.

Pater




Sacerdos ſecretè reſpondet. **Amen.**

¶ Supradictus cantus dicitur in duplicibus & ſemiduplicibus feſtis.


¶ Sequens cantus dicitur in feſtis ſimplicibus, & ferialibus diebus.

Per


P Er omnia ſę cu la ſęculorum. ℟ Amen.
Oremus. Prę ce ptis ſa lu ta ribus moni ti, & diui-
na in ſti tu tio ne formati, audemus di ce re.
PAter noſter, qui es in cœlis: ſancti fi ce tur nomen
tuum. Adue niat regnũ tuum. Fiat voluntas tua,
ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrũ quoti dianum
da nobis ho di e. Et dimitte nobis debi ta noſtra ſi-


cut





Sacerdos ſubmiſſa voce dicit. **Amen.** Deinde accipit patenam inter indicem & medium digitos & dicit.

LIbera nos, quæſumus, domine ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris: & intercedente beata & glorioſa ſemper virgine Dei genitrice Maria, & ſanctis Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea cum omnibus ſanctis: ſignat ſe cum patena à fronte ad pectus: **Da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordiæ tuę adiuti, & à peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri.** Submittit patenam, hoſtiæ, diſcooperit calicem, genuflectit, ſurgit, accipit hoſtiam, frangit eam ſuper calicem per medium, dicens. **Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.** Partem quæ in dextera eſt: ponit ſuper patena. Deinde ex parte, quæ in ſiniſtra remanſerat, frangit particulam dicens **Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus.** Aliam mediam partem cum ipſa ſiniſtra ponit ſuper patenam, & dextera tenens particulam paruam ſuper calicem, ſiniſtra calicē, dicit.



Cum ipſa particula ſignat ter ſuper calicem, dicens.



Particulam ipſam imponit in calicem, dicens ſecretè.

H Aec cõmiſtio & conſecratio corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

Cooperit calicẽ, genuflectit, ſurgit, & inclinatus ſacramẽto, iunctis manibus, & ter pectus percutiẽs, dicit

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

A gnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In miſſis pro Defunctis, omiſſo miſerere nobis. dicitur, dona eis requiẽ: & tertio additur ſempiternã. Deinde iunctis manibus inclinatus dicit ſequentes orationes.

D Omine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſiæ tuæ: eamq; ſecundum voluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſęcula ſæculorum. Amen. Si danda eſt pax, oſculatur altare, & dans pacẽ dicit.

P ax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

In miſſis defunctorum non datur pax, neq; dicitur præcedens Oratio.

D Omine Ieſu Chriſte, fili Dei viui, qui ex voluntate patris cooperante Spiritu ſancto, per mortem tuam mundum viuificaſti: libera me per hoc ſacroſanctum corpus & ſanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & vniuerſis malis: & fac me tuis inhærere mandatis, & à te nũquam ſeparari permittas. Qui cum eodem Deo patre & Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

P Erceptio corporis tui Domine Ieſu Chriſte, quod ego indignus ſumere præſumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendã. Qui viuis & regnas cum Deo patre, in vnitate ſpiritus ſan. &c. Amẽ.

Genuflectit, ſurgit, & dicit.

P Anem cœleſtem accipiam, & nomen Domini inuocabo. Accipit ambas partes hoſtię inter pollicem, & indicem ſiniſtræ manus, & patenã inter eũdẽ indicẽ & mediũ, & dextera percutiẽs pect⁹, dicit ter.

D Omine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tãtum dic verbo, & ſanabitur anima mea. Poſtea dextera ſe ſignans cum hoſtia ſuper patena dicit.

C Orpus Dñi noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam. Amen. Sumit ambas partes hoſtiæ, iungit manus, & quieſcit aliquantulum. Deinde diſcooperit calicem, genuflectit, extergit patenã ſuper illum, & dicit.

Q Vid retribuam domino pro omnibus, quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. Accipit Calicem: & eo ſe ſignans dicit.


S Anguis domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam ęternam. Amẽ. Sumit totum ſanguinem cũ particula. Quo ſum-

pto, ſiqui ſunt communicandi: eos communicet, antequam ſe purificet. Poſtea dicit.


QVod ore ſumpſimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum. Interim porrigit calicem miniſtro, qui infundit ei parum vini, quo ſe purificat: deinde proſequitur.

COrpus tuum, domine, quod ſumpſi: & ſanguis quem potaui, adhæreat viſceribus meis: & præſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula: quem pura & ſancta refeeerunt ſacramenta. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. Abluit digitos, & ſumit ablutionem, extergit calicem, & plicato corporali operit more ſolito. Deinde proſequitur Miſſam. Dicto poſt vltimam Orationem. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. dicit. Ite miſſa eſt. vel Benedicamus domino. pro qualitate miſſæ ℟. Deo gratias. In miſſis Defunctorum. Requieſcant in pace. ℟. Amen.


¶ Tempore Paſchali, hoc eſt, à Miſſa Sabbati Sancti vſque ad ſabbatum in Albis incluſiuè.




In feſtis duplicibus.



In Miſſis beatæ Mariæ.




In feſtis ſemidupl. infra octauas, & Dominicis diebus infra annum.



In feſtis ſimplicibus.




In Dominicis diebus tempore Aduentus, & Quadrageſimæ.





In miſſis defunctorum.



Dicto Ite, miſſa eſt, vel **Benedicamus domino,** inclinat ſe ante medium Altaris, & dicit.

PLaceat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meæ: & præſta, vt ſacrificium quod oculis tuæ maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihique, & omnibus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerante propitiabile. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde benedicit populum, dicẽs. **Benedicat vos omnipotens Deus pa ✠ ter, & fi ✠ liꝰ, & Spũs ✠ ſãctꝰ.** In miſſis priuatis ſemel tm̃ benedicit. Deinde in cornu Euãg. dicto, **Dominus vobiſcum, & Initium,** vel, **Sequentia ſancti Euangelij,** ſignans, vt ſuprà in Euangelio, legit Euangelium ſecundum Ioannem. **In principio erat verbum.** vel aliud Euãgelium, vt dictum eſt in Rubricis generalibus.

¶ In miſſis Defunctorum non datur benedictio: ſed dicto **Requieſcant in pace.** dicit **Placeat tibi &c.** Deinde euangelium ſancti Ioannis, vt ſuprà.

¶ Finito Euangelio S. Ioãnis, diſcedens pro gratiarum actione dicit Antiphonam **Trium puerorũ &c.** vt habetur in principio Miſſalis.

DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.

Statio ad S. Mariam Maiorē. Introi.



R Eſurrexi & adhuc tecū ſum, Alleluia: poſuiſti ſuper me manum tuam, Alleluia: mirabilis facta eſt ſcientia tua, Alleluia, alle
Pſal. 138. luia. Pſalmus. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam: & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto, &c. Oratio.

D Eus qui hodierna die, per vnigenitum tuum, æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ preueniendo aſpiras, etiam adiuuando proſequere. Per eundem dominum noſtrum. Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
1.c.5 li ad Corinthios.

F Ratres. Expurgate vetus fermētum: vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur, non in fermento veteri: neque in fermento malitiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Graduale.
Pſal. 117. Hec dies quam fecit dominus, exultemus, & letemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniā bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius, Alleluia, alleluia. ℣. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Sequentia.

V Ictimę paſcali laudes immolent Chriſtiani. Agnus redemit oues: Chriſtus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors, & vita, duello conflixere mirando: dux vitæ mortuus regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidiſti in via? Sepulcrum Chriſti viuentis: & gloriam vidi reſurgentis. Angelicos teſtes, ſudarium, & veſtes. Surrexit Chriſtus ſpes mea: præcedet vos in Galilęa. Scimus Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis vere: tu nobis victor rex miſerere. Amen. Allā. Sequentia dicitur vſque ad ſabbatum in albis incluſiuè. Sequentia ſancti euang. ſecundum Marcum.



I N illo tempore, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata: vt venientes vngerēt Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum orto iam ſole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris: coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauſcere. Ieſum quæritis Na- c.16.

zarenum crucifixum : ſurrexit, nõ
eſt hic : ecce locus , vbi poſuerunt
eum. Sed iſta,dicite diſcipulis eius,
& Petro;quia præcedet vos in Gali-
leam . Ibi eum videbitis: ſicut dixit
vobis . Credo. Offert. Terra tre-
muit,& quieuit,dum reſurgeret in
iudicio Deus, Alleluia . Secreta.

SVſcipe , quæſumus dñe preces
populi tui cũ oblationibus ho-
ſtiarum:vt paſchalibus initiata my
ſterijs, ad æternitatis nobis medelã
te operante proficiant . Per domi.
Præfatio , & Communicantes. vt
1.co. ſup. fol. 245. Cõio. Paſcha noſtrũ
5. immolatus eſt Chriſtus, alla : itaq;
epulemur in azymis ſinceritatis &
veritatis.Alla.alla, alla. Poſtcõio.

SPiritum nobis domine tuæ ca-
ritatis infunde : vt quos ſacra-
mentis paſchalibus ſatiaſti, tua ſa-
cias pietate concordes . Per domi-
num. in vnitate eiuſdẽ. Poſt Dñs
vobiſcũ. dicitur Ite miſſa eſt, alla,
alla. ℟. Deo gratias, alla, alla. Sic
dr̃ vſq; ad ſabbatũ ĩ albis ĩcluſiuẽ.

¶ Infra octauam paſchæ non fit de
aliquo feſto duplici vel ſemidupli-
ci, ſed poſt octauam celebratur. De
ſimplici autem fit tantum comme
moratio poſt triduum .

¶ Feria ij. Statio ad ſanctum Pe-
trum . Introitus .

Pſal. INtroduxit vos dominus
77. in terrã fluentem lac &
mel , Alleluia : & vt lex
domini ſẽper ſit in ore
veſtro, Alleluia, alleluia.
Pſal. Confitemini domino, & in-
uocate nomen eius: annũciate in-
ter gentes opera eius . ℣. Gloria pa
tri , &c. Oratio .

DEus qui ſolennitate paſchali
mundo remedia contuliſti ,
populum tuum, quęſumus,cæleſti
dono proſequere : vt & perfectam
libertatem conſequi mereatur : &
ad vitam proficiat ſempiternam .
Per dominum noſtrum Ieſum .
Lectio Actuum Apoſtolorum .

IN diebus illis:Stans Petrus in me c.10.
dio plebis, dixit. Viri fratres, vos
ſcitis quod factum eſt verbum per
vniuerſam Iudęã: incipiens enim a
Galilæa, poſt baptiſmũ quod præ-
dicauit Ioannes,Ieſum a Nazareth,
quomodo vnxit eum deus ſpiritu
ſancto & virtute: qui pertranſijt be
nefaciendo, & ſanando omnes op
preſſos a diabolo : quoniam Deus
erat cum illo . Et nos teſtes ſumus
omnium quæ fecit in regione Iu
dæorũ & Ieruſalem: quem occide-
runt ſuſpendentes in ligno . Hunc
deus ſuſcitauit tertia die, & dedit
eum manifeſtum fieri , non omni
populo:ſed teſtibus præordinatis a
Deo, nobis qui manducauimus &
bibimus cum illo poſtquam ſurre
xit a mortuis.Et præcepit nobis prę
dicare populo & teſtificari : quia
ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo,
iudex viuorum , & mortuorum .
Huic omnes prophetæ teſtimoniũ
perhibent , remiſſionem peccato-
rum accipere per nomen eius,om-
nes qui credunt in eum . Gradua.
Hęc dies, quam fecit dominus : e- Pſal.
xultemus & lætemur in ea . ℣. Di- 117.
cat nũc Iſrael qm̃ bonus,qm̃ in ſę-
culũ miſericordia eius . Alla, alla.
℣. Angelus domini deſcẽdit de cę-
lo : & accedens reuoluit lapidem ,
& ſedebat ſuper eum . Sequentia.

Victimæ paſchali, cũ Alla in fine.
Seq. ſancti euange. ſecundũ Lucã.
IN illo tẽpore: Duo ex diſcipulis
Ieſu ibãt ipſa die in caſtellũ, qđ
erat ĩ ſpatio ſtadiorũ ſexaginta
ab Ieruſalẽ, noĩe Emaꝰ. Et ipſi
loquebãtur adinuicẽ de his oĩbus,
quę acciderãt. Et factũ eſt, dũ fabu
larẽtur & ſecũ q̃rerent, & ipſe Ieſus
appropinquans ibat cũ illis. Oculi
aũt eorũ tenebãtur, ne eũ agnoſce
rent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſer-
mones, quos confertis ad inuicem
ambulantes, & eſtis triſtes? Et reſpõ
dens vnus, cui nomẽ Cleophas, di-
xit ei. Tu ſolus peregrinus es in Ie-
ruſalẽ, & non cognouiſti quæ facta
ſunt in illa, his diebus? Quibus ille
dixit. Quæ? Et dixerunt. De Ieſu Na-
zareno, qui fuit vir propheta, potẽs
in opere & ſermone coram deo &
omni populo. Et quomodo tradi-
derũt eũ ſummi ſacerdotes & prin
cipes noſtri in damnationem mor
tis: & crucifixerunt eũ. Nos aũt ſpe-
rabamus, quia ipſe eſſet redẽpturꝰ
Iſrael. Et nunc ſuper hęc oĩa, ter-
tia dies eſt hodie, qđ hęc facta ſunt.
Sed & mulieres quædã ex noſtris,
terruerunt nos, quæ ante lucẽ fue-
runt ad monumentũ, & nõ inuen
to corpore eius, venerunt, dicentes
ſe etiam viſionẽ angelorũ vidiſſe,
qui dicũt eũ viuere. Et abierũt qui-
dam ex noſtris ad monumentũ: &
ita inuenerũt, ſicut mulieres dixe-
runt: ipſũ vero nõ inuenerũt. Et ip-
ſe dixit ad eos. O ſtulti, & tardi cor
de ad credẽdũ in oĩbus quæ locuti
ſunt prophetæ. Nõne hęc oportuit
pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriã
ſuam? Et incipiẽs à Moyſe & omni
bus prophetis, interpretabatur illis
in omnibus ſcripturis quę de ipſo
erant. Et appropinquauerũt caſtel-
lo quo ibant: & ipſe finxit ſe lõgius
ire. Et coegerunt illũ dicẽtes. Mane
nobiſcum, q̃m adueſperaſcit, & in-
clinata eſt iã dies. Et intrauit cũ il-
lis. Et factum eſt, dũ recumberet cũ
illis, accepit panem, & benedixit, ac
fregit, & porrigebat illis. Et aperti
ſunt oculi eorũ, & cognouerũt eũ,
& ipſe euanuit ex oculis eorũ. Et di
xerunt ad inuicẽ, Nõne cor noſtrũ
ardẽs erat in nobis, dũ loqueretur
in via, & aperiret nobis ſcripturas?
Et ſurgẽtes eadẽ hora regreſſi ſunt
in Ieruſalẽ: & inuenerũt congrega-
tos vndecim, & eos qui cum ipſis e
rãt, dicẽtes: quia ſurrexit dñs vere, &
apparuit Simoni. Et ipſi narrabant
quę geſta erãt in via: & quomodo
cognouerũt eũ in fractione panis.
Credo. Offert. Angelus dñi deſcẽ
dit de cęlo, & dixit mulieribꝰ: quẽ
q̃ritis, ſurrexit, ſicut dixit. Alla. Secr.
SVſcipe quæſumus dñe, preces Mat. 28.
populi tui cũ oblationibus ho-
ſtiarũ: vt paſchalibꝰ initiata myſte-
rijs, ad æternitatis nobis medelã te
operãte proficiant. Per do. Cõio.
Surrexit dominus, & apparuit Pe-
tro, Alleluia. Poſtcommunio.
SPiritum nobis dñe tuę caritatis Luc. 24.
infunde: vt quos ſacramẽtis pa
ſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate
cõcordes. Per do. in vnit. ¶Feria iij.
Statio ad ſanctum Paulum. Introi.
AQua ſapientiæ potauit eos,
Alleluia: firmabitur in il-
lis, & non flectetur, Allelu-
ia: & exaltauit eos in æter
num. Alleluia, alla. Pſalmus.

Pſal. 104. Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam nouo ſemper fœtu multiplicas: concede famulis tuis: vt ſacramentum viuẽdo teneant, quod fide perceperunt. Per dominum noſtrum.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

c.13. IN diebus illis. Surgens Paulus, & manu ſilentium indicẽs, ait. Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent deũ: vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitant Ieruſalem, & principes eius ignorantes Ieſum, & voces ꝓphetarũ, quæ per omne ſabbatũ leguntur, iudicãtes impleuerunt: & nullã cauſam mortis inuenientes ĩ eo petierũt à Pilato, vt interficerẽt eũ. Cũque cõſummaſſent oĩa quę de eo ſcripta erãt: deponentes eũ de ligno poſuerunt eum in monumẽto. Deus aũt ſuſcitauit eum à mortuis tertia die. Qui viſus eſt per dies multos his, qui aſcẽderãt ſimul cũ eo de Galilęa in Ieruſalẽ: qui vſq; nunc ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quę ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam hanc deus adimpleuit filiis veſtris, reſuſcitãs Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Gradua.

Pſal. 117. Hæc dies quã fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea. ℣. Dicant nũc qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit dñs de ſepulcro, qui pro nobis pepẽdit in ligno. Sequẽtia. Victimę paſchali.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore. Stetit Ieſus in medio diſcipulorũ ſuorũ, & dixit eis. Pax vobis. Ego ſum, nolite timere. Conturbati vero & conterriti, exiſtimabant ſe ſpirimm videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes meos: qa ego ipſe ſum. Palpate & videte: quia ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere. Et cũ hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Adhuc aũt illis nõ credẽtibus, & mirãtibus præ gaudio, dixit. Habetis hic aliqd qđ mãducet? At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi, & fauũ mellis. Et cũ mãducaſſet corã eis, ſumẽs reliqas dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc ſunt ꝟba q̃ locut⁹ ſum ad vos: cũ adhuc eſſem vobiſcum: qm̃ neceſſe eſt impleri oĩa q̃ ſcripta ſunt ĩ lege Moyſi, & ꝓphetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas. Et dixit eis. Qm̃ ſic ſcriptũ eſt: & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tetia: & p̃dicari ĩ noĩe eius pęnitẽtiã & remiſſionẽ peccatorũ in oẽs gẽtes. Credo. Offerto. c.10.

Intonuit de cęlo dñs: & altiſſim⁹ dedit vocem ſuã: & apparuerunt fontes aquarum, Alleluia. Pſal 17.

Vſcipe domine fidelium preces cũ oblationibus hoſtiarum: vt ꝑ hęc piæ deuotionis officia, ad cę-

leſtem gloriam tranſeamus. Per do
minum noſtrũ Ieſum Chriſtum.
Col. 3. Communio. Si conſurrexiſtis cũ
Chriſto, quę ſurſum ſunt quærite,
vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſe-
dens, Alleluia: quæ ſurſum ſunt ſa
pite, Alleluia. Poſtcommunio.
Concede, quæſumus, omnipo-
tens deꝰ: vt paſchalis perceptio
ſacramenti, cõtinua in noſtris mẽ-
tibus perſeueret. Per dominum no.
¶ Feria iiij. Statio ad ſanctum Lau-
rentium extra muros. Introitus.
Mat. 25. Venite benedicti patris
mei: percipite regnũ,
Alleluia, quod vobis
paratum eſt ab origi-
Pſal. 95. ne mundi. Alleluia, al
leluia, alleluia. Pſ. Cã
tate domino canticum nouum: cã
tate domino omnis terra. ℣. Glo-
ria patri & filio. Oratio.
Deus qui nos reſurrectionis do
1 minicę annua ſolennitate lę-
tificas: concede propitius: vt per tẽ-
poralia feſta quę agimꝰ, ꝑuenire ad
gaudia æterna mereamur. Per eun.
Ab hac die vſq; ad octauam poſt
orationẽ diei dicitur vna ex ſequẽ-
tibus orationibus tantum. Contra
perſecutores Eccleſiæ. Oratio.
Eccleſię tuæ, quæſumꝰ domine,
preces placatus admitte: vt de-
ſtructis aduerſitatibus, & erroribus
vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat liber-
tate. Per dominũ. Vel pro Papa.
Deus omniũ fideliũ paſtor, &
rector, famulũ tuum N. quẽ
paſtorem eccleſiæ tuę pręeſſe volui
ſti, propitius reſpice: da ei q̃s, ver-
bo & exẽplo quibus præeſt, profice
re: vt ad vitã vna cũ grege ſibi credi
to, ꝑueniat ſempiternã. Per dñm.
Lectio Actuum Apoſtolorum.
In diebus illis. Aperiẽs Petrus os ca. 3.
ſuum, dixit. Viri Iſraelitę, & qui
timetis Deum, audite. Deus Abra-
ham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob,
Deus patrum noſtrorum glorifica-
uit filium ſuum Ieſum, quem vos
quidem tradidiſtis & negaſtis ante
faciem Pilati, iudicante illo dimit-
ti. Vos autem ſanctum & iuſtum
negaſtis, & petiſtis virum homici-
dam donari vobis: auctorem vero
vitę interfeciſtis, quẽ Deus ſuſcita-
uit à mortuis, cuiꝰ nos teſtes ſumꝰ.
Et nunc fratres ſcio, quia per igno
rantiã feciſtis, ſicut & principes ve-
ſtri. Deus aũt qui prænunciauit per
os omnium prophetarũ pati Chri-
ſtũ ſuum, impleuit ſic. Pœnitemi-
ni igitur, & conuertimini: vt deleã-
tur peccata veſtra. Grad. Hęc dies, Pſal. 117.
quã fecit dñs: exultemus, & læte-
mur ĩ ea. ℣. Dextera domini fecit
virtutẽ: dextera dñi exaltauit me:
dextera dñi fecit virtutẽ. Alleluia, Luc.
alleluia. ℣. Surrexit dominus vere: 24.
& apparuit Petro. Sequentia. Victi
mæ paſchali, vt in Dñica paſchæ.
Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.
In illo tempore: Manifeſtauit ſe c. 21.
iterũ Ieſus diſcipulis ſuis ad ma
re Tiberiadis: manifeſtauit aũt
ſic. Erant ſimul Simon Petrus, &
Thomas, qui dicitur Didymus, &
Nathanael, q̃ erat à Cana Galilęę, &
filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eiꝰ
duo. Dicit eis Simon Petrus. Va-
do piſcari: Dicũt ei. Venimꝰ & nos
tecũ. Et exierũt, & aſcẽderũt in na-
uim, & illa nocte nihil prẽdiderũt.

Mane aũt facto, ſtetit Ieſus ĩ litore: non tñ cognouerũt diſcipuli, quia Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus. Pueri, Nunquid pulmẽtariũ habetis? Reſponderunt ei, Nõ. Et dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam nõ valebãt illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro. Dñs eſt. Simon ergo Petrus cũ audiſſet: quia dñs eſt: tunicam ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij aũt diſcipuli nauigio venerũt (nõ enim longe erãt à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahẽtes rete piſcium. Vt ergo deſcenderũt ĩ terrã, viderũt prunas poſitas, & piſcẽ ſuper poſitũ & panem. Dicit eis Ieſus. Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenũ magnis piſcibus, centũquinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, nõ eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus. Venite, prãdete. Et nemo audebat diſcũbẽtiũ interrogare eũ. Tu quis es? ſciẽtes: quia dñs eſt. Et venit Ieſus, & accepit panẽ, & dabat eis: & piſcẽ ſimiliter. Hoc iã tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cũ reſurrexiſſet à mortuis. Credo. Offertorium. Portas cœli aperuit domin⁹: & pluit illis manna, vt ederent: panẽ cęli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, Alleluia. Secreta.

Psal. 77.

SAcrificia domine paſchalibus gaudiis immolamus: quibus eccleſia tua mirabiliter, & paſcitur & nutritur. Per dñm. Alia ſecreta.

PRotege nos dñe tuis myſteriis ſeruientes: vt diuinis reb⁹ inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per do. Vel pro papa.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus: & famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum no. Cõio. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, alleluia, mors illi vltra non dominabitur, alleluia, alleluia. Ro. 6 Poſtcõmunio.

AB omni nos, quęſumus domine, vetuſtate purgatos, ſacramẽti tui veneranda pceptio in nouam transferat creaturam. Qui viuis &c. Alia poſtcommunio.

QVęſumus domine de⁹ noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum &c. Vel pro Papa.

HAec nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuũ N. quẽ paſtorem eccleſię tuę præeſſe voluiſti, vna cum cõmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemp & muniat. Per dominũ.

¶ Feria v. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

VIctricẽ manũ tuã domine laudauerũt pariter, Alleluia: qa ſapientia aperuit os mutũ, & linguas infantiũ fecit diſertas, Alleluia, alleluia. Ps. Cantate dño canticum nouũ quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri. Oro.

Sa. 10.

Psal. 97.

DEus, qui diuerſitatem gẽtium in confeſſione tui nominis adunaſti: da, vt renatis fonte baptiſmatis vna ſit fides mentium, & pietas actionum. Per dominum no.

Deinde. Eccleſię. vel Deus omniū. vt in feria præcedenti.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 8. IN diebus illis. Angelus domini locutus eſt ad Philippum, dicēs. Surge, & vade cōtra meridianum, ad viam quæ deſcendit ab Ieruſalē in Gazam, hæc eſt deſerta. Et ſurgens abiit. Et ecce, vir Aethiops Eunuchus: potens Candacis reginę Aethiopum, qui erat ſuper omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalem: & reuertebatur ſedens ſuper currū ſuū, legensq; Iſaiam prophetā. Dixit autē ſpiritus Philippo. Accede, & adiunge te ad currū iſtum. Accurrens autem Philippus, audiuit illū legentem Iſaiam prophetā: & dixit. Putas ne ītelligis quæ legis? Qui ait. Et quomodo poſſum, ſi nō aliquis oſtenderit mihi? Rogauitq; Philippum, vt aſcenderet, & ſederet ſecū. Locus autē ſcripturę, quā legebat, hic erat. Tāquā ouis ad occiſionē ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Generationem eius quis enarrabit? Qm̄ tolletur de terra vita eius. Reſpondens autem Eunuchus Philippo, dixit. Obſecro te: de quo propheta dicit hoc: de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autē Philippus os ſuum: & incipiens à ſcriptura iſta, euangelizauit illi Ieſum. Et dū irent per viam, venerunt ad quandā aquā: & ait Eunuchus. Ecce aqua: quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens, ait. Credo filium dei eſſe Ieſum Chriſtum. Et iuſſit ſtare currū: & deſcenderunt vterq; in aquā, Philippus & Eunuchus: & baptizauit eū. Cū autē aſcē diſſet de aqua: Spiritus dn̄i rapuit Philippū, & amplius nō vidit eum Eunuchus. Ibat aūt per viā ſuā gaudens: Philippus autē inuētus eſt in Azoto. Et pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæſareā, nomen Dn̄i Ieſu Chriſti. Grad. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea. Pſal. 117. ℣. Lapidem quē reprobauerūt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli: à domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Chriſtus, qui creauit omnia: & miſertus eſt humano generi. Sequētia. Victimę paſchali. vt in Dominica paſch.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Maria ſtabat ad monumentum foris, plorans. c. 20. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum: & vidit duos angelos in albis ſedētes, vnū ad caput & vnū ad pedes, vbi poſitū fuerat corpus Ieſu. Dicūt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dn̄m meū: & neſcio vbi poſuerūt eū. Hęc cū dixiſſet, cō uerſa eſt retrorſum: & vidit Ieſum ſtantē: & nō ſciebat, quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus. Mulier quid ploras? quē quęris? Illa exiſtimās quia hortulanus eſſet, dicit ei. Dn̄e ſi tu ſuſtuliſti eū, dicito mihi vbi poſuiſti eū, & ego eū tollā. Dicit ei Ieſus. Maria. Cōuerſa illa: dicit ei. Rabboni: quod dr̄ magiſter. Dicit ei Ieſus. Noli me tangere: nondū enim aſcendi

ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos: & dic eis. Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum: deum meum & deum veſtrum. Venit Maria Magdalene annuncians diſcipulis: quia vidi dominum: &
Exo. 13. hæc dixit mihi. ℣. Credo. Offertoriũ
In die ſolennitatis veſtræ: dicit dominus: inducam vos in terrã fluētem lac & mel. Alleluia. Secreta.
SVſcipe, quæſumus dñe, munera populorũ tuorũ propitius: vt cõfeſſione tui nominis, & baptiſmate renouati, ſempiternam beatitudinem cõſequantur. Per do. ℣. Deinde Protege nos. ℣. vel Oblatis, vt in feria præcedenti. Communio. Popu
1.Pet. 2. lus acquiſitionis annunciate virtutes eius, alleluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumē ſuum, Alleluia. Poſtcommunio.
EXaudi domine preces noſtras: vt redēptionis noſtræ ſacroſancta commercia, & vitæ nobis conferant præſentis auxilium, & gaudia ſempiterna concilient. Per dominum. Deinde Quæſumus domine. vel Hæc nos, vt in feria præcedēti.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctam Mariã rotundam. Introitus.

EDuxit eos dominus in ſpe, alleluia: & inimicos eorũ operuit mare, alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Pſalmus. Attē
Pſal. 77. dite popule meus legem meam, inclinate autem veſtrã in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus, qui paſchale ſacramentum in reconciliationis humanæ fœdere cõtuliſti: da mentibus noſtris, vt quod profeſſione celebramus, imitemur effectu. Per d. Deinde Eccleſiæ. vel Deus om. vt in feria præcedenti.

Lectio epiſtolæ beati Petri Apoſtoli.

CAriſſimi. Chriſtus ſemel pro 1.Pe. 3.
peccatis noſtris mortu⁹ eſt, iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autē ſpiritu. In quo & his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit: qui increduli fuerãt aliquando, qñ expectabãt dei patientiã in diebus Noe, cũ fabricaretur arca: in qua pauci, ideſt octo aĩæ ſalue factæ ſunt per aquã. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma: nõ carnis depoſitio ſordiũ, ſed cõſcientiæ bonæ interrogatio in deo, per reſurrectionē Ieſu Chriſti dñi noſtri, q eſt ĩ dextera dei. Grad.
Hæc dies, quã fecit dñs: exultemus Pſal. 117.
& lætemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine dñi: deus dñs & illuxit nobis. ℣. Alleluia, allã. ℣. Dicite in gētibus: quia dominus regnauit à ligno. Sequentia Victimæ paſchali. vt in Dominica paſchæ.

Seq. ſancti euang. ſm Mattheum.

IN illo tēpore. Vndecim diſcipuli c.28.
abierũt in Galileã, ĩ mõtē vbi cõſtituerat illis Ieſus. Et vidētes eũ adorauerunt: quidã autē dubitauerũt. Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicēs. Data eſt mihi oĩs poteſtas in cælo, & in terra. Euntes ergo, docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare oĩa q̃cunq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum oĩbus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi. ℣. Credo. Offertoriu. Erit vobis hæc dies memoria-

lis, alleluia: & diem feſtum celebrabitis ſolemnem dño in progenies veſtras: legitimum ſempiternum diẽ, Alleluia, alleluia, alleluia. Secr.

Hoſtias, quęſumus domine, placatus aſſume: quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione cæleſtis auxilij. Per dominum noſtrum.

Deinde Protege. vel Oblatis. vt in iiij. feria præcedenti. Communio.

Mat. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, alleluia: eũtes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Alleluia. Poſtcommunio.

Reſpice, quæſumus dñe, populũ tuũ: & quẽ ęternis dignatus es renouare myſteriis, à tẽporalibus culpis dignanter abſolue. Per do.

Deinde Quæſumus. & Hæc nos. vt in feria iiij. præcedenti.

Sabbato in Albis. Statio ad ſanctũ Joannem in Later. Introitus.

Eduxit dominus populum ſuũ in exultatione, alleluia: & electos ſuos in lætitia, Alleluia, alleluia. Pſalmus.

Pſal. 140. Confitemini domino, & inuocate nomẽ eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria. Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens deus: vt, qui feſta paſchalia venerando egimus, per hęc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per dominum noſtrum, &c.

Deinde Eccleſiæ tuę. vel Deus omnium. vt in feria iiij. præcedenti.

Lectio epiſt. beati Petri Apoſtoli.

Chariſſimi: Deponentes omnẽ malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & oẽs detractiones: ſicut modo geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, lac cõcupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tñ guſtatis, qm̃ dulcis eſt dñs. Ad quem accedentes, lapidem viuũ, ab hominibus quidẽ reprobatũ, à deo autẽ electũ & honorificatũ, & ipſi tanquã lapides viui ſuper ędificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotiũ ſanctũ, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles deo per Ieſum Chriſtũ. Propter quod continet ſcriptura. Ecce ponã in Sion lapidem ſummũ angularem, probatũ, electũ, precioſum. Et qui crediderit in illũ, non confundetur. Vobis igitur honor credentibꝰ. Nõ credentibus autẽ, lapis quẽ reprobauerũt ędificãtes, hic factus eſt in caput anguli: & lapis offenſionis & petra ſcandali, his qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & poſiti ſunt. Vos autẽ genus electũ, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populꝰ acquiſitionis: vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ. Qui aliquãdo nõ populus: nũc autẽ populus dei. Qui non cõſecuti miſericordiam: nunc autẽ miſericordiã conſecuti.

¶ Ab hac die vſq; ad octauã Pentecoſtes, tam in officio de tẽpore, quã de ſanctis, non dicitur Grad. ſed eius loco dicuntur duo verſus cum quatuor Alleluia, ordine infraſcripto: pręterquã in miſſis Rogationum, & vigilię Pentecoſtes, in quibus dicitur vnũ Alleluia cum vno verſu: ſimiliter & poſt quamlibet prophetiã in ſabbato Quatuor temporum poſt Pente. Alio tempore

V... tur

vſque ad Septuageſimā, quando dicitur Graduale, dicuntur tria Alla. poſt Graduale bis ante verſum, & ſemel poſt verſum: cum autē dicitur Sequentia, Alla. quod dicēdū eſſet poſt verſum, dicitur poſt Sequentiam. Alleluia, alleluia. ℣.
Pſal. 117. Hæc dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea. Al-
Pſal. 112. leluia. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. Sequentia Victimæ paſchali: vt in dominica. folio 282. & ī fine Alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



c. 20. IN illo tēpore. Vna ſabbati, Maria Magdalene venit mane cū adhuc tenebræ eſſent ad monumētum: & vidit lapidem ſublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonē Petrū, & ad aliū diſcipulū, quē diligebat Ieſus: & dicit eis. Tulerūt dominū de monumēto: & neſcimus vbi poſuerūt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus: & venerūt ad monumentū. Currebant autē duo ſimul: & ille alius diſcipulus pręcucurrit citius Petro, & venit prim⁹ ad monumētū. Et cū ſe inclinaſſet, vidit linteamina poſita: non tñ introiuit. Venit ergo Simō Petrus ſequens eum, & introiuit ī monumentū: & vidit linteamina poſita, & ſudariū quod fuerat ſuper caput ei⁹: nō cū linteaminibus poſitū, ſed ſeparatim inuolutū in vnū locū. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus q̄ venerat primus ad monumentū: & vidit, & credidit. Nondū enim ſciebāt ſcripturas, quia oportebat eum à mortuis reſurgere. Credo. Offertoriū. Pſal. 117.
Benedict⁹ qui venit ī nomine dñi: benediximus vobis de domo domini: deus dominus, & illuxit nobis, Alleluia, alleluia. Secreta.

COncede, quęſum⁹ dñe, ſemper nos per hæc ſacra myſteria paſchalia gratulari: vt cōtinua noſtræ reparationis operatio, perpetuę nobis fiat cauſa lętitię. Per do. Deinde Protege vel Oblatis. vt ī feria quar Gal. 3.
ta pręcedenti. Cōio. Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, Alleluia. Poſtcōmunio.

REdemptionis noſtræ munere vegetati, quęſumus dñe: vt hoc perpetuæ ſalutis auxilio, fides ſemper vera proficiat. Per do. Deinde Quęſumus domine, vel Hæc nos. vt in feria quarta præcedenti.

¶ Dominica in octaua Paſchę. Statio ad S. Pancratium. Introitus.

QVaſi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles ſine dolo, lac cōcupiſcite, Alleluia, 1. Pe.
alleluia. Pſalmus. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo Iacob. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 80.

PRæſta, quæſumus, omnipotēs deus: vt qui paſchalia feſta peregimus, hæc te largiente moribus & vita teneamus. Per dominum.

Lectio epłę beati Ioānis Apoſtoli. 1. c. 5

CAriſſimi: Omne quod natum eſt ex deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria quę vincit mundū: fides noſtra. Quis eſt autē, qui vin-

cit mundũ: niſi qui credit, quoniã Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt, q venit per aquam & ſanguinẽ, Ieſus Chriſtus. Non in aqua ſolũ: ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Qm̃ tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo: pater, verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres, vnũ ſunt. Et tres ſunt, q teſtimonium dant ĩ terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres, vnũ ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimonium Dei maius eſt. Qm̃ hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt: qa teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei: habet teſtimonium dei in ſe. Alleluia, alleluia. ℣. In die reſurrectionis meæ, dicit dominus, præcedam vos in Galilæam. Alleluia. ℣. Poſt dies dicto, ianuis clauſis, ſtetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorũ, & dixit, pax vobis. Allꝉa.

Mat. 28.

Ioã. 20.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Cum eſſet ſero die illa, vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſę, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Ieſus, & ſtetit in medio eorum, & dicit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Hęc cum dixiſſet, inſufflauit; & dicit eis. Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autẽ vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quãdo venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autẽ dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixurã clauorum, & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ, & mitam manũ meã in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, iterum erãt diſcipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit. Pax vobis. Deĩde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte ĩ latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpõdit Thomas, & dixit ei. Dñs meus, & Deus meus. Dicit eius: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati q non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus ĩ conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hęc autẽ ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius dei: vt credẽtes, vitam habeatis in nomine eius. Credo. Offert. Angelus domini deſcendit de cœlo, & dixit mulierib⁹: quem quæritis, ſurrexit, ſicut dixit, Alleluia. Mat. 28.

Secreta.

SVſcipe munera, q̃s dñe, exultantis eccleſiæ, & cui cauſam tanti gaudij præſtitiſti, perpetuę fructum concede letitię. Per dominũ. Cõio. Ioã. 20.

Mitte manum tuam, & cognoſce loca clauorum, alleluia: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, alleluia, alleluia.

Poſt communio.

QVęſumus domine de⁹ noſter, vt ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtrę munimine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum. Per d.

¶Feria ij. poſt octa. Paſchæ. vſque ad Aſcē. poſt orationē diei dicunt orationes ſequentes, ſi nō eſt feſtū duplex. De beata virgine. Oratio.

COncede nos famulos tuos, queſumus dn̄e deus, ꝑpetua mētis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Marię ſēper virginis interceſſione, a p̄ſenti liberari triſtitia, & ęterna ꝑfrui lętitia.

Contra perſecutores Eccleſię.

ECcleſiæ tuę quæſumus, domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum.

Vel pro Papa. Oratio.

DEus omniū fideliū paſtor, & rector, famulū tuū. quē paſtorē Eccleſiæ tuæ pręeſſe voluiſti, propiti⁹ reſpice, da ei, q̄ſumus, verbo & exēplo: quibus præeſt, proficere: vt ad vitā vna cū grege ſibi credito, perueniat ſempiternā. Per do.

De beata virgine. Secreta.

TVa domine propitiatione, & beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione, ad perpetuam atque præſentem hæc oblatio nobis proficiat proſperitatem & pacem.

Contra perſecutores eccleſię. Secre.

PRotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhærentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominū noſt.

Vel pro Papa. Oratio.

OBlatis queſumus domine, placare muneribus: & famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſię tuę præeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominū noſt.

De beata virgine. Poſtcōmunio.

SVmptis dn̄e ſalutis noſtrę ſubſidijs, da q̄ſum⁹, beatæ Marię ſemper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione: hæc tuę obtulimus maieſtati. Contra perſecutores eccleſię. Poſtcōio.

QVæſumus domine Deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō ſinas ſubiacere periculis. Per do.

Vel pro Papa. Oratio.

HAec nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuum. N. quem paſtorē Eccleſię tuæ eſſe voluiſti, vna cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, & muniat. Per do.

¶Dn̄ica ij. poſt Paſcha. Introit. Pſal. 23.

MIſericordia domini plena eſt terra, alleluia: verbo domini cęli firmati ſunt, alleluia, alleluia. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate, iacentem mundum erexiſti, fidelibus tuis perpetuam concede lętitiam: vt quos perpetuę mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis perfrui. Per eun. Aliæ orationes. Concede. & Eccleſię tuæ. vel Deus omnium fidelium. vt ſupra. fol. 293. Lectio epiſtolæ beati Petri Apoſtoli.

CAriſſimi: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cū malediceretur, non male- 2.c.2

dicebat: cum pateretur, nõ cõmina
batur. Tradebat aũt iudicãti ſe iniu
ſtè. Qui peccata noſtra ipſe pertu-
lit in corpore ſuo ſuper lignum: vt
peccatis mortui iuſtitię viuamus.
Cui⁹ liuore ſanati eſtis. Eratis enim
ſicut oues errantes: ſed conuerſi e-
ſtis nunc ad paſtorẽ & epiſcopum
animarũ veſtrarũ. Alľa, alľa. ℣. Co
gnouerũt diſcipuli dominũ Ieſum
Luc. in ſractione panis Alľa. ℣. Ego sũ
24. paſtor bon⁹, & cognoſco oues me-
as, & cognoſcunt me meę. Alľa.
Seq. ſancti euang. ſecundũ Ioannẽ.



c. 10. IN illo tempo-
re. Dixit Ieſus
phariſeis. Ego
ſum paſtor bo-
nus. Bonus pa-
ſtor animã ſuã
dat pro ouibus
ſuis. Mercena-
rius aũt, & qui
non eſt paſtor, cuius non ſunt oues
propriæ, videt lupum venientẽ, &
dimittit oues, & fugit: & lupus ra-
pit, & diſpergit oues. Mercenarius
aũt fugit, quia mercenarius eſt, &
non pertinet ad eum de ouibus. E-
go ſum bonus paſtor, & cognoſco
oues meas, & cognoſcunt me meę.
Sicut nouit me pater, & ego agno-
ſco patrẽ: & animã meã pono pro
ouibus meis. Et alias oues habeo,
quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas
oportet me adducere, & vocẽ meã
audiẽt: & fiet vnũ ouile & vnus pa-
Pſal. ſtor. Credo. Offert. Deus de⁹ me⁹
62. ad te de luce vigilo: & in noĩe tuo
leuabo manus meas, alľa. Secreta.
BEnedictionẽ nobis domine cõ-
ferat ſalutarem ſacra ſemper o-
blatio: vt, quod agit myſterio, virtu
te perficiat. Per. Deinde Tua dñe.
& Protege. vel Oblatis, vt ſup.
ſol. 293. Communio. Ego ſum Ioã.
paſtor bonus, alleluia: & cognoſco 10.
oues meas, & cognoſcũt me meæ,
alleluia, alleluia. Poſtcommunio.
PRæſta nobis, quæſumus, omni-
potens deus: vt viuificationis
tuæ gratiã cõſequentes, in tuo ſem-
per munere gloriemur. Per domi.
Deinde Sumptis dñe. & Quæſu-
mus. vel Hæc nos. vt ſup. ſol. 293.
¶Dñica tertia poſt Paſcha. Intr.
IVbilate deo omnis terra, Pſal.
alleluia: pſalmũ dicite no 65.
mini ei⁹, alleluia: date glo
riam laudi eius, alleluia, al
leluia. Pſalmus. Dicite deo, quam
terribilia ſunt opera tua domine:
ĩ multitudine virtutis tuę mẽtient
tibi inimici tui. ℣. Gloria pa. Orõ.
DEus qui errantibus, vt in viam
poſſint redire iuſtitię, verita-
tis tuæ lumen oſtendis: da cunctis,
qui Chriſtiana profeſſione cenſen-
tur, & illa reſpuere, quæ huic inimi
ca ſunt nomini, & ea quę ſunt a-
pta ſectari. Per do. Et dicitur Con
cede nos. & Eccleſię. vel Deus o-
mnium fidelium. vt ſuprà ſol. 293.
Lectio epiſtolæ beati Petri Apoſto.
CAriſſimi: Obſecro vos tanquã 1. c. 2.
aduenas, & peregrinos, abſti-
nere vos à carnalib⁹ deſiderijs, quę
militant aduerſus animam: cõuer-
ſationẽ veſtram inter gentes haben
tes bonam: vt in eo quod detrectãt
de vobis tanquã de malefactorib⁹:
& ex bonis operibus vos conſiderã
tes glorificent Deũ in die viſitatio-
nis. Subiecti igitur eſtote omni hu

manæ creaturę propter deum: ſiue
regi, quaſi pręcellenti: ſiue ducibus,
tanquam ab eo miſſis ad vindictã
malefactorũ: laudẽ vero bonorũ:
quia ſic eſt voluntas dei, vt benefa-
ciẽtes obmuteſcere faciatis impru-
dentiũ hominũ ignorantiã: quaſi
liberi, & non quaſi velamẽ haben-
tes malitiæ libertatẽ, ſed ſicut ſerui
dei. Omnes honorate. Fraternitatẽ
diligite. Deum timete. Regem ho
norificate. Serui, ſubditi eſtote in
omni timore dominis, non tantũ
bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſco
lis. Hęc eſt enim gratia in Chriſto
Ieſu domino noſtro. Alľa, alľa: ℣.
Pſal. 110. Redemptionẽ miſit dominus po-
pulo ſuo. Alľa. ℣. Oportebat pati
Luc. 24. Chriſtũ, & reſurgere a mortuis: &
ita intrare in gloriã ſuam, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



c. 16. IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Modicũ, & iã non videbitis me: & iterũ, modicum, & videbitis me: quia vado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicẽ. Quid eſt hoc qđ dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum, modicum, & videbitis me, quia vado ad patrẽ? Dicebãt ergo. Quid eſt hoc qđ dicit nobis: Modicũ? Neſcimꝰ quid loquitur. Cognouit autem Ieſus, quia volebãt eũ interrogare: & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia, dixi, modicum, & non videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me. Amen amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mũdus aũt gaudebit: vos vero contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. Mulier cũ parit, triſtitiã habet, quia venit hora eius: cũ autẽ pepererit puerũ, iam nõ meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundũ. Et vos igitur nunc quidẽ triſtitiã habetis. Iterum autẽ videbo vos, & gaudebit cor veſtrũ: & gaudiũ veſtrum nemo tollet a vobis. Credo. Offer
torium. Lauda aĩa mea dominũ: Pſal. 145.
laudabo dñm in vita mea, pſallam deo meo quãdiu ero, Alľa. Secreta.

HIs nobis domine myſterijs cõferatur, quo terrena deſideria mitigantes, diſcamꝰ amare cęleſtia. Per dominũ noſtrũ. Deinde Tua domine. & Protege. vel Oblatis.
vt ſuprà fol. 293. Cõio. Modicũ, & Ioã. 16.
non videbitis me, alleluia: iterum modicũ, & videbitis me quia vado ad patrem, alleluia. Poſtcõmu.

SAcramenta quę ſumpſimꝰ, quę ſumus domine, & ſpiritualibus nos inſtaurẽt alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per. Deinde Sumptis domine. & Quæſumus. vel Hæc nos. vt ſuprà. folio 293.

¶Dominica iiij. poſt Paſcha. Intro.

Pſal. 97. CAntate domino canticum nouum, alleluia: quia mirabilia fecit dominus, alleluia: ante cõſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam, alleluia, alleluia, alleluia. Pſalmus. Saluabit ſibi dextera eius, & brachium ſanctũ eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui fideliũ mentes vnius

efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod pręcipis, id deſiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per do. Alię orationes. Concede. Eccleſiæ tuæ. vel Deus omnium. vt ſupra. folio. 293. Lectio epiſtolæ beati Iacobi Apoſtoli.

ca. 1. CAriſſimi, Omne datum optimum, & omne donũ perfectum deſurſum eſt, deſcẽdens a patre luminũ: apud quẽ non eſt tranſmutatio, nec viciſſiudinis obũbratio. Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſim⁹ initiũ aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit aũt omnis homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquẽdũ, & tardus ad irã. Ira enim viri, iuſtitiã dei non operatur. Propter q̃d abijcientes omnem immunditiã, & abundantiã malitię, in mãſuetudine ſuſcipite inſitũ verbũ, q̃d po-
Pſal. 117. teſt ſaluare animas veſtras. Alla, alleluia. ℣. Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem, Alla. ℣. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Alleluia. Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Ioãnẽ.

ca. 16



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum, qui miſit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed, quia hec locut⁹ ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatẽ dico vobis: Expedit vobis, vt ego vadã. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos: ſi aũt abiero, mittã eum ad vos. Et cũ venerit ille, arguet mũdũ de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidẽ, quia nõ crediderunt in me. De iuſtitia vero: q̃a ad patrẽ vado, & iã non videbitis me. De iudicio aũt: quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Adhuc habeo multa vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo. Cũ autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quæcunq; audiet, loquetur: & quę ventura ſunt, annũciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annũciabit vobis. Credo. Offer. Pſal. 65.
Iubilate deo oĩs terra: iubilate deo vniuerſa terra: pſalmũ dicite nomini eius: venite, & audite, & narrabo vobis oẽs qui timetis deũ, quãta fecit dñs animę meæ, alleluia. Secret.

DEus, qui nos per huius ſacrificij veneranda commercia, vnius, ſuumæque diuinitatis participes eſſe feciſti: præſta queſumus: vt ſicut tuam cognouimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per dominũ. Deinde Tua domine. & Protege, vel Oblatis. vt ſup. fol. 293. Communio. Ioã. 16.
Cum venerit paraclitus ſpiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

ADeſto nobis domine deus noſter: vt per hęc, quę fideliter ſũpſimus, & purgemur a vitijs, & a periculis oĩbus eruamur. Per do.

Deinde S umptis domine. & Q uę-
ſumus domine. vel H æc nos. vt ſu
prà. folio 293.

¶Dominica quinta poſt Pa-
ſcha. Introitus.

VOcem iucũditatis an
nunciate : & audia-
tur, alleluia : annun-
ciate vſque ad extre-
mum terræ : liberauit
Dominus populum
Pſal. 65. ſuum, alleluia, alleluia. Pſalmus. Iu
bilate deo omnis terra : pſalmum
dicite nomini eius : date gloriam
laudi eius. ℣. Gloria patri & filio, &
ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus, à quo bona cuncta pro-
cedunt: largire ſupplicib⁹ tuis:
vt cogitemus te inſpirante, quę re-
cta ſunt, & te gubernante, eadem fa
ciamus. Per dominum noſtrum.
Et dicitur C õcede. & E ccleſię. vel
D eus omnium. vt ſuprą. fol. 293.

Lectio ep̃ſæ beati Iacobi ap̃li.

ca. 1. CAriſſimi: Eſtote factores ver-
bi, & non auditores tantũ: fal-
lentes voſmetipſos. Quia ſiquis au-
ditor eſt verbi, & nõ factor: hic cõ-
parabitur viro conſideranti vultũ
natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cõſide-
rauit enĩ ſe, & abiit, & ſtatim obli-
tus eſt qualis fuerit. Qui aũt proſpe
xerit in lege perfectæ libertatis, & p̃-
manſerit in ea: nõ auditor obliuio
ſus factus, ſed factor operis: hic bea
tus ĩ facto ſuo erit. Siquis aũt putat
ſe religioſum eſſe, nõ refrenans lin-
guam ſuam, ſed ſeducens cor ſuũ:
huius vana eſt religio. Religio mũ-
da, & immaculata apud deum &
patrem, hæc eſt: Viſitare pupillos,
& viduas in tribulatione eorum: &
immaculatum ſe cuſtodire ab hoc
ſæculo. lleluia, alleluia. ℣. Surre
xit Chriſtus, & illuxit nobis: quos
redemit ſanguine ſuo. Alleluia. ℣. Ioã.
Exiui à patre, & veni in mundum: 19.
iterum relinquo mundum, & va-
do ad patrem. Alleluia.

Sequentia ſancti euãgelij ſecun-
dum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſci c. 16.
pulis ſuis. Amen amen dico vo
bis, ſiquid petieritis patrẽ in no
mine meo, dabit vobis. Vſque mo
do non petiſtis quicquã in nomi-
ne meo. Petite & accipietis: vt gau-
dium veſtrum ſit plenum. Hęc in
prouerbiis locutus ſum vobis. Ve-
nit hora cum iam non in prouer-
biis loquar vobis: ſed palam de Pa-
tre annunciabo vobis. Illo die ĩ no
mine meo petetis. Et non dico vo-
bis, quia ego rogabo patrem de vo
bis. Ipſe enim pater amat vos, quia
vos me amaſtis, & credidiſtis, quia
à deo exiui. Exiui à patre, & veni in
mundum: iterum relinquo mun-
dum, & vado ad patrem. Dicũt di
ſcipuli eius. Ecce, nunc palam lo-
queris: & prouerbium nullum di-
cis. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia,
& non eſt opus tibi, vt quis te inter
roget. In hoc credimus, quia à deo
exiſti. C redo. Offertorium. B ene- Pſal.
dicite gentes dominum deum no- 65.
ſtrum, & obaudite vocem laudis
eius: qui poſuit animam meã ad
vitam, & non dedit commoueri
pedes meos: benedictus dominus
qui non amouit deprecationem
meam, & miſericordiam ſuam à
me, alleluia. Secreta.

SVſcipe domine fidelium preces

cum oblationibus hoſtiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cęleſtem gloriam tranſeamus. Per. Deinde. Tua domine. & Protege, vel Oblatis. vt ſuprà. folio 293.

Pſal. 95. Cōio. Cantate domino, alſa, cantate domino, & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diē ſalutare eius, Alleluia, alſa. Poſtcōio.

TRibue nobis domine cęleſtis menſæ virtute ſatiatis, & deſiderare quæ recta ſunt, & deſiderata percipere. Per dominum noſtrū. Deinde. Sumptis domine. & Quęſumus. vel Hæc. vt ſuprà. fol. 293.

¶ In Litaniis maioribus in feſto S. Marci. Statio ad ſanctum Petrum. Et in minoribus ante Aſcenſionē. Feria ij. Rogationum. Statio ad ſanctam Mariam Maiorē. Feria iij. Ad ſanctum Ioannē in Laterano. Feria iiij. Ad ſanctū Petrum. Introi.

Pſal. 17. EXaudiuit de tēplo ſancto ſuo vocem meam, alſa: & clamor meus in cōſpectu eius introiuit in aures eius, alleluia, alleluia. Pſalmus. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugiū meū & liberator meus. ℣. Gloria patri, & filio, & Spiritui ſancto. In hac Miſſa non dicitur Gloria in excelſis. neque Credo. Oratio.

PRęſta, quæſumus, omnipotens deus: vt, qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra aduerſa omnia, tua ſemper protectione muniamur. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Et dicitur Concede. & Eccleſiæ. vel Deus omnium fidelium. vt ſuprà. folio 293. Lectio epiſtolæ beati Iacobi Apoſtoli.

CAriſſimi: Confitemini alterutrum peccata veſtra: & orate ca. 5.
pro inuicem vt ſaluemini. Multū enim valet precatio iuſti aſſidua. Elias, homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cęlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei, ſiquis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię ſuę, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorū. Alleluia. ℣. Confitemini domino, Pſal. 117.
quoniam bonus: quoniam in ſęculum miſericordia eius.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore: Dixit Ieſus c. 11.
diſcipulis ſuis. Quis veſtrū habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi. Amice, accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & nō habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpondens, dicat, Noli mihi moleſtus eſſe: iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & dare tibi. Et, ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus

eius ſit, propter improbitatē tamē eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quęrit, īuenit: & pulſanti aperietur. Quis autē ex vobis patrē petit panē, nunquid lapidē dabit illi? Aut piſcem: nunquid pro piſce ſerpentē dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget ei ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis pater veſter de cęlo dabit ſpiritum bonum petētibus ſe? Offerto. Confitebor dño nimis in ore meo: & in medio multorū laudabo eum, qui aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluā faceret à perſequentibus animā meā, Alla. Secr.

Psal. 108.

HAec munera, quæſumus domine, & vincula noſtræ prauitatis abſoluant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient. Per do. Deinde Tua domine. & Protege. vel Oblatis. vt ſuprà. fol. 293. Cōmunio. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti, aperietur, alleluia. Poſtcōio.

Lu. 11.

VOta noſtra, quæſumus domine, pio fauore proſequere, vt dum dona tua in tribulatione percipimus, de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus. Per domi. Deinde Sumptis dñe. & Quæſumus. vel Hęc nos. vt ſup. f. 293.

¶ In Vigilia Aſcenſionis.

¶ Si hodie occurrat feſtū ſimplex, fit de ipſo tantū cōmemoratio in Miſſa. Si occurrat feſtū duplex, vel ſemiduplex, miſſa dr̄ de feſto cū cōmemoratione vigilię: Sed in Eccleſiis Collegiatis dicūtur duæ miſſę, vna de feſto, alia de Vigilia. Intro.

VOcem iocunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vſq; ad extremum terræ: liberauit dominus populum ſuum, alleluia, alleluia. Pſal. Iubilate deo omnis terra: pſalmum dicite nomini eius, date gloriā laudi eius. ℣. Gloria patri &c. Et dicitur Gloria ī excelſis. Oratio.

Psal. 65.

DEus, à quo bona cuncta procedūt, largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt, & te gubernante eadem faciamus. Per dō. Secunda oratio, de rogationibus. Præſta quęſumus tertia de ſancta Maria, Concede. ſuprà: folio 293. Vbi autem in Eccleſiis collegiatis dicit alia quoque Miſſa de Rogationibus: ſecunda oratio erit de ſancta Maria: tertia contra perſecutores eccleſię; vel pro Papa; vt ſuprà. folio 293.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundū menſurā donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autē aſcēdit: quid eſt niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terrę? Qui deſcēdit: ipſe eſt & qui aſcēdit ſuper omnes cęlos, vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophe- ca. 4.

tas, alios vero Euãgeliſtas, alios au-
tem paſtores & doctores ad cõſum
mationem ſanctorum,in opus mi-
niſterij, in ędificationem corporis
Chriſti, donec occurramus oẽs in
vnitatẽ fidei & agnitionis filij dei:
in virum perfectum, in menſuram
ętatis plenitudinis Chriſti. Alleluia,
alleluia. ℣. Surrexit Chriſtus,& illu
xit nobis, quos redemit ſanguine
Ioã. 16. ſuo. Alleluia. ℣. Exiui a patre,& ve
ni in mundum : iterum relinquo
mundum,& vado ad patrem, all'a.
Sequentia ſancti euangelij ſecun-
dum Ioannem.

c. 17. IN illo tempore: Subleuatis Ieſus
oculis in cœlum,dixit. Pater ve-
nit hora, clarifica filium tuum, vt
filius tuus clarificet te, ſicut dediſti
ei poteſtatem omnis carnis: vt om-
ne quod dediſti ei, det eis vitã ęter-
nam. Hæc eſt autem vita ęterna: Vt
cognoſcant te, ſolum deum verũ,
& quem miſiſti Ieſum Chriſtũ.Ego
te clarificaui ſuper terrã: opus con-
ſummaui, quod dediſti mihi vt fa-
ciam. Et nunc clarifica me tu pater
apud temetipſum claritate, quã ha
bui, priuſquam mũdus fieret,apud
te. Manifeſtaui nomen tuũ homi-
nibus, quos dediſti mihi de mũdo.
Tui erãt: & mihi eos dediſti, & ſer-
monem tuum ſeruauerunt. Nunc
cognouerunt, quia omnia quæ de-
diſti mihi, abs te ſunt: quia verba
quæ dediſti mihi,dedi eis. Et ipſi ac
ceperunt: & cognouerũt vere,quia
a te exiui:& crediderũt, quia tu me
miſiſti. Ego pro eis rogo. Non pro
mũdo rogo,ſed pro his quos dedi-
ſti mihi: quia tui ſunt. Et mea om-
nia, tua ſunt: & tua, mea ſunt: &
clarificatus ſum in eis. Et iam non
ſum in mũdo:& hi in mũdo ſunt:
& ego ad te venio. Offertoriũ Be- Pſal. 65.
nedicite gentes dominum deũ no-
ſtrum : & obaudite vocem laudis
eius,qui poſuit animam meam ad
vitam: & non dedit cõmoueri pe-
des meos: benedictus dominus qui
non amouit deprecationem meã,
& miſericordiam ſuam à me, Al-
leluia. Secreta.

SVſcipe Domine fidelium pre-
ces cum oblationibus hoſtiarũ:
vt per hęc pię deuotionis officia,ad
cęleſtem gloriã tranſeamus.Per do.
Alia ſecreta de Rogationibus. Hęc
munera. Tertia de S. Maria. Tua
domine. Et dicitur Pręfatio paſcha-
lis, vt ſuprà. folio 261. Cõmunio. Pſal. 95.
Cantate domino alleluia: cantate
domino & benedicite nomini eiꝰ,
bene nunciate de die in diem ſalu-
tare eius, All'ia,alleluia. Poſtcõio.

TRibue domine cęleſtis menſę
virtute ſatiatis, & deſiderare
quæ recta ſunt, & deſiderata perci-
pere. Per dom. Alia poſtcõmunio
de Rogationibus. Vota noſtra. Ter-
tia de S. Maria. Sumptis.

IN DIE ASCENSIONIS, Statio ad S. Petrum. Introitus.



VIri galilęi, quid admiramini aſpiciẽtes in cęlum? alleluia:quemadmodũ vidiſtis eum aſcendẽtem in cœlum,ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. Pſalmus. Omnes gentes plaudite manibus:

iubilate

Pſal. 46. iubilate deo in voce exultationis.
℣. Gloria patri, & filio. **Oratio.**

COncede, quæſumus, omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorē noſtrum ad cęlos aſcēdiſſe credimus, ipſi quoque mēte in cęleſtibus habitemus. Per eundem. &c.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 1. PRimum quidem ſermonē feci de omnibus, o Theophile, quę cępit Ieſus facere, & docere, vſque in diē qua præcipiens apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt. Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuā in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquēs de regno dei. Et conueſcens, præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionē patris, quam audiſtis (inquit) per os meū: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autē baptizabimini Spiritu ſācto nō poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum, dicentes. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnū Iſrael? Dixit autem eis. Non eſt veſtrum noſſe tēpora vel momenta, quę pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudęa, & Samaria, & vſque ad vltimū terrę. Et cum hoc dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cunque intuerentur in cęlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cęlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cęlū, ſic veniet quēadmodum vidiſtis eum euntē in cęlum. Alleluia, alleluia. ℣. Aſcendit Pſal. 46. Deus in iubilatione: & dominus in voce tubę. Alleluia. ℣. Domi- Pſal. 77. nus in Sina, in ſancto, aſcēdēs in altū captiuā duxit captiuitatē. Allā.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.



ca. 16 IN illo tēpore: Recūbētibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus: & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiā cordis, qa ijs qui viderāt eum reſurrexiſſe, nō crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuerſum prædicate euāgelium omni creaturę. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa aūt eos qui crediderint, hæc ſequētur. In nomine meo dęmonia eijcient. Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent. Et, ſi mortiferū quid biberint, nō eis nocebit. Super ęgros manus imponēt, & bene habebūt. Et dominus quidem Ieſus, poſtquā locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cęlū, & ſedet a dextris dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique: domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

¶ Dicto euangelio extinguitur cereus paſchalis, nec accenditur vlterius niſi in Sabbato Pentecoſtes ad benedictionem fontium.

Pſal. 46. Credo. Offertorium. Aſcēdit deꝰ in iubilatione,& dominus in voce tubæ, Alleluia. Secreta.

SVſcipe domine munera, quę ꝓ filij tui glorioſa Aſcenſione deferimus:& concede propitius: vt à preſentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternā. Per eundem dominum no. Prȩfatio. Qui poſt reſurrectionm ſuā ſupra fol. 247. Et dicitur vſque ad vigiliā Pentecoſtes, excluſiuè. Infra actionem. Communicantes,& diem ſacratiſſimum celebrātes. Et dicitur per octa. tm̄. Communio. Pſalli-
Pſal. 67. te dn̄o, qui aſcendit ſuper cęlos cęlorū ad orientē,alleluia. Poſtcōio.

PRæſta nobis, q̄s omnipotens & miſericors deus:vt quæ viſibilibus myſteriis ſumenda percepimꝰ, inuiſibili cōſequamur effectu. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

¶ Infra octauam Aſcenſionis quotidie dicitur miſſa de Aſcenſione, niſi feſtū duplex vel ſemiduplex occurrat, de quo tunc fit cum cōmemoratione octauę: de ſimplici autem fit tantum commemoratio. Poſt orationem diei dicitur ſecunda oratio de Sancta Maria. Concede nos famulos. tertia Eccleſię. vel pro Papa, vt ſupra. folio 293.

¶ Dominica infra octauam Aſcenſionis. Introitus.

Pſal. 26. EXaudi domine vocē meā, qua clamaui ad te: alleluia: tibi dixit cor meū, quęſiui vultum tuum, vultū tuū domine requiram: ne auertas faciem tuam à me,Alleluia, alleluia. ps Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, fac nos tibi ſemper & deuotam gerere voluntatem, & maieſtati tuę ſyncero corde ſeruire. Per do. Et fit cōmemoratio de Aſcēſione tantum. Concede quæſumus.

Lectio epiſtolę beati Petri apl̄i.

CAriſſimi. Eſtote prudentes: & 1.c.4
vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobiſmetipſis charitatem cōtinuā habētes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicē, ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrātes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei. Siq̄s loquitur, quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat: tanquam ex virtute, quam adminiſtrat deus. Vt in omnibus honorificetur deus per Ieſum Chriſtum dn̄m noſtrū.

Alleluia, alleluia. ℣. Regnauit dominus ſuper omnes gentes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado, & venio ad vos: & gaudebit cor veſtrum. Alleluia. Pſal. 46. Ioā. 14.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cū venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, ſpiritū veritatis, q̄ à patre ꝓcedit: ille teſtimoniū perhibebit de me. Et c. 15. & 16

vos

vos teſtimonium perhibebitis: qa ab initio mecum eſtis. Hęc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque ſynagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequiũ ſe præſtare deo. Et hæc facient vobis: qa non nouerunt patrem, neq; me. Sed hęc locut⁹ ſum vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiſcamini, qa ego di-
Pſal. 46. xi vobis. Credo. Offertoriũ. Aſcẽdit de⁹ in iubilatione: & dominus in voce tubæ, alleluia. Secreta.

SAcrificia nos dñe immaculata purificent, & mentibus noſtris ſupernæ gratiæ dent vigorẽ. Per do. Pro Aſceſione. Secreta. Suſcipe domine. Cõmunio. Pater cum eſſem cũ eis, ego ſeruabam eos, quos dediſti mihi, allã: nũc aũt ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mũdo: ſed vt ſerues eos à malo, alleluia, allã.

Poſtcommunio.

REpleti domine muneribus ſacris, da q̃s, vt in gratiarum ſemper actione maneamus. Per domi. Pro Aſcenſione. Poſtcommunio. Præſta nobis. ¶ In octaua Aſcenſionis, dicitur Miſſa ſicut in die, cũ vna tantum oratione.

¶ Feria vj. poſt octauam Aſcenſionis ſi feſtũ duplex, vel ſemiduplex non fuerit, miſſa dicitur de Dñica præterita, cũ oratione de S. Maria. Concede. & Eccleſiæ. vel pro Papa. folio 293. De ſimplici fit tm̃ cõmemoratio, & non dr̃ Credo.

¶ In vigilia Pentecoſtes. Statio ad ſanctũ Ioannẽ in Latera.

HOra cõpetenti dicitur Nona. Qua finita, ſacerdos, & miniſtri induti veſtimẽtis violaceis, facta reuerẽtia ante altare, in locis ſuis ſedent: poſtea legũtur prophetiæ ſine titulo. In fine ꝓphetiarum dicũtur Orationes ſine Flectam⁹ genua. Prophetia prima. In diebus illis. Tentauit deus Abraham vt in Sabbato ſancto. folio 211. qua finita ſacerdos dicit Oremus. Oratio.

DEus, qui ĩ Abrahę famuli tui opere, humano generi obedientiæ exempla prębuiſti: cõcede nobis, & noſtræ voluntatis prauitatem frangere, & tuorũ præceptorũ rectitudinem in omnibus adimplere. Per dñm. Prophetia ſecunda. In diebus illis, Factum eſt in vigilia matutina. vt in Sabbato ſancto. folio 21. Tractus. Cantemus do-
mino, glorioſe enim honorificatus Exo. 15.
eſt: equũ & aſcenſorẽ proiecit ĩ mare: adiutor & ꝓtector factus eſt mihi in ſalutẽ. ℣. Hic deus me⁹, & honorificabo eũ. Deus patris mei, & exaltabo eum. ℣. Dñs conterẽs bella: dñs nomen eſt illi. Oratio.

DEus qui in primis temporib⁹ impleta miracula, noui teſtamenti luce reſeraſti, vt & mare rubrũ forma ſacri fontis exiſteret, & liberata plebs ab Aegyptiaca ſeruitute, Chriſtiani populi ſacramenta proferret: Da vt oẽs gentes, Iſraelis priuilegiũ merito fidei conſecutæ, ſpiritus tui participatione regenerẽtur. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ. Prophetia tertia. In diebus illis. Scripſit Moyſes canticũ: & docuit filios Iſrael. vt ĩ Sabbato ſctõ. f. 216 Tract. Attende cœlum, & loquar
& audiat terra verba ex ore meo. Deut. 32.
℣. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ

 meum:

meum: & deſcendant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut imber ſuper gramen, & ſicut nix ſuper fęnum: quia nomē dñi inuocabo. ℣. Datę magnitudinē deo nr̃o: deus verax, opera eius, & oēs viæ eius iudicia. ℣. Deꝰ fidelis, in quo nō eſt iniquitas: iuſtus & ſanctꝰ dñs. O remus. Or̃o.

DEus glorificatio fidelium, & vita iuſtorū, qui per Moyſen famulum tuum nos quoq; modulatione ſacri carminis erudiſti: vniuerſis gētibus miſericordię tuę munus operare, tribuēdo beatitudinē, auferendo terrorem: vt quod pronunciatum eſt ad ſuppliciū, in remedium trāſferatur ęternū. Per. d. Prophetia quarta. Apprehendent ſeptē mulieres virū vnū in die illa dicētes. vt ī Sabbato ſancto. f. 215. Trac. Vinea facta eſt dilecto ī cornu in loco vberi. ℣. Et maceriā circūdedit, & circunfodit, & plantauit vineā Sorech, & edificauit turrim in medio eius. ℣ Et torcular fodit in ea: vinea enim dñi ſabaoth, domus Iſrael eſt. O remus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui per vnicum filium tuum eccleſiæ tuæ demōſtraſti te eſſe cultorem: vt omnem palmitem, fructum in eodem Chriſto tuo, qui vera vitis eſt, afferentem, clementer excolens, fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineam ex Aegypto, per fontē baptiſmi tranſtuliſti, nullę peccatorum ſpinę pręualeāt: vt ſpiritꝰ tui ſanctificatione muniti, perpetua fruge ditētur. Per eundem. in vnitate eiuſ. Prophetia quinta. Audi Iſrael mandata vitæ: auribꝰ percipe, vt ſcias. ... bato ſancto. f. 213. O remꝰ. Oratio.

DEus qui nobis per prophetarū ora pręcepiſti temporalia relinquere, atque ad æterna feſtinare: da famulis tuis, vt quę à te iuſſa cognouimus, implere cęleſti inſpiratione valeamus. Per dominum. Prophetia ſexta. In diebus illis. Facta eſt ſup me manus dñi. vt ī Sabbato ſancto. f. 214. O remus. Or̃o.

DOmine deus virtutū, qui collapſa reparas, & reparata conſeruas, auge populos in tui nominis ſanctificatione renouandos: vt omnes, qui ſacro baptiſmate diluuntur, tua ſemper inſpiratione dirigantur. Per dominum noſtrum.

His expletis deſcendendo ad fontes cantatur. Tractus. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū: ita deſiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuum: qñ veniā, & apparebo ante faciem Dei mei? ℣. Fuerūt mihi lachrymę meę panes die ac nocte: dū dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt deus tuus? Deinde ad fontes antequam ſacerdos intret ad benedictionem fontium. dicit Dominus vobiſcū. O remus. Oratio. Pſal. 41.

COncede, quæſumus, omnipotens deus: vt qui ſolennitatē doni ſancti Spiritus colimus, cæleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus. Per dominum no. in vnitate eiuſdem. Deinde procedit ad benedictionem fontium, vt in Sabbato ſancto. folio. 218. Vbi vero non fuerint fontes, Tractus.

Sicut ceruus. & oratio ſequens tractum, & fontium benedictio, prętermittuntur: ſed finita orōne Dñe

deus

deus virtutũ. Sacerdos caſula depoſita cũ miniſtris ante altare procũbit: & aliis oĩbus genuflexis cantãtur litanię à duobus cantoribus in medio chori, vtroq; choro idem ſimul reſpondẽte. Circa finem Litaniarum, ſacerdos & miniſtri, ſolenniter induuntur veſtimẽtis rubeis, & accenduntur luminaria circa altare. Peruento autem ad Kyrie el. Litaniarũ. Kyrie el. pro miſſa à cãtoribus ſolenniter incipitur. Quo incepto, ſacerdos cũ miniſtris facit confeſſionem; & aſcendens ad altare, finito Kyrie eleiſon. incipit ſolẽniter Gloria in excelſis Deo. Et cãpanæ pulſantur. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens deus: vt claritatis tuæ ſuper nos ſplendor effulgeat: & lux tuæ lucis, corda eorum qui per gratiam tuã renati ſunt, ſancti ſpiritus illuſtratione confirmet. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem.

c. 19. Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Factũ eſt cũ Apollo eſſet Corinthi, vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, & inueniret quoſdã de diſcipulis: dixitque ad eos. Si ſpiritum ſanctum accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerũt. In Ioãnis baptiſmate. Dixit autem Paulus. Ioannes baptizauit baptiſmo pęnitentiæ populum, dicens, in eũ qui venturus eſſet poſt ipſum, vt crederent, hoc eſt in Ieſum. His auditis, baptizati ſunt in nomine domini Ieſu. Et cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgreſſus aũt Paulus in ſynagogã, cum fiducia loquebatur per tres menſes, Alleluia. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniã in ſęculum miſericordia eius, non repetitur Alleluia. ſed immediate ſequitur. Trac. Laudate dominũ omnes gentes: & collaudate eũ oẽs populi. ℣. Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas domini manet in æternum. Pſal. 116. Pſal. 116.

¶ Ad euangelium non portantur luminaria, ſed incenſum tantum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

c. 14. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in ęternum, Spiritum veritatis, quem mũdus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autẽ cognoſcetis eũ: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iã non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. in illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo, & vos ĩ me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Credo. Offer. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renoua- Pſal 103

bis faciem terræ: ſit gloria domini
in ſæcula, alleluia. Secreta.
MVnera, quæſumus dñe, obla-
ta ſanctifica: & corda noſtra
ſancti ſpiritus illuſtratione emun-
da. Per dominũ. in vnitate eiuſdẽ.
Præfatio. Qui aſcendens ſuper om-
nes cælos. folio 248. Infra actionẽ.
Communicantes, & diem ſacratiſ
ſimum celebrãtes. Alia infra actio-
nem. Hanc igitur oblationem ſer-
uitutis noſtræ, vt ibidem. Et dicun
tur vſque ad ſequens ſabbatum in-
Ioã. clusiuè. Communio. Vltimo fe-
7. ſtiuitatis die dicebat Ieſus: qui in
me credit, flumina de ventre eius
fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit
de ſpiritu, quem accepturi erant
credentes in eum, alleluia, alleluia,
alleluia. Poſtcommunio.
SAncti Spirit⁹ domine corda no
ſtra mundet infuſio: & ſui roris
intima aſperſione fęcundet. Per do
minum. in vnitate eiuſdem.
¶In miſſis priuatis huius vigiliæ,
omiſſis prophetiis, orationibus, &
litaniis vt ſupra: Miſſa abſolutè in-
cipitur ab Introitu, vt infra. Introi.
Exo. CVm ſanctificatus fue-
36. ro in vobis: congrega
bo vos de vniuerſis ter
ris, & effundam ſuper
vos aquam mũdam,
& mundabimini ab omnibus in-
quinamentis veſtris: & dabo vobis
Pſal. ſpiritum nouum. Pſalmus. Benedi
3. cam dominum in omni tempore:
ſemper laus eius ĩ ore meo. ℣. Glo
ria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.
deinde dicitur Kyrie eleiſon. Glo-
ria in excelſis. & alia vt ſupra.

IN DIE PENTECOSTES.
Statio ad S. Petrum. Introitus.



SPiritus domini repleuit orbem Sa. 1.
terrarum, alleluia: & hoc, quod
cõtinet omnia, ſcientiam habet vo
cis, alleluia, alleluia, alle. Pſal. Exur
gat Deus, & diſſipẽtur inimici eius: Pſal.
& fugiant qui oderunt eum à facie 67.
eius. ℣. Gloria patri. Oratio.
DEus qui hodierna die corda fi
delium ſancti Spiritus illuſtra-
tione docuiſti: da nobis, in eodem
ſpiritu recta ſapere, & de eius ſem-
per conſolatione gaudere. Per do-
minum. in vnitate eiuſdem.
Lectio Actuum Apoſtolorum.
IN diebus illis. Dum compleren- ca. 2.
tur dies Pentecoſtes, erãt omnes
diſcipuli pariter in eodem loco. Et
factus eſt repente de cælo ſonus, tan
quam aduenientis ſpiritus vehemẽ
tis, & repleuit totam domum, vbi
erant ſedentes: Et apparuerunt illis
diſpertitæ linguę tanquam ignis, ſe-
ditque ſupra ſingulos eorum. Et re
pleti ſunt omnes Spiritu ſancto, &
cęperunt loqui variis linguis, prout
Spiritus ſctũs dabat eloqui illis. Erãt
autem in Ieruſalem habitantes Iu-
dæi, viri religioſi ex omni natione,
quæ ſub cælo eſt. Facta autem hac

voce

voce conuenit multitudo: & mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes. Nonne, ecce, omnes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtrã, in qua nati ſumus? Parthi, & Medi, & Aelamitę, & qui habitant Meſopotamiam, Iudęam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiã, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libyę, quę eſt circa Cyrenen, & aduenę Romani: Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes, & Arabes: audiuim⁹ eos loquẽtes nr̃is lĩguis magnalia dei. Alſa, alſa. ℣. Emitte ſpm̃ tuũ, & creabũtur: & renouabis faciẽ terrę. Alſa. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorũ corda fideliũ, & tui amoris ĩ eis ignẽ accẽde. Sequẽtia.

VEni ſancte ſpiritus, & emitte cęlitus lucis tuæ radium. Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium. Conſolator optime, dulcis hoſpes animę, dulce refrigerium. In labore requies, in ęſtu tẽperies, in fletu ſolatium. O lux beatiſſima, reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium. Laua quod eſt ſordidum, riga quod eſt aridum, ſana quod eſt ſaucium. Flecte quod eſt rigidum, foue quod eſt frigidũ, rege quod eſt deuium. Da tuis fidelibus, in te confidentibus, ſacrum ſeptenarium. Da virtutis meritũ, da ſalutis exitũ, da perenne gaudiũ. Amẽ. Alſa. Et dicitur quotidie per totam octauam: vſque ad ſabbatũ incluſiuè. Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Siquis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit: & Pater me⁹ diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonẽ quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me, patris. Hęc locutus ſum vobis, apud vos manẽs. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quęcunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neq; formidet. Audiſtis, quia ego dixi vobis. Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nũc dixi vobis, priuſquam fiat: vt, cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcũ. Venit enim princeps mũdi huius: & in me non habet quicquam. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem: & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Credo. Offertorium. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod eſt in Ieruſalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.

MVnera, quæſum⁹ dñe, obla-

ta

ta ſanctifica: & corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

act. 2 Cōmunio. Factus eſt repente de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, vbi erant ſedentes, alleluia: & repleti ſunt omnes Spiritu ſācto, loquentes magnalia dei, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

SAncti ſpiritus dñe corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fęcundet. Per do.

Infra octauam Penteco. non fit de aliquo feſto duplici vel ſemidupl. ſed poſt octa. celebrantur: de ſimplici fit cōmemoratio poſt triduū.

¶ Feria ij. Statio ad ſanctum Petrū ad vincula. Introitus.

Pſal. 80. CIbauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra, melle ſaturauit eos, alleluia. ℣. Pſal. Exultate Deo adiutori noſtro, iubilate deo Iacob, ℣. Gloria patri & filio &c. Oratio.

DEus, qui apoſtolis tuis ſanctū dediſti Spiritum: cōcede plebi tuę pię petitionis effectū: vt quibus dediſti fidem, largiaris & pacē. Per. in vnitate eiuſdem ſpiritus. &c.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Aperiens Petrus os ſuum, dixit. Viri fratres, & patres, nobis præcepit dominus prædicare populo, & teſtificari: quia ipſe eſt, qui cōſtitutus eſt a deo iudex viuorum & mortuorum. Huic oēs prophetę teſtimonium perhibent; remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, oēs qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper oēs qui audiebant verbum. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui venerant cū Petro: quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc reſpondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibere poteſt: vt non baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos? Et iuſſit eos baptizari in nomine Dñi Ieſu Chriſti. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebātur varijs linguis apoſtoli magnalia dei, Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia Veni ſancte ſpiritus. & in fine, Alleluia, vt ſupra in Dominica Pentecoſt.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus Nicodemo. Sic deus dilexit mūdū, vt filium ſuum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitam ęternam. Non enim miſit deus filiū ſuum in mundū, vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus ꝑ ipſum. Qui credit in eū, nō iudicatur. Qui aūt nō credit, iā iudicatus eſt: qa nō credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudicium: qa lux venit in mundū: & dilexerunt homines magis tenebras, quā lucē. Erant enim eorū mala opa. Omnis enim qui male agit, odit lucē: & nō venit ad lucē, vt nō arguantur opa eius. Qui aūt facit veritatē, venit ad lucē, vt manifeſtētur opa ei⁹: qa ī deo ſunt facta. ca. 3.

Credo. Offer. Intonuit dē cęlo dñs, Pſal. 7.

& altiſſim⁹ dedit vocē ſuā: & appa-
ruerūt fontes aquarū, allſa. Secreta.

PRopitius, domine quæſumus, hæc dona ſanctifica: & hoſtiæ ſpiritualis oblatione ſuſcepta, noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per dominum. Communio.

Ioā. 14. Spūs ſāctus docebit vos, allſa, q̄cūq; dixero vobis, allſa, allſa. Poſtcōio.

ADeſto, quæſumus domine, populo tuo: & quem myſteriis cęleſtibus imbuiſti, ab hoſtium furore defende. Per dominum no.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctam Anaſtaſiam. Introitus.

Ioā. 2. ACcipite iucunditatem gloriæ veſtræ, alleluia: gratias agentes deo, alleluia: qui vos ad cæleſtia regna vocauit, al-
Pſal. 77. leluia, alleluia, alleluia. Pſalˢ. Attēdite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtrā in verba oris mei. ℣ Gloria patri. Oratio.

ADſit nobis, quæſumus domine, virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clemēter expurget, & ab oībus tueatur aduerſis. Per d.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 8. IN diebus illis. Cū audiſſent apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctū. Nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Tūc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Al-
Ioā. 4. leluia, alleluia. ℣. Spiritus ſanctus docebit vos, quęcunq; dixero vobis. Allſa. ℣. Veni ſancte Spiritus, reple tuorum corda fideliū: & tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni ſancte ſpiritus. vt ſuprà. folio 307. & in fine; Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Dixit Ieſus Pha- c. 10.
riſæis. Amen amen dico vobis, qui nō intrat per hoſtiū in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt & latro. Qui autē intrat per oſtium: paſtor eſt ouiū. Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim: & educit eas. Et cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciūt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus. Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtiū ouiū. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones: ſed nō audierunt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſiquis introierit, ſaluabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeāt: & abundantius habeant. Credo.

Offertoriū. Portas cæli aperuit do- Pſal. 77.
min⁹, & pluit illis manna, vt ederēt; panē cæli dedit eis: panē angelorū manducauit homo, alleluia. Secre.

PVrificet nos, quæſumus domine, muneris præſentis oblatio: & dignos ſacra participatione efficiat. Per dominum. Communio.

Spiritus, qui à patre procedit, alleluia, ille me clarificabit, alleluia, alleluia. Poſtcommunio.

MEntes noſtras, quæſumus domine, Spiritus ſanctus diuinis reparet ſacramētis: quia ipſe eſt remiſſio omniū peccatorū. Per d.

¶ Feria iiij. Quatuor temporū Pentecoſtes. Statio ad Sanctam Mariā Maiorem. Introitus.

Pſal. 67. DEus dū egredereris coram populo tuo all'a: iter faciens eis, habitās in illis, alleluia: terra mota eſt: cęli diſtillauerunt, alleluia, all'a. Pſal. Exurgat deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderūt eū à facie eius. ℣. Gloria patri. dicto Kyrie eleiſ. dicitur Oremus. Et non dicitur. Flectamus genua. Oratio.

MEntes noſtras, quæſum⁹ dn̄e, paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut tuus ꝓmiſit filius, veritatem. Qui tecum. in vnit. eiuſdem ſpirit.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca. 2. IN diebus illis. Stans Petrus cum vndecim, leuauit vocē ſuam, & locutus eſt eis. Viri Iudęi, & qui habitatis Ieruſalē vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea. Non enim, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cū ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt, quod dictum eſt per prophetā Ioel. Et erit in nouiſſimis diebus, dicit dn̄s, effundam de ſpiritu meo ſuper omnē carnē, & prophetabunt filij veſtri & filię veſtrę: iuuenes veſtri viſiones videbūt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt. Et q̄dē ſuper ſeruos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundā de ſpiritu meo, & ꝓphetabunt. Et dabo ꝓdigia in cęlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſāguinem, & ignē, & vaporē fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequā veniat dies domini magn⁹ & manifeſtus. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit.

Alleluia. ℣. Verbo domini cęli firmati sūt, & ſpiritu oris eius oīs virtus eorum. Pſal. 32. Hic dicitur Gloria in excelſis. Poſtea dicitur. Dominus vobiſcum, &c. Oratio.

PRęſta, quæſumus, omnipotēs & miſericors deus: vt Spiritus ſanctus adueniens, templū nos glorię tuę dignanter inhabitando ꝑficiat. Per dom. noſtr. in vnit. eiuſdē.

¶ Ab hac die vſque ad Dominicā ſequentem poſt orationem diei dicitur Eccleſię tuę, quæſu. vel Deus omnium. vt ſupra. fol. 293.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Per manus autem Apoſtolorum fiebāt ſigna & ꝓdigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes ī porticu Salomonis. Cęterorum autē nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credētium in dn̄o multitudo virorū ac mulierum: ita vt in plateis eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis: vt veniente Petro ſaltē vmbra illi⁹ obūbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ieruſalem, afferentes ęgros, & vexatos à ca. 5.

ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes. Alleluia, alľa. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris ĩ eis ignẽ accẽde. Sequentia. Veni ſancte ſpiritus. vt ſuprà in Dñica. in fine Alľa.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca. 6. IN illo tempore. Dixit Ieſus turbis Iudęorum. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei Omnis qui audiuit à patre, & didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quiſquam, niſi is qui eſt à deo: hic vidit patrem. Amen, amen dico vobis, qui credit in me habet vitam æternã. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt panis de cælo deſcendens: vt ſiquis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi

Psal. 118. vita. Credo. Offer. Meditabor in mandatis tuis: quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi, alleluia. Secreta.

ACcipe, quæſumus domine, munus oblatum: & dignanter operare: vt quod myſteriis agimus, piis effectibus celebremus. Per dominũ no. Deinde Protege. vel

Ioã. 14. Oblatis. folio 293. Cõio. Pacẽ relinquo vobis. Alleluia: pacem meã do vobis, allel. alľa. Poſtcõio.

SVmentes domine cæleſtia ſacramenta, quęſumus clementiã tuã: vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudiis conſequamur. Per do. Deinde Quæſumus. vel Hæc nos quæſumus. folio 293.

¶Feria v. Statio ad ſanctum Laurentium foris murum. Introitus.

SPiritus Domini repleuit orbem terrarum, alleluia: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, alľa, alleluia, alľa. Pſal. Emitte ſpiritũ tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. ℣. Gloria pa. Oratio. Sa. 1.

DEus qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis, in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Deinde Eccleſiæ tuæ. vel Deus omnium. vt ſuprà. folio 293.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis, Philippus deſcendens in ciuitatẽ Samarię prædicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbæ his quę dicebantur à Philippo: vnanimiter audientes, & videntes ſigna quæ faciebãt. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamãtes voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati ſunt. Factum eſt ergo gaudiũ magnũ in illa ciuitate. Al- ca. 8.

leluia, alľa. ℣. Emitte ſpiritũ tuũ, & creabuntur: & renouabis faciẽ terrę. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris in eis ignẽ accende. Sequẽtia. Veni ſancte ſpiritus. vt ſuprà. in Dominica. in fine. Alleluia. Psal. 103.

Sequentia ſancti euãg. ſm Lucam.

IN illo tempore: Conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dęmonia:& vt lãguores curarent. Et miſit illos prædicare regnum dei:& ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq; virgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Et in quãcunq; domũ intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorum excutite in teſtimoniũ ſupra illos. Egreſſi autẽ circuibant per caſtella, euangelizãtes, & curãtes vbique. Credo.

Pſal. 67. Offert. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod eſt in Ieruſalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.

MVnera, quæſumus domine, oblata ſanctifica:& corda noſtra ſancti Spiritꝰ illuſtratione emũda. Per dominum no. in vnitate eiuſdẽ. Deinde Protege. vel Oblatis. vt ſuprà. folio 293. Cõmunio.

act. 2 Factus eſt repẽte de cælo ſonus adueniętis ſpiritus vehemẽtis, vbi erãt ſedentes, alleluia:& repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto, loquentes magnalia dei, alleluia, Alleluia. Poſtcõio.

SAncti ſpiritꝰ domine corda noſtra mundet infuſio: & ſui roris intima aſperſione fœcundet. Per dominum noſtrũ. in vnitate eiuſdem. Deinde Quæſumus. vel Hæc nos. vt ſuprà. folio 293.

¶Feria vj. Quatuor temporum Pẽtecoſtes. Statio ad Sanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

REpleatur os meũ laude tua, alleluia: vt poſſim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alleluia. Pſalmus. In te domine ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gloria patri. Oratio. Pſal. 70.

DA quęſumus, eccleſiæ tuę miſericors deus: vt Spiritu ſancto congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per domi. in vnitate eiuſdem. Deinde Eccleſiæ tuæ. vel Deus omnium. vt ſuprà. f. 293.

Lectio Ioelis prophetæ

HAec dicit dominus deus. Exultate filiæ Sion, & lætamini in Domino deo veſtro: quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrẽ matutinum, & ſerotinum, ſicut in principio. Et implebuntur areę frumento, & redundabũt torcularia vino & oleo. Et comedetis veſcentes, & ſaturabimini: & laudabitis nomen domini dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia: & non confundetur populus meꝰ in ſempiternũ. Et ſcietis, quia in medio Iſrael ego ſum: & ego dominus deus veſter, & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in ęternũ. Ait dominus oĩpotens. Alleluia, alleluia. ℣. O quam bonus & ſuauis eſt, dñe, ſpiritus tuꝰ in nobis. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium:& tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni ſancte ſpiritus. vt ſuprà in Dominica Pentec. (ca. 2.; Sa. 1.)

Sequentia ſancti euãg. ſm Lucã.

IN illo tẽpore: Factum eſt in vna c. 5.

dierum, & Ieſus ſedebat docens. Et erant phariſęi ſedentes & legiſdoctores, qui venerant ex omni caſtello Galilęæ, & Iudęæ, & Ieruſalem: & virtus domini erat ad ſanandū eos. Et ecce viri portātes in lecto hominem, qui erat paralytic⁹: & quærebant eū inferre & ponere ante illū. Et nō inuenientes qua partę illū inferrent præ turba, aſcenderūt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerunt illum cū lecto in medium, ante Ieſum. Quorū fidem vt vidit, dixit. Homo remittūtur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare ſcribæ & phariſęi, dicētes. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Vt cognouit aūt Ieſus cogitationes eorū, reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, ſurge, & ambula? Vt autē ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatē ī terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, ſurge: tolle lectum tuū, & vade in domum tuam. Et confeſtim ſurgens coram illis tulit lectum in quo iacebat: & abiit in domū ſuā, magnificans deū. Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant deum. Et repleti ſunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie.

Pſal. 145. Credo. Offertorium. Lauda anima mea dominum: laudabo Dominum in vita mea: pſallam deo meo, quādiu ero, alleluia. Secreta.

SAcrificia domine tuis oblata conſpectibus, ignis illę diuinus aſſumat: qui diſcipulorum Chriſti filij tui per Spiritum ſanctū corda ſuccendit. Per eundem: in vnitate eiuſdem ſpiritus. Deinde. Protege, vel Oblatis. vt ſuprà. fol. 293.

Commemo. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia, & gaudebit cor veſtrum, alleluia. Ioā. 14. Poſtcommunio.

SVmpſimus domine facri dona myſterij humiliter deprecātes: vt quæ in tui cōmemoratione nos facere pręcepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas cum deo patre in vni. Deinde Quæſumus, vel Hæc nos. vt ſuprà. folio 293.

¶ Sabbato quatuor temporū Pentecoſtes. Statio ad S. Petrū. Introi.

CAritas Dei diffuſa eſt ī cordibus noſtris, alleluia, per inhabitātem ſpiritum eius ī nobis, alleluia, alleluia. Pſal. Pſal. 102. Benedic aīa mea domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto ei⁹. ℣. Gloria patri. Orationes ſequentes dicuntur ſine Flectamus genua. Oremus. Oratio.

MEntibus noſtris, quęſum⁹ domine, Spiritum ſanctum benignus infunde: cuius, & ſapientia conditi ſumus, & prouidentia gubernamur. Per dominum in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti deus.

Lectio Ioelis prophetæ. ca. 2.

HAec dicit dominus Deus. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtrę. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſup ſeruos meos & ancillas meas, in diebus illis effundam ſpiritum

meum. Et dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem, & ignem, & vaporẽ fu mi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem: antequã ve- niat dies domini magnus & hor- ribilis. Et erit omnis quicunque in uocauerit nomen domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣. Spiritus eſt, qui viuificat: caro autem non prodeſt quicquam. Oratio.

ILlo nos igne, quæſumus domi- ne, Spiritus ſanctus inflammet: quem dominus noſter Ieſus Chri- ſtus miſit in terram, & voluit vehe menter accendi. Qui tecum viuit & regnat: in vnitate eiuſdem.

Lectio libri Leuitici.

c. 23. IN diebus illis. Locutus eſt domi nus ad Moyſen, dicens. Loque- re filiis Iſrael: & dices ad eos. Cum ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetẽ: feretis manipulos ſpicarum primi- tias meſſis veſtræ ad ſacerdotem. Qui eleuabit faſciculum corã do- mino, vt acceptabile ſit pro vobis altero die ſabbati: & ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipſo die ſabbati, in quo obtuliſtis ma- nipulos primitiarum, ſeptem heb- domadas plenas vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſe- ptimę. Et ſic offeretis ſacrificium nouum domino ex omnibus ha- bitaculis veſtris: panes primitiarũ duos de duabus decimis similę, quos eleuabit ſacerdos coram do- mino. Cumque eleuauerit eos ſa- cerdos cum panibus primitiarum corã domino: cedẽt in vſum eius Et vocabitis hunc diem celeberri- mum atque ſanctiſſimum. Omne opus ſeruile nõ facietis in eo. Legi- timum ſempiternum erit ĩ cũctis habitaculis, & generationibus ve- ſtris: dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Spiritus eius ornauit cœlos. Job. 26.

Oratio

DEus, qui ad animarum mede- lam, ieiunij deuotione caſti- gari corpora præcepiſti: concede nobis propitius: & mente & corpo re tibi ſemper eſſe deuotos. Per do.

Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis. Dixit Moyſes filijs Iſrael. Audi Iſrael, quę ego pręci pio tibi hodie. Cum intraueris ter- ram, quam dominus deus tuus da turus eſt tibi poſſidendam, & obti nueris eam, atque habitaueris ĩ ea: tolles de cunctis frugibus tuis pri- mitias, & pones ĩ cartallo: pergeſq; ad locũ, quem dñs deus tuus elege rit, vt ibi inuocetur nomẽ eius. Ac cedeſq; ad ſacerdotem, qui fuerit ĩ dieb9 illis, & dices ad eũ. Profiteor hodie corã domino deo tuo, qui exaudiuit nos, & reſpexit humilita tem noſtram, & laborem atq; an- guſtias: & eduxit nos de Aegypto ĩ manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in ſignis atque por tentis: & introduxit ad locum iſtũ, & tradidit nobis terrã lacte & mel le manantem. Et idcirco nunc of- fero primitias frugũ terræ, quã do- minus dedit mihi. Et dimittes eas ĩ conſpectu domini dei tui. Et ado- rato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quę dominus Deus tuus dederit tibi. Alleluia. ℣. Dum complerentur dies Pen- tecoſtes, erant omnes pariter ſe- Act. 2.

dentes.

dentes. Oratio.

PRæſta, quęſumus, omnipotens deus: vt ſalutaribus ieiuniis eruditi, ab omnibus etiam vitiis abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum.

Lectio libri Leuitici.

c.26. IN diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos. Si in pceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea: dabo vobis pluuiam temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum: & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis panem veſtrũ in ſaturitate, & abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacē in finibus veſtris: dormietis, & nõ erit q exterreat. Auferam malas beſtias: & gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros: & corruēt corã vobis. Perſequētur quinque de veſtris cētũ alienos, & centũ de vobis decē millia: cadēt inimici veſtri gladio in cõſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciã: multiplicabimini, & firmabo pactum meũ vobiſcũ. Comedetis vetuſtiſſima veterũ, & vetera nouis ſuperuenientib⁹ pijcietis. Ponã tabernaculum meũ in medio veſtri, & nõ abiiciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, & ero veſter de⁹, voſq; eritis populus mē⁹, dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fideliũ, & tui amoris in eis ignem accende. Oremus. Oratio.

PRęſta, quæſumus omnipotens deus, ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt à vitiis irruentib⁹ pariter ieiunemus. Per dominum.

Lectio Danielis prophetę.

ca. 3. IN dieb⁹ illis. Angelus dñi deſcendit cũ Azaria, & ſociis eius ĩ fornacē: & excuſſit flammã ignis de fornace: & fecit medium fornacis quaſi ventũ roris flãtem. Flamma aũt diffuſa eſt ſuper fornacē cubitis quadragintanouem: & incendit quos reperit iuxta fornacē de Chaldeis miniſtros regis, qui eã incēdebãt. Illos aũt oĩno nõ tetigit ignis: neq; contriſtauit: nec quicquã moleſtię intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt & glorificabant, & benedicebãt deũ ĩ fornace, dicētes. Allá. ℣. Benedictus es dñe de⁹ patrũ noſtrorũ, & laudabilis in ſæcula. Finito verſu dicitur Gloria ĩ excelſis. Sequitur Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu. Oratio.

DEus, q trib⁹ pueris mitigaſti flãmas igniũ, cõcede ꝓpitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitiorũ. Per dñm. Deinde pro Papa, Orõ. Deus oĩum. vel Eccleſiæ tuę. vt ſuprà fol. 293. Lectio epiſtolæ beati Pauli apłi ad Romanos.

ca. 5. FRatres. Iuſtificati ex fide pacem habem⁹ ad Deũ ꝑ Ieſum Chriſtum dominũ noſtrũ: per quē & acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe glorię filiorũ dei. Non ſolum aũt, ſed & gloriamur in tribulationibus: ſcientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia aũt probationem: probatio vero ſpē: ſpes aũt nõ confundit: qa

charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui
Pſal. 116. datus eſt nobis. Tractus. Laudate dominum omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum. Sequentia. Veni ſancte ſpiritus. vt ſupra in Dominica, ſine Alleluia in fine.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 4. IN illo tempore: Surgēs Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cum ſol autē occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebāt illos ad Ieſum. At ille ſingulis manꝰ imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui, qa ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum: & turbę requirebāt eum, & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei: quia ideo miſſus ſum.
Pſal. 87. Et erat pdicās ī ſynagogis Galilęę. Credo in vnum. Offertoriū. Domine deus ſalutis meę, ī die clamaui & nocte coram te: intret oratio mea ī cōſpectu tuo dñe, alla. Secr.

VT accepta tibi ſint Domine noſtra ieiunia, præſta nobis, quæſumus, huius munere ſacramēti, purificatū tibi pectus offerre. Per. Alia ſecreta. Oblatis quæſumꝰ domine, vel Protege. vt ſuprà. f. 293.
Communio. Spiritus, vbi vult, ſpirat: & vocē eius audis, alla: ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia, alleluia. Poſtcōio. Ioā. 3.

PRæbeant nobis domine diuinū tua ſancta feruorē: quo eorum pariter & actu delectemur, & guſtu. Per. Altera poſtcommunio, Hæc nos qs. vel Quęſumus domine. vt ſuprà. folio 293.

IN FESTO SANCTAE TRINITATIS.

Introitus.



BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuā. ps. Dñe dñs noſter quā admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. ℣. Gloria. Oratio. Pſ. 8.

OMnipotēs ſempiterne deus, q dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, & ī potētia maieſtatis adorare vnitatē, quęſumus: vt eiuſdem fidei firmitatē ab omnibꝰ ſemp muniamur aduerſis. Per. Deinde fit cōmemora. de Dñica j. poſt pētec. Oro. Deus in te ſperantium. vt inferius habet ī eiꝰ miſſa. Lcō epłę btī Pauli apłi ad Rom.

c.11. FRatres : O altitudo diuitiarum ſapientię, & ſcientię Dei:quam incōprehenſibilia ſunt iudicia eiꝰ, & inueſtigabiles vię eius. Quis enī cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor, & gloria,in ſęcula ſeculorum. Amen. Grad. Benedictus es dñe, qui intueris abyſſos,& ſedes ſuper cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, & laudabilis ī ſecula. Alła, alleluia. ℣. Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis in ſęcula, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



c.28. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Euntes ergo docete oēs gentes, baptizantes eos,in nomine patris, & filij,& ſpiritus ſancti : docentes eos ſeruare omnia quęcunq; mādaui vobis. Et ecce,ego vobiſcum ſum vſq; ad cōſummationem ſeculi. Credo. Oft. Benedictus ſit deus pater, vnigenitusq; dei filius, ſanctus quoque ſpiritus : quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Secreta.

SAnctifica, quæſumus dñe Deus noſter, ꝑ tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hoſtiam: & per eam noſmetipſos tibi perfice munus ęternum. Per dom.

Pro commemor. dñicę. Secreta. Hoſtias noſtras. vt infrà. fol. 319. Præfatio. Qui cū vnigenito. f. 250. Cōio. Benedicimus Deum cęli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcū miſericordiam ſuam. Poſtcōio.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis & animę, dñe deꝰ noſter, huius ſacramenti ſuſceptio:& ſempiternę ſanctę Trinitatis, eiuſdēq; indiuiduę vnitatis confeſſio. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū. Pro commemor. dñicę. Poſtcōio. Tantis domine. vt infrà. fol. 319.

¶ Dominica prima poſt Pentecoſten. Introitus.

DOmine ī tua miſericordia ſpaui : exultauit cor meum in ſalutari tuo, cantabo domino, qui bona tribuit mihi. Pſal. 12. Pſal. Vſquequo dñe obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciē tuā à me? ℣. Gloria. Oratio.

DEus in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius inuocationibus noſtris: & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxilium gratię tuę : vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate, tibi, & actione placeamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit,& regnat in vnit. ſpiritu ſanct.

¶ Ab hac die, vſque ad Aduentum Domini excluſiuè, in Miſſa tam de tempore quam de ſanctis eodem tempore occurrentibus, niſi ſit duplex, vel infrà octauam : Secunda oratio dicitur ad poſcenda ſuffragia ſanctorum, vt infrà. Oratio

A Cunctis nos, quæſumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente glorioſa virgine dei genitrice Maria, cum beatis Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia vero oratio dicatur ad libitum ſacerdotis.

¶ Lectio epiſtolę beati Ioan. Apoſt.

.c.4 Ariſſimi, Deus caritas eſt. In
hoc apparuit caritas dei in nobis: quoniã filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum vt viuamus per eum. In hoc eſt caritas: non quaſi nos dilexerimus deum: ſed quoniã ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiatorem ꝓ peccatis noſtris. Cariſſimi ſi deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligimus inuicẽ, deus in nobis manet: & caritas eius ĩ nobis perfecta eſt. In hoc cognouimꝰ, quoniã in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniã de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur: quoniã pater miſit filiũ ſuum ſaluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniã Ieſus eſt filius dei: deus ĩ eo manet, & ipſe in deo. Et nos cognouimus, & credimus caritati, quam habet deus in nobis. Deus caritas eſt: & qui manet in caritate, in deo manet, & deus in eo. In hoc ꝑfecta eſt caritas dei nobiſcum, vt fiduciã habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor nõ eſt in caritate: ſed perfecta caritas foras mittit timorem: quoniã timor pęnam habet. Qui autẽ timet, non eſt ꝑfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum: quoniã deus prior dilexit nos. Siquis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrẽ ſuum oderit: mendax eſt. Qui enim non diligit fratrẽ ſuum, quẽ videt: Deum, quẽ non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit deum, diligat &
fratrem ſuum. Grad. Ego dixi do- Pſal. 40.
mine, miſerere mei: ſana animam meam quia peccaui tibi. ℣. Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperẽ: in die mala liberabit eum
dominus. Alleluia, Alla. ℣. Verba Pſal. 5.
mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tẽ- ca.6.
pore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Nolite condemnare, & nõ cõdemnabimini. Dimitte, & dimittemini. Date & dabitur vobis. Menſurã bonam, & confertam, & coagitatã, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura, qua mẽſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autẽ illis, & ſimilitudinẽ. Nunquid poteſt cęcus cęcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Nõ eſt diſcipulus ſuper ma-

giſtrum. Perfectus autẽ omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autẽ vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autẽ, quæ in oculo tuo eſt, nõ conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater ſine, eiiciam feſtucam de oculo tuo: ipſe trabem in oculo tuo non videns? Hipocrita, eiice primum trabẽ de oculo tuo: & tũc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Credo. Offertoriũ. Intende voci
Pſal. 5. orõnis meæ: rex meus, & deus me⁹: qm̃ ad te orabo domine. Secreta.

HOſtias noſtras, quæſumus domine, tibi dicatas placatus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per do.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramẽti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in præſenti, & gloriam in futuro. Communio.
Pſal. 9. Narrabo omnia mirabilia tua: lętabor, & exultabo in te, pſallam nomini tuo altiſſime. Poſtcõmunio.

TAntis dñe repleti muneribus, præſta, quæſumus: vt, & ſalutaria dona capiamus, & à tua laude nunquam ceſſemus. Per do.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcommunio.

MVndet & muniat nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis: à cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

¶ In ſolennitate Sacratiſſimi Corporis Chriſti. Introitus.

Pſal. 80. CIbauit eos ex adipe frumenti, allã, & de petra melle ſaturauit eos, allã, allã. allã. ps. Exultate Deo adiutori noſtro: iubilate deo Iacob. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue, quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerarì: vt, redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: ca. 1. quoniam Dñs Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtq̃ cœnauit, dicens. Hic calix, nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcunq; bibetis, in meã cõmemorationem. Quotieſcunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem dñi annunciabitis donec veniat. Itaq; quicunq; manducauerit panem: & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudi-

cium ſibi manducat & bibit, non
diiudicans corpus domini. Gradu.
Pſal. 144. O culi omnium in te ſperāt domi-
ne: & tu das illis eſcam in tempore
opportuno. ℣. Aperis tu manum
tuā: & imples omne animal benedi
ctione. Alleluia, all'a. ℣. Caro mea
vere eſt cibus: & ſanguis meus vere
eſt potus: qui manducat meam
carnem & bibit meū ſanguinē, in
me manet, & ego in eo. Sequentia

LAuda Sion Saluatorem, lauda
ducem & paſtorē, in hymnis,
& canticis. Quantum potes, tantū
aude: quia maior omni laude, nec
laudare ſufficis. Laudis thema ſpe
cialis, panis viuus & vitalis, hodie
proponitur. Quem in ſacræ men-
ſa cœnæ, turbæ fratrum duodenæ,
datum non ambigitur. Sit laus ple
na, ſit ſonora, ſit iucunda, ſit de-
cora mentis iubilatio. Dies enim
ſolemnis agitur: in qua menſæ pri
ma recolitur huius inſtitutio. In
hac menſa noui regis, nouum pa-
ſcha nouæ legis, phaſe vetus termi-
nat. Vetuſtatem nouitas, vmbram
fugat veritas, noctem lux eliminat.
Quod in cœna Chriſtus geſſit, fa-
ciendum hoc expreſſit, in ſui me-
moriam. Docti ſacris inſtitutis, pa-
nem, vinum in ſalutis cōſecramus
hoſtiā. Dogma datur chriſtianis,
quod in carnem tranſit panis, &
vinum in ſanguinem. Quod non
capis, quod non vides, animoſa fir
mat fides, præter rerum ordinem.
Sub diuerſis ſpeciebus, ſignis tan-
tum, & non rebus, latēt res eximiæ.
Caro cibus, ſanguis potus: manet
Chriſtus tamen totus ſub vtraque
ſpecie. A ſumente non conciſus,
non confractus, non diuiſus: inte-
ger accipitur. Sumit vnus, ſumunt
mille: quantum iſti tantum ille:
nec ſumptus conſumitur. Sumūt
boni, ſumunt mali: ſorte tamē in-
æquali, vitæ vel interitus. Mors eſt
malis, vita bonis: vide, paris ſum-
ptionis quam ſit diſpar exitus. Fra-
cto demum ſacramento, ne vacil-
les: ſed memento, tantum eſſe ſub
fragmento, quantum toto tegitur.
Nulla rei fit ſciſſura: ſigni tantum
fit fractura: qua nec ſtatus, nec ſta
tura ſignati minuitur. Ecce panis
angelorum, factus cibus viatorum:
vere panis filiorum, non mitten-
dus canibꝰ. In figuris præſignatur,
cum Iſaac immolatur: agnus pa-
ſchæ deputatur: datur manna pa-
tribus. Bone paſtor, panis veræ, Ie-
ſu noſtri miſerere: tu nos paſce,
nos tuere: tu nos bona fac videre,
in terra viuentium. Tu qui cuncta
ſcis & vales: qui nos paſcis hic mor
tales: tuos ibi commenſales, cohæ-
redes & ſodales, fac ſanctorum ci-
uium. Amen. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.



IN illo tē- ca. 6.
pore. Dixit
Ieſus turbis
Iudæorū. Ca
ro mea, vere
eſt cibus: &
ſanguis meꝰ
vere eſt potꝰ.
Qui manducat meam carnem, &
bibit meum ſanguinem: in me ma
net, & ego in illo. Sicut miſit me vi
uens pater, & ego viuo propter pa-
trem: & qui manducat me, & ipſe

viuet propter me. Hic eſt panis, qui
de cęlo deſcendit. Non ſicut man-
ducauerunt patres veſtri manna,
& mortui ſunt. Qui mãducat hũc
panẽ, viuet ĩ ęternũ. Credo. Offer.
Le. Sacerdotes Domini incenſum &
21. panes offerunt deo: & ideo ſancti
erunt deo ſuo, & non polluent no-
men eius, alleluia. Secreta.
Eccleſiæ tuę, quæſumus domi-
ne, vnitatis & pacis propitius
dona concede: quę ſub oblatis mu
neribus myſtice deſignantur. Per
dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtrũ filium tuum. Præfatio Quia
per incarnati. folio 237. Et dicitur
per totam octauam. Communio.
1. co. Quotieſcunque manducabitis pa-
11. nem hunc, & calicem bibetis: mor
tem domini annunciabitis, donec
veniat: itaque quicunque mandu-
cauerit panem, & biberit calicem
domini indigne, reus erit corpo-
ris, & ſanguinis domini, alleluia.
Poſtcommunio.
Fac nos, quæſumus domine, di-
uinitatis tuæ ſempiterna fruitio
ne repleri: quam precioſi corpo-
ris & ſanguinis tui temporalis per-
ceptio præfigurat. Qui viu. &c.
¶ Intra octa. non fit de aliquo ſan-
cto, niſi fuerit duplex: In die octa-
uæ non fit niſi de feſto S. Ioannis
Baptiſtę, & ſanctorũ apoſtolorũ Pe-
tri, & Pauli, ſi occurrat: & tunc fit
de feſto cũ cõmemoratione octa-
uæ. Secunda oratio infra octauam.
de ſancta Maria Concede. tertia
Eccleſiæ vel pro Papa. folio 293.
¶ Dominica ij. poſt Pentecoſten,
quæ eſt infra octauam Corporis
Chriſti. Introitus.

Factus eſt dominus pro- Pſal.
tector meus: & eduxit 17.
me in latitudinem: ſal
uum me fecit: quoniã
voluit me. Pſal. Dili-
gam te domine fortitudo mea: do-
minus firmamentum meum: & re-
fugium meum: & liberator meus.
℣. Gloria patri, & filio. Oratio.
Sancti nominis tui domine ti-
morem pariter, & amorem fac
nos habere perpetuum: quia nun-
quam tua gubernatione deſtituis,
quos in ſoliditate tuæ dilectionis
inſtituis. Per dominũ. Deinde fit
commemoratio de octa. Corporis
Chriſti tm̃, Deus qui nobis. vt ſup.
Lectio epłę beati Ioannis apoſtoli.
Chariſſimi: Nolite mirari, ſi odit 1.c.3
vos mundus. Nos ſcimus, quo
niam tranſlati ſumus de morte ad
vitam, quoniam diligimus fratres.
Qui non diligit, manet in morte.
Omnis qui odit fratrem ſuum, ho
micida eſt. Et ſcitis quoniam om-
nis homicida non habet vitã ęter-
nam in ſe manentẽ. In hoc cogno-
uimus caritatem dei, quoniam ille
pro nobis aĩam ſuam poſuit: & nos
debemus pro fratribus animas po-
nere. Qui habuerit ſubſtantiã hu-
ius mundi, & viderit fratrem ſuũ
neceſſitatem habere, & clauſerit vi
ſcera ſua ab eo: quomodo caritas
dei manet in eo? Filioli mei, non
diligamus verbo, neque lingua: ſed
opere & veritate. Grad. Ad domi- Pſal.
num cũ tribularer clamaui, & ex- 119.
audiuit me. ℣. Dñe libera animã
meam à labiis iniquis: & à lingua
doloſa. Alleluia, alleluia. ℣. Do-
mine deus in te ſperaui, ſaluum

me fac ex omnibus perſequenti-
bus me, & libera me, alleluia.
Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Lucam.



IN illo tempo-
c.14. re. Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis
parabolã hanc.
Homo quidam
fecit cœnam ma
gnam, & voca-
uit multos. Et
miſit ſeruũ ſuũ
hora cœnę dicere inuitatis vt veni-
rẽt, quia iam parata ſunt oĩa. Et cę-
perũt omnes ſimul ſe excuſare. Pri-
mus dixit ei. Villam emi: & neceſſe
habeo exire, & videre illã, rogo te,
habe me excuſatum. Et alter dixit.
Iuga bouũ emi quinque: & eo ꝓ-
bare illa: rogo te, habe me excuſatũ.
Et alius dixit, Vxorem duxi: & ideo
non poſſum venire. Et reuerſus nũ
ciauit hęc domino ſuo. Tunc ira-
tus pater familias, dixit ſeruo ſuo.
Exi cito in plateas & vicos ciuitatis,
& pauperes ac debiles, & cæcos &
claudos ĩtroduc huc. Et ait ſeruus:
Dñe factum eſt vt imperaſti: & ad-
huc locuꝰ eſt. Et ait dñs ſeruo. Exi
in vias & ſepes: & cõpelle intrare, vt
impleatur domus mea. Dico autẽ
vobis, quod nemo virorũ illorum
qui vocati ſunt, guſtabit cœnã meã.
Credo. Offer. Dñe conuertere, &
eripe animã meam: ſaluum me fac
propter miſericordiã tuã. Secreta.

OBlatio nos, quæſumus domi-
ne, tuo nomini dicanda, puri
ficet: & de die in diem ad cæleſtis
vitæ transferat actionem. Per do-
minum noſtrum. Communio.
Cantabo domino, qui bona tri- Pſal.
buit mihi: & pſallam nomini do- 12.
mini altiſſimi. Poſtcommunio.

SVmptis muneribus ſacris, quæ-
ſumus domine, vt cum frequẽ-
tatione myſterij, creſcat noſtræ ſa-
lutis effectus. Per dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ Dominica iij. poſt Penteco-
ſten. Introitus.

REſpice in me, & miſe- Pſal.
rere mei domine: quo 24.
niã vnicus, & pauper
ſum ego: vide humili-
tatem meam & labo-
rem meum, & dimitte omnia pec-
cata mea deus meus. Pſal. Ad te
domine leuaui animam meã: deus
meus in te confido, non erubeſcã.
℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

PRotector in te ſperantiũ deus,
ſine quo nihil eſt validũ, nihil
ſanctum: multiplica ſuper nos mi
ſericordiam tuam: vt te rectore, te
duce, ſic tranſeamus per bona tẽ-
poralia, vt non amittamus æter-
na. Per dominum noſtrum. Dein-
de A cunctis. vt ſupra. folio 318.
Tertia ad libitum. Lectio epiſtolæ
beati Petri Apoſtoli.

CAriſſimi: Humiliamini ſub 1.c.5
potenti manu Dei: vt vos exal
tet in tempore viſitationis. Omnẽ
ſolicitudinem veſtrã proiiciẽtes in
eum: qm ipſi eſt cura de vobis. So-
brij eſtote, & vigilate, quia aduerſa-
rius veſter diabolus, tanquã leo ru-
giens, circuit quęrens quẽ deuoret.
Cui reſiſtite fortes in fide: ſciẽtes eã
dẽ paſſionẽ ei quę in mundo eſt, ve
ſtrę fraternitati fieri. Deus autẽ om
nis gratię, qui vocauit nos ĩ ęternã

ſuam gloriam in Chriſto Ieſu: modicū paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq́;. Ipſi gloria & imperiū in ſecula ſeculorū. Amē. Grad.
Pſal. 54. Iacta cogitatum tuū in domino: & ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarē ad dominum, exaudiuit vocē meā, ab his qui appropinquant mihi.
Pſal. 7. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iuſtus, fortis, & patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 15. IN illo tempore: Erant appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores: vt audirent illum. Et murmurabant phariſei & ſcribę, dicentes. Quia hic peccatores recipit: & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: &, ſi perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illā? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meā quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pęnitentiam agente, quam ſupra nonagintanouē iuſtis, qui nō indigent pęnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas, & vicinas, dicēs. Congratulamini mihi: quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit corā angelis dei ſuper vno peccatore pęnitentiam agente. Credo. Offertō.
Pſal. 9. Sperent in te omnes, qui nouerūt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quærentes te: pſallite domino, qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus orationem pauperum. Secreta.

REſpice, quęſumus domine, munera ſupplicantis eccleſiæ: & ſaluti credentium perpetua ſanctificatione ſumenda cōcede. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Deinde Exaudi nos deus ſalutaris. vt ſuprà. folio 319.
Luc. 15. Cōmunio. Dico vobis, gaudiū eſt angelis dei ſuper vno peccatore pęnitentiam agente. Poſtcōmunio.

SAncta tua domine nos ſumpta viuificent: & miſericordiæ ſempiternæ præparent expiatos. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui te. Deinde Mundet & muniat. vt ſuprà. folio 319

¶ Dñica iiij. poſt Pentec. Introitus.

Pſal. 26. DOminus illuminatio mea & ſalus mea, quē timebo? Dominus defenſor vitę meę, à quo trepidabo? Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderūt. Pſal. Si conſiſtant aduerſum me caſtra, nō timebit cor meum. ℣. Gloria. Oratio.

DA nobis, quæſumus domine: vt, & mūdi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigātur & eccleſia tua trāquilla deuotione lętetur. Per dominum no. Deinde A cunctis nos. vt in j. Dominica. folio 318.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 8. Fratres: Exiſtimo, quod nõ ſunt condignę paſſiones huius temporis, ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorũ dei expectat. Vanitati.n.creatura ſubiecta eſt, nõ volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam ĩ ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis ĩ libertatem glorię filiorũ dei. Scimus enim, quod omnis creatura ĩgemiſcit, & parturit vſq; adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri: In Chriſto Ieſu dño noſtro. Gradua.

Pſal. 78. Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes, vbi eſt Deus eorũ? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui dñe libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus qui ſedes ſuper thronũ, & iudicas ęquitatem, eſto refugium pauperum in tribulatione, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 5. IN illo tempore. Cum turbę irruerent in Ieſum, vt audirent verbum Dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum. Piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autẽ in vnã nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſedens, docebat de nauicula turbas. Vt autem ceſſauit loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpõdens Simon, dixit illi. Præceptor, ꝑ totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſciũ multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt ſociis, qui erãt in alia naui: vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cũ videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens. Exi à me, qa homo peccator ſum domine. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium quam ceperant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedei, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et ſubductis ad terrã nauibus, relictis oĩbus ſecuti sũt eũ. Credo. Offer.

Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, pręualui aduerſus eum. Secreta.

Oblationibus noſtris, quæſum⁹ dñe, placare ſuſceptis: & ad te noſtras etiã rebelles compelle propitius voluntates. Per dominum.

Deinde Exaudi. vt ij. Dñica. f. 319.

Cõio. Domin⁹ firmamentũ meũ, & refugiũ meũ, & liberator meus, adiutor meus. Poſtcommunio.

Myſteria nos, domine, quæſumus ſumpta purificẽt: & ſuo munere tueantur. Per dominum.

Deinde Mundet. vt in prima Dominica. folio 319.

¶Dominica v. poſt Pente. Introi.
Psal. 26. EXaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus eſto, ne derelinquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Pſal. Domin' illuminatio mea, & ſalus mea: quē timebo? ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui diligentibus te bona inuiſibilia præparaſti, infunde cordibus noſtris tui amoris affectū: vt te in omnibus, & ſuper omnia diligentes: promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Deinde A cunctis nos, vt ſup. f. 318.

1. c. 3 Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli.

CAriſſimi: Omnes vnanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hęreditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur eam. Quia oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini ſuper facientes mala. Et quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni ęmulatores fueritis? Sed & ſiquid patimini propter iuſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Ieſum Chriſtum ſanctificatę in cordibus veſtris. Grad. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice ſup ſeruos tuos. Psal. 83. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorū. Alleluia, alleluia. ℣. Domine in virtute tua, lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer. alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: niſi abūdauerit iuſtitia veſtra pluſquā ſcribarū, & phariſæorū, nō intrabitis in regnum cælorum. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca: reus erit cōcilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehēnę ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Credo. Offertoriū. Benedicam dominū, qui tribuit mihi intellectum, prouidebam deum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Secreta.

ca. 5

Psal. 15.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, & has oblationes famulorum famularumque tuarū benignus aſſume: vt quod ſinguli obtulerūt ad honorē nominis tui, cunctis proficiat ad ſalutē. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecū vi. Deinde

Exaudi nos. vt ſupra. folio 319.
Pſal. 26. Communio. Vnam petij à domi-
no, hanc requiram : vt inhabitem
in domo domini omnibus diebus
vitæ meæ. Poſtcommunio.

OVos domine cæleſti dono ſa-
tiaſti : præſta quæſumus, vt à
noſtris mundemur occultis : & ab
hoſtium liberemur inſidiis. Per do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum
filium tuum. Qui te. Deinde Mun-
det & muniat. vt ſupra. folio 319.

Pſal. 27. ¶ Dominica vj. poſt Pent. Introi.

DOminus fortitudo ple-
bis ſuę : & protector ſa-
lutarium Chriſti ſui eſt:
ſaluum fac populũ tuũ
domine, & benedic hæ-
reditati tuæ, & rege eos vſque in ſę-
culum. Pſalmus. Ad te domine cla
mabo : deus meus ne ſileas à me :
nequando taceas à me, & aſſimila-
bor deſcendentibus in lacũ. ℣. Glo
ria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Oratio.

DEus virtutum cuius eſt totum,
quod eſt optimum, inſere pe-
ctoribus noſtris amorem tui nomi
nis : & præſta in nobis religionis
augmentum : vt quæ ſunt bona nu
trias : ac pietatis ſtudio, quæ ſunt
nutrita, cuſtodias. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum filium
tuum. Secunda oratio. A cunctis.
vt ſupra. fol. 318. Tertia ad libitũ.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Romanos.

ca. 6. FRatres : quicũque baptizati ſu-
mus in Chriſto Ieſu, in morte
ipſius baptizati ſumus. Conſepul-
ti enim ſumus cum illo per baptiſ-
mum in morte : vt quomodo ſur-
rexit Chriſtus à mortuis per glo-
riam patris, ita & nos in nouitate
vitæ ambulemus. Si enim cõplan-
tati facti ſumus ſimilitudini mor-
tis eius : ſimul & reſurrectionis eri-
mus. Hoc ſcientes, quia vetus ho-
mo noſter ſimul crucifixus eſt : vt
deſtruatur corpus peccati, vt vltra
non ſeruiamus peccato. Qui enim
mortuus eſt, iuſtificatus eſt à pecca
to. Si autem mortui ſumus cum
Chriſto : credimus, quia ſimul etiã
viuemus cum illo. Scientes, quia
Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam
non moritur : mors illi vltra non
dominabitur. Quod enim mortuꝰ
eſt peccato, mortuꝰ eſt ſemel: quod
autem viuit, viuit deo. Ita & vos ex-
iſtimate vos mortuos quidem eſſe
peccato : viuentes autẽ deo in Chri
ſto Ieſu domino noſtro. Grad. Cõ Pſal. 89.
uertere domine aliquantulum : &
deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Do
mine refugium factus es nobis, à ge
neratione in generationem. Alle-
luia, alleluia. ℣. In te dñe ſperaui, Pſal. 30.
non cõfundar in ęternum: in iuſti-
tia tua libera me, & eripe me: incli-
na ad me aurem tuam: accelera, vt
eripias me, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Marcum.



IN illo tem ca. 8.
pore. Cum
turba multa
eſſet cum Ie-
ſu, nec habe-
rẽt quod mã
ducarent: cõ
uocatis diſci
pulis ſuis, ait illis. Miſereor ſuper tur
bam: quia ecce iam triduo ſuſtinẽt

me, nec habent quod manducent.
Et, ſi dimiſero eos ieiunos in domũ
ſuam, deficient in via. Quidã enim
ex eis de longe venerunt. Et reſpon-
derunt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos
poterit quis hic ſaturare panibus
in ſolitudine? Et interrogauit eos.
Quot panes habetis? Qui dixerunt,
Septem. Et præcepit turbæ diſcum-
bere ſuper terram. Et accipiens ſe-
ptem panes, gratias agens fregit, &
dabat diſcipulis ſuis, vt apponerẽt:
& appoſuerunt turbę. Et habebant
piſciculos paucos: & ipſos benedi-
xit: & iuſſit apponi. Et manduca-
uerunt, & ſaturati ſunt. Et ſuſtule-
runt quod ſuperauerat de fragmẽ-
tis, ſeptem ſportas. Erant autẽ qui
manducauerãt, quaſi quatuor mil
lia: & dimiſit eos. Credo. Offer.
Pſal. 16. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis,
vt non moueantur veſtigia mea: incli
na aurẽ tuã, & exaudi verba mea:
mirifica miſericordias tuas, qui ſal-
uos facis ſperantes in te dñe. Secre.
Propitiare domine ſupplicatio-
nibus noſtris: & has populi tui
oblationes benignus aſſume: & vt
nullius ſit irritum votum, nullius
vacua poſtulatio, præſta quæſum⁹:
vt, quod fideliter petimus, effica-
citer conſequamur. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuũ.
Qui tecũ viuit & reg. Alia ſecreta.
Exaudi nos. vt ſupra in prima Do-
minica folio 319. Communio.
Pſal. 26. Circuibo, & immolabo in taber-
naculo eius hoſtiam iubilationis:
cantabo, & pſalmum dicam do-
mino. Poſtcommunio.
Repleti ſumus domine mune-
ribus tuis: tribue quæſumus,
vt eorum mũdemur effectu, & mu
niamur auxilio. Per dominũ. Alia
poſtcommunio. Mundet. fol. 319.

¶ Dominica vij. poſt Penteco-
ſten. Introitus.

Omnes gentes plaudite Pſal. 46.
manibus, iubilate Deo
in voce exultationis.
Pſal. Quoniam domi-
nus excelſus, terribilis,
rex magnus ſuper omnem terram.
℣. Gloria patri, & filio. Oratio.
Deus cuius prouidentia in ſui
diſpoſitione non fallitur: te
ſupplices exoramus: vt noxia cun-
cta ſubmoueas, & omnia nobis ꝓ-
futura concedas. Per dominum no
ſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.
Alię orationes ſupra. folio 318.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Romanos.
Fratres: Humanum dico pro- ca. 6.
pter infirmitatem carnis veſtræ.
Sicut enim exhibuiſtis membra ve-
ſtra ſeruire immunditię & iniquita
ti ad iniquitatem: ita nunc exhibe-
te membra veſtra ſeruire iuſtitiæ:
in ſanctificationem. Cũ enim ſerui
eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.
Quem ergo fructum habuiſtis tũc
in illis, in quibus nunc erubeſcitis?
Nam finis illorũ, mors eſt. Nunc ve
ro liberati à peccato, ſerui autẽ facti
deo, habetis fructũ veſtrum in ſan-
ctificationem, finem vero vitã ęter-
nam. Stipẽdia enim peccati mors.
Gratia autẽ dei, vita ęterna. In Chri
ſto Ieſu domino noſtro. Graduale.
Venite filij, audite me: timorem Pſal. 33.
domini docebo vos. ℣. Accedite
ad eũ, & illuminamini: & facies ve
ſtræ non confundentur. Alleluia.

Pſal. 46. alleluia. ℣. Omnes gentes plaudi-
te manibus, iubilate deo in voce
exultationis, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Matthæum.

ca.7. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſci
pulis ſuis. Attendite à falſis pro-
phetis, qui veniunt ad vos in ve-
ſtimentis ouium, intrinſecus au-
tem ſunt lupi rapaces. A fructibus
eorum cognoſcetis eos. Nunquid
colligunt de ſpinis vuas, aut de tri-
bulis ficus? Sic, omnis arbor bona
bonos fructus facit: mala autem ar
bor malos fructus facit. Non po-
teſt arbor bona malos fructus face-
re: neque arbor mala, fructus bo-
nos facere. Omnis arbor, quę non
facit fructū bonum, excindetur, &
in ignem mittetur. Igitur ex fructi-
bus eorum cognoſcetis eos. Non
omnis qui dicit mihi, Domine do-
mine, intrabit in regnum cęlorū:
ſed qui facit voluntatē patris mei,
Dan. 3. qui in cælis eſt, ipſe intrabit in re-
gnum cælorum. Credo. Offer. Si-
cut in holocauſtis arietum & tau-
rorum, & ſicut in millibus agnorū
pinguium: ſic fiat ſacrificium no-
ſtrum in cōſpectu tuo hodie, vt pla
ceat tibi, quia non eſt confuſio cō-
fidentibus in te domine. Secreta.

DEus, qui legalium differentiā
hoſtiarum vnius ſacrificij per-
fectione ſanxiſti: accipe ſacrificiū
à deuotis tuis famulis: & pari be-
nedictione ſicut munera Abel, ſan-
ctifica: vt quod ſinguli obtulerunt
ad maieſtatis tuæ honorem, cun-
ctis proficiat ad ſalutem. Per domi
num noſtrum Ieſum Chriſtum fi-
lium tuum. Qui te. Aliæ ſecretæ, vt
ſupra. folio 319. Communio.
I nclina aurem tuam, accelera, vt Pſal. 30.
eruas me. Poſtcommunio.

TVa nos domine medicinalis
operatio, & à noſtris peruerſi-
tatibus clementer expediat, & ad
ea quæ ſunt recta perducat. Per do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum
filium tuum: Qui te. Aliæ poſtcō-
muniones, vt ſupra. folio 319.

¶ Dominica viij. poſt Penteco-
ſten. Introitus.

SVſcepimus deus miſe- Pſal. 47.
ricordiam tuā in me-
dio templi tui: ſecun-
dum nomē tuū deus,
ita & laus tua in fines
terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.
Pſalmus. Magnus dominus & lau-
dabilis nimis: in ciuitate dei no-
ſtri, in monte ſancto eius. ℣. Glo-
ria patri & filio, & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Oratio.

LArgire nobis, quæſumus do-
mine, ſemper ſpiritum cogi-
tandi quæ recta ſunt propitius. &
agendi: vt, qui ſine te eſſe non poſ-
ſumus: ſecundum te viuere valea-
mus. Per dominum noſtrū Ieſum
Chriſtū filiū tuum. Qui te. Deinde
A cunctis. ſupra. folio 318.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apo-
ſtoli ad Romanos.

FRatres: Debitores ſumus non ca.8.
carni, vt ſecundum carnem vi-
uamus. Si enim ſecundum carnē
vixeritis, moriemini. Si autem ſpi
ritu facta carnis, mortificaueritis:
viuetis. Quicunque enim ſpiritu
dei aguntur: hi filij dei ſunt. Non
enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
iterum in timore: ſed accepiſtis ſpi-

ritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba, pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij dei. Si autem filij, & heredes: Heredes quidem Dei, cohæredes autem Chri-
Pſal. 30. ſti. **Gradu.** Eſto mihi in deum protectorem, & in locum refugij, vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui domine: non confundar in
Pſal. 47. eternum. Alleluia, alleluia. ℣. Magnus dominus & laudabilis valde, in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
c.16. **cundum Lucam.**



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hãc. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iam enim nõ poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationẽ? Fodere non valeo: mendicare erubeſco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam: & ſede cito, & ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicũ iniquitatis, quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cũ defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Credo. **Offertorium.** Populum humilem ſaluum facies domine, & oculos ſuperborum humiliabis: quoniam quis deus præter te domine? **Secreta.**

SVſcipe, quæſumus domine, munera, quæ tibi de tua largitate deferimus: vt hæc ſacroſancta myſteria, gratiæ tuæ operante virtute, & præſentis vite nos conuerſatione ſanctificẽt, & ad gaudia ſempiterna perducãt. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Deinde. Exaudi nos. vt ſupra. fol. 319.
Cõio. Guſtate, & videte, quoniã Pſal. 33.
ſuauis eſt dominus: beatus vir qui ſperat in eo. **Poſtcommunio.**

SIt nobis domine reparatio mentis & corporis cæleſte myſteriũ: vt, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ. Deinde. Mundet, & muniat. vt ſupra. f. 319.

¶ Dominica ix. poſt Pentecoſten. Introitus.

ECce Deus adiuuat me: Pſal. 53.
& dominus ſuſceptor eſt animę meę: auerte mala inimicis meis, & ĩ veritate tua diſperde illos protector meus domine. **Pſalmus.** Deus in nomine tuo ſal-

uum me fac: & in virtute tua libera me. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

PAteant aures miſericordiæ tuæ domine precibus ſupplicantiũ: & vt petẽtibus deſiderata cõcedas, fac eos quæ tibi ſunt placita poſtulare. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecũ.

Secunda oratio. A cunctis, vt ſuprà folio 318.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1. co. 10. FRatres: Non ſimus concupiſcẽtes malorum, ſicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentem⁹ Chriſtum: ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis: ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hęc autem omnia in figura cõtingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Fidelis autẽ deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cũ tentatione etiam prouentum: vt

Pſ. 8. poſſitis ſuſtinere. Graduale. Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. ℣. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos. Alleluia,

alleluia. ℣. Eripe me de inimicis Pſa.
meis deus meus, & ab inſurgenti- 85.
bus in me libera me. Alleluia.

Sequentia ſancti euãgelij ſecundum Lucam.



c. 19. IN illo tẽpore: Cum appropinquaret Ieſus Ieruſalẽ, vidẽs ciuitatẽ, fleuit ſuper illã, dicens: Quia ſi cognouiſſes, & tu & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia veniẽt dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabũt te, & coanguſtabunt te vndique: & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo ꝙ non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et ingreſſus in templũ cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes, dicẽs illis. Scriptum eſt: quia dom⁹ mea domus orationis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat docẽs quotidie in templo.

Credo. Offert. Iuſtitiæ domini re- Pſal.
ctæ, lętificãtes corda, & iudicia ei⁹ 18.
dulciora ſuper mel & fauum: nam & ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.

COncede nobis, quæſumus domine, hęc dignè frequentarę myſteria: qa quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur, opus noſtrę redemptionis exercetur. Per dominum noſtrũ. Secunda ſecr.

ta. Exaudi nos. vt ſuprà. fol. 319.
fol. Cõio. Qui manducat meam car-
1. nem, & bibit meum ſanguinem,
in me manet, & ego in eo, dicit do
minus. Poſtcommunio.

TVi nobis, quęſumus domine, communio ſacramenti, & purificationẽ conferat, & tribuat vnitatem. Per dominum noſtrũ &c. Secunda Poſtcõmunio. Mundet, & muniat. vt ſuprà. folio 319.

¶ Dominica x. poſt Pentec. Introi.

Pſal. DVm clamarem ad do-
54. minũ, exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquant mihi: humiliauit eos qui eſt ante ſęcula, & manet in ęternum: iacta cogitatum tuum ĩ domino, & ipſe te enutriet. Pſalmus. Exaudi de⁹ orationem meam: & ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus, qui omnipotentiam tuã parcendo maxime, & miſerãdo manifeſtas: multiplica ſup nos gratiam tuam: vt ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per dominum. Alia oratio. A cunctis nos. vt ſuprà folio 318.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1. ca. FRatres: Scitis quoniam cũ gen-
12. tes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini, eũtes. Ideo notum vobis facio, quod nemo ĩ ſpiritu Dei loquens dicit Anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus: niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarũ ſunt, idẽ autẽ ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationũ ſunt: idẽ aũt dñs. Et diuiſiones operationũ ſunt: idẽ vero de⁹, qui operatur oĩa in omnibus. Vnicuique aũt datur manifeſtatio ſpiritus, ad vtilitatem. Alij quidem p ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij aũt ſermo ſcientiæ, ſecundum eundẽ ſpiritum. Alteri fides in eodẽ ſpiritu: alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu: alij operatio virtutũ: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituũ: alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonum. Hęc autem omnia operatur vnus atq; idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

Grad. Cuſtodi me domine vt pu- Pſal.
pillam oculi: ſub vmbra alarũ tua 61.
rum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi tui videant ęquitatem. Alleluia, alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalem. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus ad c. 18.
quoſdã qui in ſe cõfidebant tãquã iuſti, & aſpernabantur cęteros, parabolam iſtam. Duo homines aſcenderunt in tẽplum vt orarent: vnus Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus, ſtans, hæc apud ſe orabat. De⁹, tibi gratias ago, quia non ſum ſicut cęteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. Et Publicanus à longe ſtãs nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicẽs. Deus propitius e-

ſto mihi peccatori. Amen dico
vobis: deſcendit hic iuſtificatus in
domum ſuam ab illo. Quia om-
nis qui ſe exaltat, humiliabitur: &
qui ſe humiliat, exaltabitur. Cre-
Pſal. 24. do. Offertorium. Ad te domine le
uaui animā meam: deus meus in te
cōfido, non erubeſcā: neq; irrideāt
me inimici mei: etenim vniuerſi q
te expectant nō cōfundentur. Secr.
TIbi dñe ſacrificia dicata red-
dantur: quæ ſic ad honorem
nominis tui deferenda tribuiſti: vt
eadem, remedia fieri noſtra preſta-
res. Per dominum noſtrum. Alia
ſecreta Exaudi. ſuprà. fol. 321. Cō-
Pſal. 50. munio. Acceptabis ſacrificium iu-
ſtitiæ, oblationes, & holocauſta ſu
per altare tuum domine. Poſtcōio.
QVæſumus domine deꝰ noſter:
vt quos diuinis reparare non
deſinis ſacramentis, tuis non deſti-
tuas benignus auxiliis. Per dominū
noſtrum Ieſum Chriſtum filium
tuum. Qui tecum viuit & regnat
in vnita. Alia poſtcōmunio. Mun-
det, & muniat. vt ſuprà. folio 391.
¶ Dominica xj. poſt Pente. Introi.
Pſal. 67. DEus ī loco ſancto ſuo:
deus, qui inhabitare
facit vnanimes in do-
mo: ipſe dabit virtu-
tem, & fortitudinem
plebi ſuæ. Pſalmus. Exurgat deus &
diſſipentur inimici eius: & fugiant
qui oderunt eū, à facie eius. ℣. Glo
ria patri & filio, & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio. Oratio.
OMnipotens ſempiterne Deus:
qui abundantia pietatis tuę, &
merita ſupplicum excedis, & vota:
effunde ſuper nos miſericordiam
tuam: vt dimittas quę conſcientia
metuit: & adiicias quod oratio nō
præſumit. Per dominum noſtrum.
Aliæ orationes ſuprà. folio 391.

**Lectio epiſtolę beati Pauli apoſto-
li ad Corinthios.**

FRatres: Notum vobis facio euā- 1. co. 15.
gelium, quod prædicaui vobis,
quod & accepiſtis, in quo & ſta-
tis, per quod & ſaluamini: qua
ratione prædicauerim vobis, ſi te-
netis, niſi fruſtra crediditis. Tra-
didi enim vobis in primis quod
& accepi: quoniam Chriſtus mor-
tuus eſt pro peccatis noſtris ſecun-
dum ſcripturas: & quia ſepultus
eſt: & quia reſurrexit tertia die, ſe-
cūdum ſcripturas: & quia viſus eſt
Cephę: & poſt hoc, vndecim. De-
inde viſus eſt pluſquam quingentis
fratribus ſimul: ex quibus multi
manent vſque adhuc, quidam au-
tem dormierunt. Deinde viſus eſt
Iacobo: deinde Apoſtolis omni-
bus. Nouiſſime autem omnium,
tanquam abortiuo, viſus eſt & mi-
hi. Ego enim ſum minimus Apo-
ſtolorum: qui non ſum dignus vo
cari Apoſtolus, quoniam perſecu-
tus ſum Eccleſiam Dei. Gratia au-
tem dei ſum id quod ſum: & gra-
tia eius in me vacua nō fuit. Grad. Pſal.
In deo ſperauit cor meum, & ad- 27.
iutus ſum: & refloruit caro mea, &
ex voluntate mea confitebor illi.
℣. Ad te domine clamaui: deus
meus ne ſileas: ne diſcedas à me.
Alleluia, alleluia. ℣. Exultate deo
adiutori noſtro: iubilate deo Ia-
cob: ſumite pſalmum iucundum
cum cithara, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.

ca. 7. IN illo tempore: Exiens Ieſus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galileę, inter medios fines Decapoleos. Et adducũt ei ſurdum & mutum: & deprecabantur eum, vt imponat illi manũ. Et apprehẽdens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos ĩ auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in cęlum, ingemuit: & ait illi. Ephetha, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertę ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculũ linguę eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Credo. Offertorium. Exaltabo te domine, quoniã ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me: domine clamaui ad te, & ſanaſti me. Pſal. 29.

Secreta.

REſpice, domine, quæſumus, ad noſtram propitius ſeruitutẽ: vt quod offerimus, ſit tibi munus acceptum, & ſit noſtrę fragilitatis ſubſidium. Per dominum noſtrũ.

Alię ſecretę. vt ſuprà. Cõio

Pſal. 2. Honora Dominum de tua ſubſtãtia, & de primitiis frugum tuarum: & implebuntur areę tuę ſaturitate, & vino torcularia redundabunt.

Poſtcõmnio.

SEntiamus, quæſumus domine, tui perceptione ſacramẽti: ſubſidium mentis & corporis: vt in vtroq; ſaluati, cęleſtis remedij plenitudine gloriemur. Per dominũ.

Alię Poſtcõio. vt ſuprà folio 319.

¶ Dñica xij. poſt Pentecoſten. Intr.

DEus in adiutoriũ meũ intende: Domine ad adiuuandum me feſtina: confundantur & reuereantur inimici mei, qui quærunt animam meam. Pſa. Auertãtur retrorſum, & erubeſcãt, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri, & filio. Pſal. 69.

Oratio.

OMnipotens, & miſericors deus: de cuius munere venit, vt tibi fidelibus tuis digne & laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis, quæſumus: vt ad promiſſiones tuas, ſine offenſione curramus. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Secunda oratio. A cunctis nos. vt in j. Dominica. folio 318.

Lectio epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad deũ: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit: ſpiritus autẽ viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multo magis abundat miniſterium iuſtitię in gloria. 2. c. 3.

G. Benedicã dominum in omni tẽpore: ſemper laus eius in ore meo. Pſal. 33.

℣. In dño laudabitur anima mea:
Pſal. 87. audiant manſueti,& lętētur. Alla, alleluia. ℣. Domine Deus ſalutis meę, in die clamaui & nocte corā te. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 10 IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, ꝙ multi ꝓphetę & reges voluerunt videre quæ vos videtis,& non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce,quidā legiſperitus ſurrexit tentans illum, & dicēs. Magiſter,quid faciendo vitā ęternā poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens, dixit. Diliges Dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,& ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitq; illi. Recte reſpondiſti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum,dixit ad Ieſum. Et ꝗs eſt meus proximus? Suſpiciens aūt Ieſus dixit. Homo quidā deſcendebat ab Hieruſalem ī Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autē, vt ſacerdos quidā deſcenderet eadem via: & viſo illo pręteriit. Similiter & Leuita cum eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſiit. Samaritanus autē quidā iter faciēs, venit ſecus eū: & videns eum: miſericordia motus eſt. Et appropiās alligauit vulnera ei⁹, infundēs oleū, & vinum: & imponens illū in iumentum ſuum,duxit in ſtabulum, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait. Curam illius habe: & quodcunque ſupererogaueris, ego cum rediero,reddā tibi. Quis horū trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miſericordiā in illū. Et ait illi Ieſus, Vade,& tu fac ſimiliter. Credo. Offertoriū. Precatus
eſt Moyſes in cōſpectu dñi Dei ſui, Exo. 32.
& dixit: quare domine iraſceris in populo tuo? parce irę animę tuę: memento Abrahā, Iſaac,& Iacob, quibus iuraſti dare terrā fluentem lac & mel:& placatus eſt Dominus de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. Secreta.

HOſtias,quæſumus domine, ꝓpitius intende, quas ſacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiendo,tuo nomini dent honorē. Per dominum noſtrum. Secunda ſecreta. Exaudi nos deus.
fol. 319. Communio. De fructu Pſal. 103.
operum tuorū domine ſatiabitur terra, vt educas panē de terra,& vinum lętificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo; & panis cor hominis confirmet. Poſtcōio.

VIuificet nos, quęſumus dñe, huius participatio ſancta miſterij: & pariter nobis expiationem tribuat,& munimen. Per domi. Secunda Poſtcōio. Mundet,& muniat, vt in j. Dominica. fol. 319.

¶ Dñica xiij. poſt Pēteco. Introit⁹.
REſpice Domine in teſta- Pſal. 73.
mentum tuum,& animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge domine, & iudica cauſam tuā: &

ne obliuiſcaris voces quærentium te. Pſalmus. Vt quid Deus repuliſti in finē? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę? ℣. Gloria patri, & filio, & ſpirit. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: da nobis fidei, ſpei, & caritatis augmentū: & vt mereamur aſſequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per dom. noſt.

Alię orationes, vt in dñica. ij. f. 318

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

ca. 3. FRatres: Abrahę dictę ſunt promiſſiones: & ſemini eius. Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autē dico, teſtamentum confirmatum à deo; quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, nō irritum facit ad euacuandā promiſſionem. Nam ſi ex lege hęreditas, iā nō ex promiſſione. Abrahę aūt per repromiſſionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter trāſgreſſionē poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autē vnius non eſt, Deus autē vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti dare-
Pſal. 73. tur credentibus. Gradua. R eſpice domine in teſtamentum tuum: & animas pauperū tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge dñe, & iudica cauſam tuam, memor eſto opprobrij ſeruorum tuorū. A lla, alleluia. ℣. Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem. alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tēpore. Dū iret Ieſus in Ieruſalē, trāſibat per mediam Samariam & Galilęam. Et cū ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi. Qui ſteterunt à longe, & leuauerūt vocē, dicentes. Ieſu præceptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit. Ite, oſtēdite vos ſacerdotibus. Et factū eſt: dum irent, mundati ſunt. Vnus autē ex illis, vt vidit quia mūdatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce magnificans deum: & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Reſpōdēs autē Ieſus, dixit. Nonne decē mūdati ſunt, & nouem vbi ſunt? Non eſt inuētus qui rediret, & daret gloriam deo, niſi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te ſaluum fecit. Credo. Offertorium. c. 17.
In te ſperaui dñe: dixi, tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea. Pſal. 30.
Secreta.

PRopitiare, quæſumus domine, populo tuo, propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, & indulgentiam nobis tribuas, & poſtulata concedas. Per domi. &c.

Alię ſecretę, vt i Dominica j. f. 319.

Cōmunio. Panem de cęlo dediſti Sa.
nobis domine, habentē omne de- 16.

lectamentum, & omnem ſaporem ſuauitatis. Poſtcommunio.

SVmptis domine cæleſtibus ſacramentis, ad redemptionis ęternæ, quæſumus, proficiamus augmentum. Per do. Aliæ Poſtcōio. vt in prima Dominica folio 319.

¶Dominica xiiij. poſt Pent. Introi.

Pſal. 83. PRotector noſter aſpice deus, & reſpice in faciē Chriſti tui: quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper milia. Pſalmus. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

CVſtodi, q̄ſumus dn̄e, eccleſiam tuam propitiatione perpetua: & q̄a ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxiliis, & abſtrahatur à noxiis, & ad ſalutaria dirigatur. Per dominū. Deinde A cunctis. vt in prima Dominica. fo. 319.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

ca. 5. FRatres: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autē aduerſus carnē. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſioner, ſectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia. Quę prędico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non cōſequentur. Fructus autē ſpiritus eſt, caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi nō eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuā crucifixerūt cum vitiis, & concupiſcentiis. Gradua. Bonū Pſal. 117.
eſt confidere in domino, quam cōfidere in homine. ℣. Bonū eſt ſperare in domino, quam ſperare in principibus. Alleluia, alleluia. ℣.
Venite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro, alleluia. Pſal. 94.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire, & mammonę. Ideo dico vobis: ne ſoliciti ſitis animę veſtrę quid mād ucetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt, quam eſca: & corpus plus, quam veſtimētum? Reſpicite volatilia cęli, quoniam non ſerūt, neque metunt, neque congregāt in horrea: & pater veſter cęleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quis autē veſtrum cogitans, poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimēto quid ſoliciti eſtis? cōſiderate lilia agri quomodo creſcūt: ca. 6.

non laborant, neq; nent. Dico autẽ vobis, quoniã nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si autẽ fęnũ agri, quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur, deus ſic veſtit: quãto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: Quid mãducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirũt. Scit enim pater veſter cęleſtis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei, & iuſtitiã eius: & hęc omnia adiiciẽtur vobis.
Pſal. 33. Credo. Offer. Immittit angelus domini in circuitu timentium eũ, & eripiet eos: guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Secreta.

COncede nobis, quæſumus domine, vt hęc hoſtia ſalutaris, & noſtrorũ fiat purgatio delictorum, & tuę propitiatio poteſtatis. Per dominum noſtrum. Deinde Exaudi. vt in j. Dominica. folio 319. Com-
Mat. 6. munio. Primum quærite regnum dei, & omnia adiicientur vobis, dicit dominus. Poſtcommunio.

PVrificent ſemper, & muniant tua ſacramenta nos Deus: & ad perpetuæ ducant ſaluationis effectum. Per do. Deinde Mundet, & muniat nos. vt in j. dñica. fol. 319.
Pſal. 85. ¶Dominica xv. poſt Pẽt. Introitus.

INclina domine aurẽ tuam ad me, & exaudi me: ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te: miſerere mei domine, quoniã ad te clamaui tota die. Pſal. Lætifica animã ſerui tui, quia ad te domine animã meam leuaui. ℣. Gloria. Oratio.

ECcleſiam tuam domine miſeratio cõtinuata mundet & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ filiũ. Deinde oratio. A cunctis. in j. Dominica. fol. 319.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres, Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. ca. 5. & 6.
Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite ĩ ſpiritu lenitatis: conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet vnuſquiſque: & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. Communicet autẽ is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hęc & metet. Qm̃ qui ſeminat in carne ſua: de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficientes. Ergo, Dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Graduale. Bonum eſt Pſal. 91.
confiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandum

dum mane miſericordiam tuam, Pſal.
& veritatem tuã per noctem. Alle- 94.
alleluia. ℣. Quoniã deus magnus, dominus, & rex magnus ſuper omnem terram, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 7. IN illo tempore: Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cũ aũt appropinquaret portę ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matri ſuę: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſup eã, dixit illi. Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autẽ qui portabant, ſteterunt. Et ait, Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit, qui erat mortuus, & cępit loqui. Et dedit illum matri ſuę. Accepit aũt oẽs timor: & magnificabant deum, dicẽtes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia deus viſitauit plebem ſuam. Credo. Offertoriũ.

Pſal. 39. Expectans expectaui dñm, & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meã: & immiſit in os meum canticum nouum, hymnum Deo noſtro. Secreta.

TVa nos domine ſacramẽta cuſtodiant: & contra diabolicos ſemper tueantur incurſus. Per do. Deinde Exaudi nos deus. vt in Dominica j. fol. 319. Communio.

Pſal. 6. Panis, quem ego dedero, caro mea eſt pro ſeculi vita. Poſtcõio.

MEntes noſtras, & corpora poſſideat, quæſumus dñe, doni cæleſtis operatio: vt non noſter ſenſus in nobis, ſed iugiter eius præueniat effectus. Per dominũ noſtrum. Deinde Mũdet. vt ĩ Dñica j. f. 319.

¶ Dominica xvj. poſt Pẽt. Introitus.

MIſerere mei dñe, quoniam ad te clamaui tota die: quia tu domine ſuauis ac mitis es, & copioſus in miſericordia omnibus inuocantibus te. Pſal. Pſal. 85.
Inclina domine aurẽ tuam mihi, & exaudi me, quoniã inops, & pauper ſum ego. ℣. Gloria patri. Oro.

TVa nos, quæſumus domine, gratia ſemper præueniat & ſequatur: ac bonis operibus iugiter præſtet eſſe intentos. Per dominũ. Alia oratio. A cunctis. vt in Dominica prima. fol. 290.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Obſecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro ca. 3.
vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cęlis & in terra nominatur: vt det vobis ſecũdum diuitias glorię ſuę, virtutem corroborari per ſpiritum eius ĩ interiori homine: habitare Chriſtũ ꝑ fidem in cordibus veſtris: in caritate radicati & fundati, vt poſſitis cõprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum: ſcire etiã ſupereminentem ſcientię caritatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autẽ, qui potens eſt omnia facere ſuperabũdãter, quam petimus, aut intelligim⁹, ſecundum virtutem, quæ operatur in nobis: ipſi gloria in eccleſia, &

in Chriſto Ieſu in oēs generationes ſęculi ſęculorum. Amen. Grad. Ti
Pſal 101. mebunt gentes nomen tuum dñe: & omnes reges terrę gloriā tuā. ℣. Quoniam ędificauit Dominus Sion: & videbitur in maieſtate ſua.
Pſal. 97. Alleluia, alleluia. ℣. Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit dominus. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

Lu.14. IN illo tempore. Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſęorum ſabbato manducare panem: & ipſi obſeruabāt eum. Et ecce, homo quidam hydropicus erat, ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos, & phariſęos. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet: & non continuo extrahet illum die ſabbati? Et nō poterant ad hæc reſpondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi. Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, & recumbe in nouiſſimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcūbentibus, Quia omnis q̃ ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Credo.
Offer. Domine in auxilium meū reſpice: confundātur, & reuereantur qui quærunt animā meam, vt auferant eam: domine in auxilium meum reſpice. Secreta. Pſal. 39.

MVnda nos, quęſumus domine, ſacrificij pręſentis effectu, & perfice miſeratus in nobis: vt eiꝰ mereamur eſſe participes. Per dominum. Alia ſecreta Exaudi nos. vt ī dominica j. fo. 319. Cōmunio.

Dñe memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius: deus docuiſti me à iuuentute mea: & vſq; in ſenectam & ſeniū, deus ne derelinquas me. Poſtcōio. Pſal. 70.

PVrifica, quæſumus dñe, mentes noſtras benignus: & renoua cęleſtibus ſacramentis: vt cōſequēter & corporum præſens pariter & futurum capiamus auxilium Per d.

Alia poſtcommunio. Mundet & mu. vt in Dominica. folio 319.

¶ Dominica xvij. poſt Pentecoſten. Introitus.

IVſtus es domine, & rectum iudicium tuū: fac cum ſeruo tuo ſecūdum miſericordiā tuā. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. Pſal. 118.

DA, quæſumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia: & te ſolum Deum pura mente ſectari. Per dominum no. Aliæ orationes, vt in Dominica j. f. 318.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Obſecro vos ego vinctꝰ in Domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: cum

omni humilitate, & māſuetudine, cum patiētia, ſupportantes inuicē in caritate, ſolieciti ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Vnū corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Vnus dominus, vna fides, vnū baptiſma. Vnus deus & pater omniū, qui eſt ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Qui eſt benedictus in ſęcula ſęculorum. Amen.

Pſal. 32. Grad. Beata gēs, cuius eſt dominus deus eorum: populus, quem elegit dominus in hęreditatem ſibi. Verbo domini cęli firmati ſunt, & ſpū oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Dñe exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum. c. 22.

IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum phariſęi: & interrogauit eum vnus ex eis lęgis doctor, tētans eum. Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primū mandatum. Scdm autem ſimile eſt huic. Diliges proximum tuū ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pēdet, & prophetę. Congregatis autē phariſęis, interrogauit eos Ieſus, dicēs. Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dñm, dicens? Dixit domin⁹ dño meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuorū? Si ergo Dauid vocat eū dominū: quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbū: neq; auſus fuit quiſquā ex illa die eum ampli⁹ interrogare. Credo. Offertorium.

Oraui dñm Deum meum ego Daniel, dicens: exaudi domine preces ſerui tui: illumina faciē tuā ſuper ſanctuarium tuū: & propitius intende populum iſtum, ſuper quē inuocatum eſt nomen tuum, deus. Dan. 9.

MAieſtatem tuam Secreta. domine ſuppliciter deprecamur: vt hæc ſancta quæ gerimus, & à præteritis delictis nos exuant, & futuris. Per dom. Alię ſecretę, vt in Dñica j. folio 319. Cōmunio. ✠

Vouete, & reddite domino Deo veſtro oēs, qui in circuitu eius affertis munera: terribili, & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud oēs reges terrę. Poſtcōio. Pſal. 75.

SAnctificationibus tuis omnipotens Deus, & vitia noſtra curētur, & remedia nobis ęterna proueniant. Per dominū noſtrū filiū. Alię Poſtcō. vt in Dñica j. fol. 319.

¶ Feria iiij. Quatuor temporū menſis Septembris. Statio ad ſanctam Mariam Maiorem. Introitus.

EXultate Deo adiutori noſtro, iubilate Deo Iacob: ſumite pſalmū iucūdum cum cithara: canite initium mēſis tuba, qa pręceptum in Iſrael eſt, & iudiciū Deo Iacob. Pſalmus. Pſal. 80.

Teſtimoniū in Ioſeph poſuit illud cum exiret de terra Aegypti: linguā quā non nouerat, audiuit. ℣. Glia. dicto Kyrie eleiſ. dicitur Orem⁹, Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

Misericordię tuę remediis, quę ſumus domine, fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt, quę ſua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum noſtrum &c.

Lectio Amos prophetę.

ca.9. Haec dicit dominus deus. Ecce dies veniunt: & comprehendet arator meſſorē, & calcator vuę mittentē ſemen: & ſtillabunt montes dulcedinē, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatē populi mei Iſrael: & ædificabūt ciuitates deſertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos ſuper humum ſuā: & non euellam eos vltra de terra ſua, quā dedi eis: dicit dominus omnipotens. Gradua. Quis ſicut dominus

Pſal. 112. deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cęlo & in terra? ℣. Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem. Hic dicitur Dominus vobiſcum. ſine Flectamus genua. Oratio.

PRęſta, q̄ſ, dñe, familiæ tuæ ſupplicanti: vt dum à cibis corporalibus ſe abſtinet, à vitiis quoque mente ieiunet. Per dominum no. Alia oro dicit A cūctis. vel. f.3 18. Tertia dicit ad libitum ſacerdotis.

Lectio libri Eſdræ.

2.c.8 IN diebus illis: Congregatus eſt omnis popul⁹ quaſi vir vnus ad plateā, quę eſt ante portā aquarū: & dixerūt Eſdrę ſcribæ, vt afferret librū legis Moyſi, quā pceperat dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legem coram multitudine virorum ac mulierum, cūctiſq; qui poterant intelligere in die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in platea quę erat ante portā aquarum, de mane vſq; ad mediā diem in cōſpectu virorū ac mulierum, & ſapientium. Et aures oēs populi erant erectæ ad librum. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradū ligneum, quem fecerat ad loquēdū: & ſteterunt leuitæ iuxta eū. Et aperuit Eſdras librum corā omni populo. Et benedixit Eſdras dño deo voce magna. Et reſpondit oīs populus. Amen amen: eleuās man⁹ ſuas. Et incuruati ſunt: & adorauerunt Deum proni in terrā. Porrò leuitæ ſilentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus aūt ſtabat in gradu ſuo. Et legerūt ī libro legis dei diſtincte, & appoſite ad intelligendū. Dixit aūt Nehemias & Eſdras ſacerdos & ſcriba, & leuitæ interpretantes vniuerſo populo. Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro: nolite lugere: & nolite flere. Et dixit eis. Ite, comedite pinguia, & bibite multū, & mittite partes eis q non pręparauerunt ſibi: quia ſanctus dies dñi eſt: & nolite contriſtari. Gaudiū etenim domini eſt, fortitudo noſtra. Grad. Beata gens cu- Pſal.

ius eſt dominus deus eorum: populus quē elegit dominus in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. 32.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum. ca.9.

IN illo tēpore: Reſpondens vn⁹ de turba, dixit ad Ieſum. Magiſter attuli filium meū ad te, habentem ſpiritum mutum: q vbicū-

que eum apprehenderit, allidit eũ: & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eiicerent illum, & nõ potuerunt. Qui reſpondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiſſet illum, ſtatim ſpiritus conturbauit eum: & eliſus in terrã volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius: Quantũ temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: & frequẽter eum in ignẽ, & in aquam miſit, vt eum perderet. Sed ſi quid potes, adiuua nos miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et cõtinuo exclamans pater pueri cũ lachrymis aiebat. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Ieſus cõcurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi. Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne ĩtroeas in eum. Et exclamans, & multum diſcerpens eũ, exiit ab eo: & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & ſurrexit. Et cũ introiſſet ĩ domũ, diſcipuli eius ſecreto interrogabant eũ. Quare nos non potuimus eiicere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. Offertoriũ. Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: (Pſal. 118.) & leuabo manus meas ad mãdata tua quæ dilexi. Secreta

Hæc hoſtia, quæſumus domine, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dominum. Alia ſecreta. Exaudi nos, vt ſuprà. folio 319. Tertia ad libitum. Cõio. (Neh. vel 2. Eſd. ca. 8.) Comedite pinguia & bibite mulſum: & mittite partes eis qui nõ præparauerũt ſibi: ſanctus enim dies domini eſt, nolite contriſtari: gaudiũ etenim dñi eſt fortitudo noſtra. Poſtcõio.

Sumentes dñe dona cęleſtia, ſuppliciter deprecamur: vt quę ſedula ſeruitute donãte te gerimus, dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per. Alia poſtcommunio Mundet. vt ſuprà. folio 319. Tertia ad libitum.

¶Feria vj. Quatuor temporum. Statio ad ſanctos duodecim Apoſtolos. Introitus.

(Pſal. 104.) Lætetur cor quærentiũ dñm: quærite dominũ, & cõfirmamini: quærite faciem eius ſemper. Pſal. Confitemini dño & inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opa eius. ℣. Gl'ia. Oratio.

Præſta quæſumus ops deus: vt, obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per dominũ. Alia oratio. A cunctis. folio 318.

Lectio Oſeæ prophetæ.

(c. 14.) Hæc dicit dominus Deus: Cõuertere Iſrael ad dominũ deũ tuũ: qui corruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcũ verba: & conuertimini ad dñm, & dicite ei. Omnem aufer iniquitatẽ, & accipe bonũ: & reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos nõ aſcendemus, nec dicemus vltra, Dij noſtri opera manuũ noſtrarum:

ſtratū: quia eius qui ĩ te eſt, miſere-
beris pupilli. Sanabo contritiones
eorum, diligã eos ſpontanee: quia
auerſus eſt furor meus ab eis. Ero
quaſi ros Iſrael, germinabit ſicut li-
lium: & erumpet radix eius, vt Li-
bani. Ibunt rami eius, & erit quaſi
oliua gloria eius: & odor eius, vt Li
bani. Conuertētur ſedentes in vm-
bra eius: viuent tritico, & germina
bunt quaſi vinea, memoriale eius
ſicut vinum Libani. Ephraim, quid
mihi vltra idola? Ego exaudiam, &
dirigam eum ego vt abietem virē-
tem: ex me fructus tuus inuētus eſt.
Quis ſapiēs, & intelliget iſta? intelli
gēs, & ſciet hęc? quia rectę vię dñi,
& iuſti ambulabūt in eis: preuarica
tores vero corruent in eis. Gradua.
Pſal. 89. Conuertere domine, aliquantulū,
& deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣.
Domine, refugium factus es nobis
à generatione in generationē. Euā-
gelium ſecundum Lucam. Roga-
bat Ieſum quidam phariſæus, vt
manducaret cum illo, &c. vt in fe-
ria v. poſt Dñicam Paſſionis f. 152.
Pſal. 102. Offertorium. Benedic anima mea
domino, & noli obliuiſci omnes re
tributiones eius: & renouabitur ſi-
cut aquilæ iuuentus tua. Secreta.
ACcepta tibi ſint, domine, quę
ſumus, noſtri dona ieiunij:
quæ & expiando nos tua gratia di-
gnos efficiant, & ad ſempiterna pro
miſſa perducant. Per. Alia ſecreta.
Exaudi. vt ſuprà folio 319. Cõio.
Pſal. 118. Aufer à me opprobrium, & con-
temptum, quia mandata tua exq-
ſiui dñe: nam teſtimonia tua medi
tatio mea eſt. Poſtcõmunio.
QVæſumus omnipotens Deus:
vt de perceptis muneribus gratias
exhibentes, beneficia potiora ſuma
mus. Per do. Alia poſtcommunio.
Mundet & mu. vt ſuprà. folio 319.
¶ Sabbatho Quatuor temporum.
Statio ad ſanctum Petrum. Intro.
VEnite, adoremus deū,
& procidamus ante
dominum, ploremus
ante eū, qui fecit nos:
quia ipſe eſt dominus
deus noſter. Pſalmus. Venite, exulte Pſal. 94.
mus dño, iubilemus deo ſalutari
noſtro. ℣. Gloria pa. Dicto Kyrie
eleiſon, dicitur Oremus. Flectam⁹
genua. ℟. Leuate. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus,
qui per continentiam ſaluta-
rem: & corporibus mederis & mē
tibus: maieſtatem tuam ſupplices
exoramus: vt pia ieiunantiū depre
catione placatus, & pręſentia nobis
ſubſidia tribuas, & futura. Per do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit.
Lectio libri Leuitici.
IN diebus illis: Locutus eſt domi-
nus ad Moyſen, dicens. Decimo c. 23.
die menſis huius ſeptimi, dies ex-
piationum erit celeberrimus, & vo-
cabitur ſanctus: affligetiſq; animas
veſtras in eo, & offeretis holocau-
ſtum domino. Omne opus ſeruile
non facietis in tempore diei huius:
quia dies propitiationis eſt: vt pro-
pitietur vobis dñs deus veſter. Om-
nis anima quæ afflicta nõ fuerit die
hac, peribit de populis ſuis: & quæ
operis quippiam fecerit, delebo eā
de populo ſuo. Nihil ergo operis
facietis in eo: legitimum ſempiter-
nū erit vobis in cunctis generatio-

nibus, & habitationibus veſtris: ſabbatum requietionis eſt: affligetiſq; animas veſtras. Die nono menſis à veſpera vſque ad veſperum celebrabitis ſabbata veſtra. Dicit dominus omnipotens. Graduale. Pſal. 78. Propitius eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes, Vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamꝰ gen. ℟. Leua. Oro.

DA nobis, quæſumus, omnipotens deus: vt ieiunãdo tua gratia ſatiemur, & abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Lectio libri Leuitici.

c. 23. IN diebus illis: Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens. A quinto decimo die menſis ſeptimi, quãdo congregaueritis omnes fructus terræ veſtrę, celebrabitis ferias domini ſeptem diebus. Die primo, & die octauo erit ſabbatum, ideſt, requies. Sumetiſque vobis die primo fructꝰ arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarũ frondium, & ſalices de torrente: & lętabimini coram dño deo veſtro: celebrabitiſque ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum. Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis: & habitabitis ĩ vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere Iſrael eſt, manebit in tabernaculis: vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti. Ego dominꝰ deus veſter. Graduale. Pſa. 83. Protector noſter aſpice deus: & reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deꝰ virtutũ exaudi pces ſeruorũ tuorũ. Oremꝰ. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

TVere, quęſumus domine, familiam tuã: vt ſalutis æternæ remedia, quæ te inſpirante requirimus, te largiente cõſequamur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Lectio Micheæ prophetæ.

DOmine Deus noſter, paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, iuxta dies antiquos. ca. 7. Videbunt gentes, & confundentur ſuper omni fortitudine. Quis deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, & trãsfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Non immittet vltra furorem ſuum, qm̃ volens miſericordiam eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri. Deponet iniqtates noſtras: & proiiciet ĩ profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem Iacob, miſericordiam Abraham, quæ iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis: domine deꝰ noſter. Grad. Pſal. 89. Cõuerte domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationẽ. Oremus. Flectamꝰ genua. ℟. Leuate. Oratio.

PRæſta, quæſumus domine, ſic nos ab epulis carnalibꝰ abſtinere: vt à vitiis irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum noſtrum.

Lectio Zachariæ prophetæ.

IN diebus illis: Factum eſt verbũ domini ad me, dicens. c. 7. Hæc dicit dominus deus exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cũ ad ira-

cundiã me prouocaſſent patres veſtri,& non ſum miſertus: ſic cõuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam domui Iuda & Ieruſalem: nolite timere. Hæc ſunt ergo verba, quæ facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſque cũ proximo ſuo. Veritatem, & iudicium pacis iudicate ĩ portis veſtris. Et vnuſquiſque, malũ contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit dominus. Et factũ eſt verbũ domini exercituum ad me, dicens. Hęc dicit dñs exercituũ. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiuniũ decimi, erit domui Iudę in gaudium & lętitiam & in ſolennitates pręclaras. Veritatem tantũ & pacẽ diligite: dicit dominus exercituum.

Pſal. 140. Grad. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum, in cõſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificium veſpertinum. O rem⁹. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

VT nobis, domine, tribuis ſolẽne tibi offerre ieiuniũ: ſic nobis quęſumus, indulgentiæ pręſta ſubſidium. Per dominum noſtrũ.

Lectio Danielis prophetæ.

ca. 3. IN diebus illis: Angelus domini deſcendit cum Azaria, & ſociis eius in fornacem: & excuſſit flãmã ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma aũt diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadragintanouem: & incendit quos repperit iuxta fornacẽ de Chaldęis miniſtros regis, qui eam incendebãt. Illos aũt omnino nõ tetigit ignis: neq; cõtriſtauit: nec quicquã moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant & glorificabant, & benedicebant deũ in fornace, dicentes. Hymnus.

BEnedictus es domine de⁹ patrũ noſtrorum. Et laudabilis, & glorioſus in ſęcula. Et benedictũ nomẽ glorię tuæ, quod eſt ſanctum. Et laudabile & glorioſum ĩ ſæcula. Benedictus es in tẽplo ſancto gloriæ tuę. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula. Benedictus es ſuper thronum ſanctum regni tui. Et laudabilis & glorioſus ĩ ſæcula. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis, & glorioſus in ſæcula. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubin, intuẽs abyſſos. Et laudabilis & glorioſus in ſęcula. Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas vẽtorũ, & ſuper vndas maris. Et laudabilis & glorioſus in ſęcula. Benedicãt te oẽs angeli, & ſancti tui. Et laudent te, & glorificent in ſæcula. Benedicant te cœli, terra, mare, & omnia, quæ ĩ eis ſunt. Et laudent te, & glorificent in ſęcula. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Et laudabili & glorioſo in ſæcula. Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſęcula ſęculorum. Amen. Et laudabilis & glorioſus in ſęcula. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum. Et laudabilis & glorioſus ĩ ſęcula. Hic dicitur ℣. Dominus vobiſcum. ſine Flectamus genua. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per dominũ noſtrum. Alię orationes, vt ſuprà. folio 318.

Lectio epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Hebręos.

ca. 9. FRatres: Tabernaculum factum eſt primum, in quo erant cãdelabra, & mẽſa, & propoſitio panũ: quę dicitur Sancta. Poſt velamentũ autem ſecundum: tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum, aureum habens thuribulum: & arcã teſtamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua, vrna aurea habens manna, & virga Aaron q̃ fronduerat, & tabulæ teſtamenti: ſuperque eam erant cherubim glorię obumbrantia propitiatoriũ: de quibus non eſt modo dicendum ꝑ ſingula. His vero ita cõpoſitis, in priori quidẽ tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſumantes: in ſecundo vero ſemel in anno ſolus pontifex: nõ ſine ſanguine, quem offerret pro ſua & populi ignorantia: hoc ſignificãte ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorũ viam, adhuc priore tabernaculo habẽte ſtatum: quę parabola eſt temporis inſtãtis: iuxta quã munera & hoſtiæ offeruntur, q̃ non poſſunt iuxta conſcientiã perfectũ facere ſeruientẽ, ſolummodo in cibis & in potibus, & in variis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus aũt aſſiſtẽs põtifex futurorum bonorũ, per amplius & perfectius tabernaculũ non manufactũ, id eſt, non huius creationis: neq; per ſanguinẽ hircorũ aut vitulorũ, ſed per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in Sãcta, æterna redẽptione inuẽta. ℟. Laudate dominũ oẽs gentes: & collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternum. — Pſ. 116

Sequentia ſancti euãgelij ſecundum Lucam.

IN illo tẽpore: Dicebat Ieſus turbis ſimilitudinẽm hanc. Arborẽ fici habebat quidã plantatã ĩ vinea ſua: & venit quærens fructum ĩ illa, & nõ inuenit. Dixit autẽ ad cultorẽ vineæ. Ecce, anni tres ſunt, ex quo venio quęrens fructũ in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, dicit illi. Domine, dimitte illã & hoc anno, vſq; dum fodiam circa illã, & mittã ſtercora. Et ſiquidem fecerit fructum: ſin aũt in futurũ ſuccides eã. Erat aũt docens in Synagoga eorũ ſabbatis. Et ecce mulier, quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decẽ & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quã cũ videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi. Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & cõfeſtim erecta eſt, & glorificabat deũ. Reſpondẽs aũt Archiſynagogus indignãs quia ſabbato curaſſet Ieſus, dicebat turbæ. Sex dies ſunt, ĩ quib⁹ oportet operari. In his ergo venite, & curamini: & nõ ĩ die ſabbati. Reſpondẽs aũt ad illũ dñs, dixit. Hipocritæ vnuſquiſq; veſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouẽ ſuũ, aut aſinũ à præſepio, & ducit adaquare? Hanc aũt filiam Abrahę, quã alligauit ſatanas, ecce decẽ & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? Et cũ hęc diceret, erubeſcebãt omnes aduerſarij eius — c. 13.

& omnis populus gaudebat in vniuerſis, quę glorioſa fiebant ab eo.

Pſal. 87. Offertorium. Domine, deus ſalutis meæ, in die clamaui, & nocte corã te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine.

Secreta.

Concede, quæſumus, omnipotens deus: vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatum, & gratiã nobis deuotionis obtineat, & effectũ beatæ perennitatis acquirat. Per. Aliæ ſecretæ, vt ſuprà. folio 319.

Leu. 23. Cõmunio. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti, ego dominus deus veſter.

Poſtcõmunio.

Perficiant in nobis, domine, quæſumus, tua ſacramenta quod continent: vt, quæ nũc ſpe gerim⁹, rerum veritate capiam⁹. Per domi. Aliæ poſtcõiones, vt ſuprà fo. 319.

Dominica xviij. poſt Pentecoſten.

Introitus.

Eccl. 29. Da pacem domine ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, exaudi p̃ces ſerui tui, & plebis tuę Iſrael. Pſalm⁹. Pſal. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria patri & filio.

Oratio.

Dirigat corda noſtra, quæſum⁹ domine, tuę miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secunda oratio. A cũctis. fol. 318. Tertia ad libitũ.

Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

1.c.1 Fratres: Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu. Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, ĩ omni verbo, & in oĩ ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatũ eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti: qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. Grad. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax ĩ virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Timebunt gẽtes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. Alleluia. Pſal. 121. Pſal. 101.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



In illo tempore: Aſcẽdens Ieſus in nauiculam, trãsfretauit, & venit in ciuitatem ſuã. ca. 9. Et eccé offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Ieſus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili, Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorũ, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt aũt ſciatis q̃a filius hoĩs habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata: tũc ait paralytico. Surge, tolle lectũ tuũ, & vade in domum tuã. Et ſurrexit, & abiit in

domum ſuam. Videntes aũt turbæ timuerũt: & glorificauerũt deum, qui dedit poteſtatem talem hominib⁹. Exo. 40. Credo. Offertorium. Sanctificauit Moyſes altare domino, offerẽs ſup illud holocauſta: & immolans victimas, fecit ſacrificium veſpertinum in odorẽ ſuauitatis dño deo in conſpectu filiorum Iſrael. Secreta.

DEus, qui nos per huius ſacrificii veneranda cõmercia, vnius ſummęque diuinitatis participes efficis: pręſta, quęſumus: vt ſicut tuã cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per do. Pſal. 95. Secũda ſecre. Exaudi nos de⁹. f.319. Cõmunio. Tolle hoſtias & introite in atria eius: adorate dominũ in aula ſancta eius. Poſtcõmunio.

GRatias tibi referimus domine ſacro munere vegetati, tuã miſericordiam deprecantes: vt dignos nos ei⁹ participatione perficias. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui te. Secunda poſt cõio. Mundet & muniat. fol.319.

¶ Dominica xix. poſt Pentecoſten. Introitus.

Pſal. 77. SAlus populi ego ſum, dicit dominus: de quacũque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorũ dominus in perpetuũ. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

OMnipotens, & miſericors de⁹, vniuerſa nobis aduerſantia ꝓpitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quę tua ſunt, liberis mentibus exequamur. Per do.

Deinde A cunctis. vt ſupra. fo.318.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres. Renouamini ſpiritu mẽ ca.4. tis veſtrę: & induite nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cũ proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini, & nolite peccare. Sol nõ occidat ſuper iracundiam veſtrã. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autẽ laboret, operando manibus ſuis qđ bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Grad. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in Pſal. 140. cõſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinũ. Alleluia, alleluia. ℣. Cõ Pſal. 114. fitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore: Loquebatur Ie c.22. ſus principibus ſacerdotum, & phariſeis in parabolis, dicens. Simile factum eſt regnum cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebãt venire. Iterũ miſit alios ſeruos, dicẽs. Dicite inuitatis: ecce prãdium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi aũt neglexerunt, & abierũt alius in villam ſuã, alius vero ad negotiationem ſuam: reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contume-

liis affectos occiderunt. Rex autem
cũ audiſſet, iratus eſt, & miſſis exer-
citibus ſuis, perdidit homicidas il-
los, & ciuitatem illorũ ſuccendit.
Tũc ait ſeruis ſuis. Nuptiæ quidẽ
paratę ſunt: ſed qui inuitati erant,
nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitus
viarũ, & quoſcũq; inueneritis: vo-
cate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius
in vias, cõgregauerũt omnes quos
inuenerunt, malos & bonos: & im
pletæ ſunt nuptiæ diſcũbentiũ. In-
trauit aũt Rex vt videret diſcum-
bẽtes: & vidit ibi hominem nõ ve-
ſtitũ veſte nuptiali. Et ait illi. Ami-
ce, quomodo huc intraſti non ha-
bens veſtem nuptialem? At ille ob-
mutuit. Tunc dixit Rex miniſtris.
Ligatis manibus & pedibus eius,
mittite eum in tenebras exteriores.
Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Mul
ti enim ſunt vocati, pauci vero ele
cti. Credo. Offert. Si ambulaue-
Pſal. ro in medio tribulationis, viuifica-
137. bis me domine: & ſuper irã inimi-
corũ tuorũ extendes manũ tuã: &
ſaluũ me fecit dextera tua. Secre.

HAec munera, q̃s domine, quę
oculis tuę maieſtatis offeri-
mus, ſalutaria nobis eſſe concede.
Per. Deinde Exaudi. f. 319. Cõio.
Tu mandaſti mandata tua cuſto-
diri nimis: vtinam dirigantur viæ
Pſal. meæ, ad cuſtodiendas iuſtificatio-
118. nes tuas. Poſtcommunio.

TVa nos domine medicinalis
operatio, & à noſtris peruerſi-
tatibus clementer expediat, & tuis
ſemp̃ faciat inhęrere mãdatis. Per
dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ
filium tuum. Qui tecum vi. &c.
Deinde Munder. folio 319.

¶ Dominica xx. poſt Penteco-
ſten. Introitus.

OMnia quę feciſti no- Dan.
bis domine, ĩ vero iu- 3.
dicio feciſti: quia pec-
cauimus tibi, & man-
datis tuis non obedi-
uimus: ſed da gloriã
nomini tuo, & fac nobiſcum ſecũ
dum multitudinem miſericordiæ
tuę. ps. Beati immaculati in via: q Pſal.
ambulant in lege domini. ℣. Glo- 118.
ria patri & filio. Oratio.

LArgire, quęſumus domine, fi-
delibus tuis indulgentiam pla-
catus & pacem: vt pariter ab omni
bus mundentur offenſis, & ſecura
tibi mẽte deſeruiant. Per dominũ.
Alię orationes, vt ſuprà. fol. 318.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Epheſios.

FRatres: Videte itaq; quomodo ca. 5.
caute ambuletis: non quaſi in-
ſipientes, ſed vt ſapientes, redimen
tes tempus, quoniã dies mali ſunt.
Propterea nolite fieri imprudẽtes:
ſed intelligentes, quæ ſit voluntas
Dei. Et nolite inebriari vino, ĩ quo
eſt luxuria, ſed implemini Spiritu
ſancto, loquentes vobiſmetipſis: in
pſalmis, & hymnis, & cãticis ſpiri-
tualibus: cantantes, & pſallentes in
cordibus veſtris domino: gratias
agentes ſemper pro omnibus, in
nomine domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, Deo & Patri. Subiecti inuicem,
in timore Chriſti. Graduale. Ocu Pſal.
li omnium in te ſperant domine: 144.
& tu das illis eſcam in tempore op
portuno. ℣. Aperis tu manũ tuã,
& imples omne aĩal bñdictione. Pſal.
Alleluia, alleluia. ℣. Paratum cor 107.

meum Deus,parãtũ cor meũ: cãta
bo,& pſallã tibi, gloria mea, allã.
Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca.4. IN illo tẽpore:Erat quidam regulus,cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cũ audiſſet,quia Ieſus veniret à Iudæa in Galilęam, abiit ad eum,& rogabat eum vt deſcenderet,& ſanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dicit ergo Ieſus ad eum. Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eũ regulus. Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus. Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei: & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, ĩ qua melius habuerit. Et dixerunt ei,quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Ieſus, filius tuus viuit. Et credidit ipſe, & dom⁹ eius tota.

Pſal. 136. Credo. Offertorium. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus,dũ recordaremur tui Siõ. Secr.

COeleſtem nobis prębeant hęc myſteria,quæſumus domine, medicinã: & vitia noſtri cordis expurgent. Per do. Aliæ ſecretæ, vt ſuprà. folio 319.

Pſal. 118. Communio. Memẽto verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me conſolata eſt in humilitate mea.

Poſtcommunio.

VT ſacris domine reddamur digni muneribus: fac nos, q̃s tuis ſemper obedire mandatis. Per dominum. Alię poſtcommuniones. vt ſuprà. folio 319.

¶ Dominica xxj. poſt Pentecoſten. Introitus.

IN volũtate tua domine vniuerſa ſunt poſita:& non eſt,qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ: tu enim feciſti omnia, cœlum,& terrã, & vniuerſa,quę cœli ambitu continentur: Domin⁹ vniuerſorum tu es. Hest. 13. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri & filio. Pſal. 118.

Oratio.

FAmiliam tuam,quęſumus domine, continua pietate cuſtodit:vt à cunctis aduerſitatibus, te protegente,ſit libera: & in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per. Deinde A cunctis. vt ſuprà f.318.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres:confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. ca.6. Induite vos armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniam nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ:ſed aduerſus prĩcipes,& poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia nequitiæ, in cęleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei:vt poſſitis reſiſtere ĩ die malo:& in omnib⁹ perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricã iuſtitię,& calciati pedes in præparationem euãgelij pacis. In oĩbus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite:

& gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. Grad. D ñe refugium ſa Pſal. 89.
ctus es nobis à generatione in generationem. ℣. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis: à ſeculo & vſque in ſæculum tu es deus. Alleluia, alleluia. ℣. In Pſal. 113.
exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum. c. 18.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Simile eſt regnũ cęlorũ homini regi, qui voluit rationẽ ponere cũ ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cũ autem nõ haberet vnde redderet, iuſſit eũ dominus eius venundari, & vxorem eiꝰ & filios, & oĩa quæ habebat, & reddi. Procidẽs aũt ſeruus ille, rogabat eũ, dicẽs. Patientiã habe in me, & oĩa reddã tibi. Miſertus aũt dñs ſerui illius, dimiſit eũ: & debitũ dimiſit ei. Egreſſus autẽ ſeruus ille, inuenit vnũ de cõſeruis ſuis, q̃ debebat ei centũ denarios: & tenens ſuffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidẽs cõſeruus eius rogabat eũ, dicens. Patientiam habe in me, & oĩa reddã tibi. Ille aũt noluit: ſed abiit, & miſit eũ in carcerem, donec redderet debitũ. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde: & venerunt; & narrauerunt dño ſuo oĩa, quæ facta fuerãt. Tũc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi. Serue nequã, omne debitũ dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nõne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eũ tortoribus, quoaduſque redderet vniuerſum debitũ. Sic & pater meus cęleſtis faciet vobis, ſi nõ remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo
de cordibus veſtris. Credo. Offert. Iob. 1.
Vixerat in terra Hus nõie Iob, ſimplex & rectus, ac timens Deũ: quẽ Satan petiit vt tentaret: & data eſt ei poteſtas à domino in facultate, & in carne eiꝰ: perdiditq; oẽm ſubſtantiã ipſius, & filios: carnẽ quoq; eiꝰ graui vlcere vulnerauit. Secre.

SVſcipe domine, propitius hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutẽ potenti pietate reſtitue. Per. Deinde Exaudi nos.
vt ſuprà. fol. 319. Cõmunio. In ſa Pſal. 118.
lutari tuo aĩa mea, & in verbũ tuũ ſperaui: quãdo facies de perſequẽtibus me iudicium? iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me domine deꝰ meus.

Poſtcommunio.

IMmortalitatis alimoniam cõſecuti, queſumus domine, vt qđ ore percepimus, pura mente ſectemur. Per dñm. Deinde Mundet & muniat. vt ſuprà folio 319.

¶Dominica xxij. poſt Pentecoſten. Introitus.

SI iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit? qa Pſal. 129.
apud te ꝓpitiatio eſt, deus Iſrael. Pſal. De profundis clamaui ad te domine:

domine exaudi vocem meam. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus refugium noſtrum, & virtus: adeſto piis eccleſiæ tuę p̄cib⁹, auctor ipſe pietatis: & pręſta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum. Deinde A cunctis. vt ſuprà. f.318.

ca. 1. Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

FRatres: Confidimus in domino Ieſu: quia, qui cępit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum, hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione euangelij, ſocios gaudij mei oēs vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt deus, quō cupiā omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt caritas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia & in omni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diē Chriſti, repleti fructu iuſtitiæ ꝑ Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei.

Pſal. 132. Graduale. Ecce quā bonum, & quā iucundū, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguētū in capite, quod deſcendit in barbam barbam Aaron. Alleluia, alleluia.

Pſal. 113. ℣. Qui timent dominum, ſperent in eo: adiutor & protector eorum eſt, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tēpore. Abeuntes phariſæi, conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes. Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dari Cæſari: an non? Cognita aūt Ieſus neqtia eorum, ait. Quid me tētatis Hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis Ieſus: Cuius eſt imago hęc, & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę ſunt Cęſaris, Cęſari: & quæ ſunt dei deo. Credo. Offertoriū.

Recordare mei domine omni potentatui dominans: & da ſermonē rectū in os meū, vt placeāt verba mea ī cōſpectu principis. Hest. 14. Secr.

DA miſericors de⁹: vt hæc ſalutaris oblatio, & à ꝓpriis nos reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per. Deinde Exaudi nos. vt ſup. f.319.

Cōmunio. Ego clamaui, quoniā exaudiſti me deus: inclina aurem tuā, & exaudi verba mea. Pſal. 16. Poſtcō.

SVmpſimus domine ſacri dona myſterii: humiliter deprecantes: vt, quæ in tui commemoratione nos facere præcepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxiliū. Qui viuis & regnas. Deinde Mundet & mu. vt ſuprà. ſol. 319.

¶ Dominica xxiij. poſt Pentecoſten. Introitus. Hie. 29.

DIcit dominus, ego cogito cogitationes pacis, & nō afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem veſtram de cūctis locis. Pſal. 84. Pſal. Benedixiſti do-

mine

mine terram tuã, auertiſti captiui-
tatem Iacob. ℣. Gloria pa. Oratio.
ABſolue, quæſumus domine,
tuorum delicta populorum:
vt à peccatorum noſtrorũ nexibus,
quæ pro noſtra fragilitate con-
traximus, tua benignitate libere-
mur. Per dominũ. Secunda oratio.
A cunctis. fo.318. Tertia ad libitũ.
¶ Lectio epiſtolæ beati Pauli apo-
ca.3. ſtoli ad Philippenſes.
FRatres: Imitatores mei eſtote:
& obſeruate eos qui ita ambu-
lant, ſicut habetis formam noſtrã.
Multi enim ambulant, quos ſępe di
cebam vobis (nunc autem & flens
dico) inimicos crucis Chriſti: quo-
rum finis interitus, quorũ deus vẽ-
ter eſt: & gloria in confuſione ipſo
rum qui terrena ſapiũt. Noſtra au-
tem conuerſatio in cęlis eſt: vnde
etiam ſaluatorem expectamus Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum,
qui reformabit corpus humilitatis
noſtrę, configuratũ corpori clarita
tis ſuæ, ſecundum operationem vir
tutis ſuę, qua poſſit etiam ſubiicere
ſibi omnia. Itaq; fratres mei cariſſi-
mi & deſideratiſſimi, gaudiũ meũ,
& corona mea: ſic ſtate in domino
cariſſimi. Euodiam rogo, & Sinty-
chen deprecor, idipſum ſapere ĩ do
mino Etiam rogo & te germane cõ
par, adiuua illas, quę mecũ labora
uerunt in euangelio cũ Clemente,
& cęteris adiutoribus meis, quorũ
Pſal. nomina ſunt ĩ libro vitę. Grad. Li-
43. beraſti nos domine ex affligentibus
nos, & eos qui nos oderunt, confu-
diſti. ℣. In deo laudabimur tota
Pſal. die, & in nomine tuo cõfitebimur
128. in ſęcula. Alleluia, alła. ℣. De pro-
fundis clamaui ad te domine, do-
mine exaudi vocẽ meam, alleluia.
Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Matthæum.
IN illo tempore: Loquente Ieſu ca.9.
ad turbas, ecce princeps vnus
acceſſit, & adorabat eum, dicẽs.
Domine filia mea modo defuncta
eſt, ſed veni impone manum tuam
ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ie-
ſus ſequebatur eum, & diſcipuli
eius. Et ecce mulier, quæ ſanguinis
fluxũ patiebatur annis duodecim,
acceſſit retro, & tetigit fimbriam ve
ſtimenti eius. Dicebat enim intra
ſe. Si tetigero tantum veſtimentum
eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus
& videns eam, dixit. Confide filia:
fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua fa-
cta eſt mulier ex illa hora. Et cum
veniſſet Ieſus in domum principis,
& vidiſſet tibicines & turbam tu-
multuantem, dicebat. Recedite:
non eſt enim mortua puella, ſed
dormit. Et deridebant eum. Et cũ
eiecta eſſet turba: intrauit, & te-
nuit manum eius. Et ſurrexit puel-
la. Et exiit fama hæc in vniuerſam
terram illam. Credo. Offerto- Pſal.
rium. De profundis clamauĩ ad 129.
te domine, domine exaudi vocem
meam, de profundis clamaui ad
te domine. Secreta.
PRo noſtræ ſeruitutis augmen-
to ſacrificium tibi domine lau-
dis offerimus: vt quod immeritis
contuliſti, propitius exequaris. Per
dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ
filium tuum. Qui tecum viuit.
Deinde Exaudi nos. ſuprà. fol.319.
Communio.
Amen dico vobis, quicquid oran-

tes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Poſtcommunio.

QVæſumus omnipotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per domi. Deinde M- undet. ſuprà. folio 319.

¶Si Dominicæ poſt Pentecoſtē fuerint plures vigintiquatuor, tũc poſt vigeſimam tertiã reſumantur (quo ad Orationes, Epiſtolas, & Euangelia) miſſę Dominicarum, quę ſuperfuerunt poſt Epiphaniam, hoc ordine. Si dominicę fuerint vigintiquinque, in dominica vigeſimaquarta dicitur miſſa dominicę vj. poſt Epiphaniã. Si fuerint vigintiſex, ĩ dominica vigeſimaquarta dicitur miſſa dñicę quintę poſt Epipha. & in vigeſimaquinta dr̃ miſſa dominicę vj. Si fuerint vigintiſeptem, in dñica vigeſimaquarta dicitur Miſſa Dominicę iiij. poſt Epiphaniã, in vigeſimaquinta, dominicę v. & in vigeſimaſexta, dñicę vj. Si fuerint vigintiocto, in dñica vigeſimaquarta dr̃ Miſſa dñicę iij. poſt Epiphaniã in vigeſima quinta, dñicę iiij. ĩ vigeſimaſexta, dñicę v. in Dñica vigeſimaſeptima, Dñicę ſextę. Et vltimo loco ſemper dicitur miſſa dominicę vigeſimęquartæ poſt Pẽtecoſtẽ.

¶Introitus autem, Graduale, Offertorium, & Poſtcommunio, in prædictis dominicis, ſemper dicuntur, vt in dominica vigeſimatertia.

¶Dominica xxiiij. poſt Pent. Intr.

hie. 29. DIcit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Pſa. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Iacob. ℣. Gloria patri. Pſal. 84. Oratio.

EXcita, quæſumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propenſius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per dominum no. Deinde A cunctis. vt ſuprà. fo. 318.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

FRatres: Non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, ca. 1. in omni ſapientia & intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placẽtes: in omni opere bono fructificantes, & creſcẽtes in ſciẽtia Dei: in omni virtute confortati ſecundum potentiã claritatis eius: in omni patientia & longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo & patri, qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorum, in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ: in quo habemus redẽptionẽ, & remiſſionẽ peccatorum. In Chriſto Ieſu dño noſtro. Grad. Liberaſti nos dñe ex affligẽtibus nos, Pſal. 43. & eos qui nos oderunt, confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſęcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meã, alleluia. Pſal. 129.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. c. 24. Cum videritis abominationem deſolationis quę dicta

eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit ĩtelligat. Tũc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad mon tes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Væ autem pregnanti bus & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra hieme: vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſiquis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetę: & da bunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce prædixi vo bis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deſerto eſt: nolite exire. Ecce in penetralib⁹: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vſq; in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cęlorum commouebuntur: & tunc parebit ſignum filij hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium homi nis venientem in nubibus cęli cum virtute multa & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cælorum vſque ad terminos eorũ. Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas. Ita, & vos cum videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cælum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt. Credo. Offertorium. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam, de profundis clamaui ad te domine. Pſal. 129.

Secreta.

PRopitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: & populi tui oblationibus, precibuſque ſuſceptis, omnium noſtrum ad te corda conuerte: vt à terrenis cupiditatibus liberati, ad cæleſtia deſideria tranſeamus. Per dominum noſtrũ. Deinde Exaudi. fo. 319. Cõmunio. Mat. 11.

Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Poſtcommunio.

COncede nobis, quæſumus domine: vt per hæc ſacramenta quæ ſumpſimus, quicquid in noſtra mente vitioſum eſt, ipſorum medicationis dono curetur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum. Deinde Mundet & mu. vt ſuprà. folio 319.

Finis ordinarij de Tempore.

PROPRIVM MISSARVM DE SANCTIS.

¶ In vigilia ſancti Andreę Apoſtoli. Introitus.

Die 29. No.



DOminus ſecus mare Galilęę vidit duos fratres, Petrum & Andreā, & vocauit eos: venite poſt me, faciā vos fieri piſcatores hominū. Pſal's. Cęli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamē tum. ℣. Gloria patri. Oratio.

Pſal. 18.

QVæſumus omnipotens deus, vt beatus Andreas Apoſtolus, tuum pro nobis imploret auxiliū: vt, à noſtris reatibus abſoluti, à cūctis etiam periculis eruamur. Per dominum noſtrū. Et fit cōmemor. ſancti Saturnini martyris. Oratio.

DEus, q̃ nos B. Saturnini martyris tui cōcedis natalitio pfrui: ei' nos tribue meritis adiuuari. Per.

Si vigilia S. Andreę venerit in Aduentu, miſſa dicitur de vigilia, & ſecunda Oratio erit de Aduentu, tertia de ſancto Saturnino.

Si feſtum S. Andreę venerit feria ij. miſſa de vigilia dicitur in Sabbato, & ſecunda oratio de Sancta Maria. C oncede. tertia E ccleſiæ. vel pro Papa: & commemo. S. Saturnini fit in Dominica: quod & in aliis vigilijs, excepta vigilia Natiuitatis domini, ſeruatur. Si autē feſtū S. Andreę venerit in dn̄ica, transfertur in ij. feriā, & miſſa de vigi. dr̄ ī ſabbato cum cōmem. S. Saturnini vt ſupra: & iij. Oratio erit de S. Maria. C oncede. Epiſtola. Benedictio Domini ſuper caput iuſti. vt in communi, in vigilia vnius apoſtoli, infra. folio 455. Graduale. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenam multiplicabuntur.

Pſal. 138.

Seq. ſancti euangelij ſm Ioannem. ca. 1.

IN illo tempore. Stabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem: & ſecuti ſunt Ieſum. Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis. Quid quęritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatū, magiſter) vbi habitas? dicit eis. Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret: & apud eū manſerunt die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem: & dixit ei. Inuenimus Meſſiā (quod eſt interpretatum, Chriſtus.) Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus, dixit. Tu es Simon filius Ionę: tu vocaberis Cephas (quod interpretatur Petrus:)

In craſtinum voluit exire in Gali-
lęam: & inuenit Philippum. Et di-
xit ei Ieſus. Sequere me. Erat autem
Philippus à Bethſaida ciuitate An-
dreę, & Petri. Inuenit Philippus Na
thanael: & dicit ei. Quem ſcripſit
Moyſes in lege, & prophetę, inue-
nimus Ieſum filium Ioſeph, à Na-
zareth. Et dixit ei Nathanael. A Na-
zareth poteſt aliquid boni eſſe? Di-
cit ei Philippus. Veni, & vide. Vi-
dit Ieſus Nathanael venientem ad
ſe: & dicit de eo. Ecce, vere Iſraeli-
ta, in quo dolus non eſt. Dicit ei
Nathanael. Vnde me noſti? Reſpõ-
dit Ieſus, & dixit ei. Priuſquam te
Philippus vocaret, cum eſſes ſub fi-
cu, vidi te. Reſpõdit ei Nathanael,
& ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es
rex Iſrael. Reſpondit Ieſus, & dixit
ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu,
credis: maius his videbis. Et dicit ei.
Amen, amen dico vobis: videbitis
cęlum apertum, & angelos dei aſcē
dentes, & deſcendentes ſupra filiū
Pſ. 8. hominis. Offer. Gloria & honore
coronaſti eū: & cōſtituiſti eū ſuper
opera manuū tuarū domine. Sec.

Sacrandum tibi domine munus
offerimus: quo beati Andreę ſo-
lennitate recolētes, purificationem
quoque noſtris mentibus implorā-
mus. Per dominum. Pro ſancto Sa
turnino martyre. Secreta.

Mvnera tibi dñe dicata ſancti-
fica: & intercedente beato Sa
turnino martyre tuo, per hæc ea-
dem nos placatus intende. Per do.
Ioā. 1. Communio. Dixit Andreas Simo-
ni fratri ſuo: inuenimus meſſiam,
qui dicitur Chriſtus: & adduxit eū
ad Ieſum. Poſtcommunio.

Perceptis domine ſacramentis
ſuppliciter exoramus: vt, inter-
cedente beato Andrea apoſtolo
tuo, quæ pro illius veneranda geri-
mus paſſione, nobis proficiant ad
medelā. Per. Pro commemoratio-
ne ſancti Saturnini. Poſtcōmunio.

Sanctificet nos, quæſumus do-
mine, tui perceptio ſacramenti:
& interceſſione ſanctorum tuorū
tibi reddat acceptos. Per dominū.

¶ Si ſequens feſtum S. Andreę ve-
nerit in Dominica, transfertur in ſe
quentē diem duplici feſto nō impe
ditā: quod & de aliis feſtis dupli. &
ſemidupli. in dñicis Aduentus oc-
currētibus ſeruatur: & in illis ſemp
fit comme. de Aduentu. De ſim-
plicibus autem toto Aduentu fit tā
tum commemoratio. ¶ In feſto Hie. 30. No.
ſancti Andreę apoſtoli. Introitus.

Mihi autem nimis hono-
rati ſunt amici tui deꝰ:
nimis confortatus eſt
principatus eorū. Pſal. Pſal. 138.
Domine probaſti me,
& cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſ
ſionem meam, & reſurrectionem
meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Maieſtatem tuā domine ſup-
pliciter exoramus: vt, ſicut ec
cleſiæ tuæ beatus Andreas apoſto-
lus extitit prædicator & rector: ita
apud te ſit pro nobis perpetuus in-
terceſſor. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Romanos.

Fratres. Corde creditur ad iuſti- c. 10.
tiam: ore autem confeſſio fit
ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura.
Omnis, qui credit in illum non cō
fundetur. Non enim eſt diſtinctio

Iudęi, & Gręci. Nam idẽ dominus
omnium, diues in omnes qui inuo
cant illum. Omnis enim, quicunq;
inuocauerit nomen domini, ſaluus
erit. Quomodo ergo inuocabunt,
in quem nõ crediderunt? Aut quo-
modo credent ei, quem non audie-
runt? Quomodo autem audient ſi-
ne prędicante? Quomodo vero prę
dicabunt, niſi mittantur? Sicut ſcri-
ptum eſt. Quam ſpecioſi pedes e-
uangelizantium pacem, euãgelizan
tium bona. Sed non omnes obe-
diunt euangelio. Iſaias enim dicit.
Domine, quis credidit auditui no-
ſtro? Ergo fides ex auditu: auditus
autem, per verbum Chriſti. Sed di-
co, nunquid nõ audierunt? Et qui-
Pſal. 44. dẽ in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ:
& in fines orbis terrę verba eorum.
Grad. Conſtitues eos principes ſu-
per omnem terrã: memores erunt
nominis tui domine. ℣. Pro patri-
bus tuis nati ſunt tibi filij: propte-
rea populi confitebuntur tibi. Al-
leluia, alleluia. ℣. Dilexit Andream
Ca. 4. dominus in odorẽ ſuauitatis, allꝉa.
Seq. ſancti euang. ſm Matthęũ.

IN illo tempore. Ambulans Ie-
ſus iuxta mare Galilęæ, vidit
duos fratres: Simonem qui vo-
catur Petrus, & Andream fratrem
eius, mittentes rete in mare: (erant
enim piſcatores) & ait illis. Venite
poſt me: & faciam vos fieri piſcato-
res hominũ. At illi continuo reli-
ctis retibus, ſecuti ſunt eũ. Et proce-
dens inde, vidit alios duos fratres, Ia
cobũ Zebedęi, & Ioãnẽ fratrẽ eius,
in naui cũ Zebedęo patre eorũ, refi-
cientes retia ſua: & vocauit eos. Illi
autẽ, ſtatim relictis retibus & patre,
ſecuti ſunt eum. dr Credo. Offert.
Mihi autẽ nimis honorificati ſunt Pſal.
amici tui Deus: nimis confortatus 138.
eſt principatus eorum. Secreta.

SAcrificiũ noſtrum tibi dñe, q̃s,
beati Andręę apoſtoli tui preca
tio ſancta conciliet: vt in cuius ho-
nore ſolenniter exhibetur, eius me-
ritis efficiatur acceptum. Per domi.
Præfatio de apoſtolis. folio 254.
Communio. Venite poſt me, fa- Mat.
ciam vos fieri piſcatores hominũ: 4.
at illi, relictis retibus & naui, ſecuti
ſunt dominum. Poſtcommunio.

SVmpſimus dñe diuina myſte-
ria, B. Andręę feſtiuitate lætãtes:
q̃ ſicut tuis ſãctis ad glĩã, ita nobis,
q̃s, ad veniã prodeſſe pficias. Per d.

FESTA DECEMB.

¶ Pro commemo. S. Bibianæ vir- die 2.
ginis, & mar. Oratio. Indulgentiã.
cum ſua Secreta, & poſtcõmunio-
ne de communi virginum. fol.480. die 4.
¶ Pro commemo. Sanctæ Barbaræ
virginis & martyris. Oratio. Deus
qui inter cętera. cum ſua Secreta, &
poſtcõione de cõi virginũ. fol.478. die 5.
¶ Pro cõme. Sancti Sabbę Abbatis.
Orõ. Interceſſio. cũ ſua ſecreta, &
Poſtcõi. vt in cõi Abbatum. fo.477. die 6.
¶ In feſto S. Nic. epi & cõfeſſ. Introi.



STatuit ei dñs
teſtamentum
pacis: & princi-
pem fecit eum,
vt ſit illi ſacerdo
tij dignitas ĩ ęter
num. Pſalmus. Pſal.
Memento domi 131.
ne Dauid: & om-
nis manſuetudi

nis

nis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus qui beatum Nicolaũ pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis: tribue quæſumus: vt eius meritis & precibus, à gehennæ incendiis liberemur. Per dominũ noſtrum. Epiſtola. Mementote præpoſitorum. de communi confeſſor. pont. folio 472. Graduale.

Pſal. 88. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur: Alleluia. Euangelium. Homo quidã peregre proficiſcens. de communi. confeſ. pont. fo. 470.

Pſal. 88. Offer. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

SAnctifica, quæſumus domine deus, hæc munera: quæ in ſolennitate ſancti antiſtitis tui Nicolai offerimus: vt per ea, vita noſtra inter aduerſa & proſpera vbique dirigatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. Cõio.

Pſal. 88. Semel iuraui in ſancto tuo: ſemen eius in ęternum manebit: & ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in ęternum, & teſtis in cælo fidelis. Poſtcõmunio.

SAcrificia, quæ ſumpſimus domine, pro ſolennitate ſancti põtificis tui Nicolai, ſempiterna nos protectione conſeruent. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & reg.

¶ In feſto ſancti Ambroſij epiſcopi, & confeſſoris, ac doctoris Eccleſiæ. Introitus.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius: & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: ſtolam gloriæ induit eum. ps. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 91.

DEus, qui populo tuo ęternæ ſalutis beatum Ambroſiũ miniſtrum tribuiſti: præſta quæſum⁹: vt quem doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cęlis. Per. Epiſtola. Teſtificor corã Deo de cõmuni Doctoris. fol. 473. Gradua. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Nõ eſt inuẽtus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Eccl. 44.

Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluia. Euãgelium. Vos eſtis ſal terræ. De cõmuni doctorum. ſolio eodẽ. Et dicitur Credo. Offertorium. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Pſal. 109. P ſal. 88.

OMnipotens ſempiterne deus, munera tuæ maieſtati oblata per interceſſionem beati Ambroſij confeſſoris tui atque pontificis, ad perpetuam nobis fac prouenire ſalutem. Per dominum. Cõio.

Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in ęternum manebit: & ſedes eius ſicut ſol in cõſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum,

& teſtis in cęlo fidelis. Poſtcōio.

SAcramenta ſalutis noſtræ ſuſcipientes, concede, quęſumus omnipotens Deus: vt beati Ambroſij confeſſoris tui atque pontificis nos vbique oratio adiuuet: in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum.

die. 8 ¶In Cōceptione beatæ Mariæ dicit Miſſa de eius Natiuitate, q̄ habetur menſe Septembris. fol. 236. mutato nomine Natiuitatis in Cōceptionē.

Die. 10. ¶Pro cōmemoratione ſancti Miltiadis Papę & martyris. Oratio. Infirmitatem. cum ſua ſecreta, & poſt communione de communi vnius martyris pont. folio 456.

Die. 11. ¶ In feſto ſancti Damaſi Papę & confeſſoris. Introitus

Pſal. 131. SAcerdotes tui domine induant iuſtitiam: & ſancti tui exultent, propter Dauid ſeruū tuum non auertas faciē Chriſti tui. Pſalm. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

EXaudi domine preces noſtras: & intercedente beato Damaſo confeſſore tuo atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus & pacem. Per dominum noſtrum. Epiſtola. Plures facti ſunt Sacerdotes. de communi confeſſo. pontificis. fo. 471. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui ī diebus ſuis placuit Deo. Eccl. 44. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cōſeruaret legem excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Alleluia. Euange. Vigilate quia neſcitis. De eodem communio. folio 471. Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eum. Secreta. Pſal. 88.

ACcepta tibi ſit, quæſumus domine, ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorū: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per do. Cōio. Domine quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue bone, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuprà multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſtcommunio. Mat. 25.

DA, quæſumus domine, fidelibus populis ſanctorum tuorum ſemper veneratione lætari: & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominum noſtrum.

¶In feſto ſanctæ Luciæ virginis & martyris. Introitus. Die. 13.

DIlexiſti iuſtitiā: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, Deꝰ tuus, oleo lętitię, præ conſortibus tuis. Pſalm. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. Pſal. 44. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

EXaudi nos deꝰ ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatę Lucię virginis & martyris tuæ, feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum. Epiſtola. Qui gloriatur, in domino glorietur. De cōmuni virgi. fo. 481. Gradu. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ. Alleluia, alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia

in labiis tuis, propterea benedixit te deus in ęternum. Alleluia. Euangelium. Simile eſt regnum cœlorũ theſauro abſcondito. De cõmuni virg. & marr. fol.480. Offertorium. Afferentur regi virgines poſt eam, proximæ eius afferẽtur tibi. Secre.

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorũ: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum. Communio. Principes pſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lętabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa. Poſtcommunio. (Pſal. 118.)

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramꝰ. Per.

Die 20. ¶ In vigilia ſancti Thomæ dicitur Miſſa. Ego autem ſicut oliua. de vigilia vnius apoſtoli. folio 455. cum cõmemorat. de Aduentu: & in ea ſeruetur rubrica in vigilia Sancti Andreæ poſita. fol.356. Si autẽ hæc vigilia venerit in quatuor temporibꝰ, de ea fit tm̃ cõmemoratio.

Die 21. ¶ In feſto S.Thomę apoſt. Introi.

MIhi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. ps. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meã. ℣. Gloria patri. Oratio. (Pſal. 138.)

DA nobis, quæſumus domine, beati apoſtoli tui Thomæ ſolennitatibus gloriari: vt eius ſemper, & patrociniis ſubleuemur, & fidẽ cõgrua deuotiõe ſectemur. Per.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios. (ca. 2.)

FRatres: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentum apoſtolorũ & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. In quo omnis ædificatio cõſtructa, creſcit in templum ſanctũ in dño. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto. Grad. Nimis honorati ſunt amici tuĩ Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenã multiplicabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Gaudete iuſtĩ in dño: rectos decet collaudatio. Allã. (Pſal. 138.)

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem. (c. 20.)

IN illo tempore. Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cũ eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus Dominum. Ille autẽ dixit eis. Niſi videro in manibꝰ eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum ĩ locum clauorum, & mittam manum meam ĩ latus eiꝰ: non credam. Et poſt dies octo, iterũ erant diſcipuli eius intus, & Thomas cũ eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas; & dixit ei. Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Beati qui

non viderunt,& crediderunt. Credo. Offertorium. In omnem terrā Pſal. 18.
exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta.

DEbitū tibi domine noſtræ reddim⁹ ſeruitutis, ſuppliciter exorantes: vt, ſuffragiis beati Thomæ Apoſtoli tui, in nobis tua munera tuearis: cuius honoranda cōfeſſione, laudis tibi hoſtias immolamus. Per dominum. Præfatio de apoſt. fol.254. Cōmunio. Mitte ma- Ioā. 20.
num tuam,& cognoſce loca clauorum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Poſtcommunio.

ADeſto nobis miſericors De⁹: & intercedēte pro nobis beato Thoma Apoſtolo tuo, tua circa nos propitiatus dona cuſtodi. Per.

FESTA IANVARII.

Die 11. ¶Pro cōme. S.Hyginij Papæ & m. Oratio. Infirmitatem. cum ſua ſecreta, & Poſtcōm. de cōi vnius m̄. pont. fo.456. & tertia oratio dr̄ de ſancta Maria. Deus qui ſalutis.

Die 14. ¶In feſto S. Hilarij epi & confeſſo. Miſſa. In medio eccleſiæ. de cōmuni doct. fol.441. & in ea fit ſequens cōme. cū tertia orōne de S. Maria.

¶Pro cōmemoratio. Sancti Felicis in Pincis martyris. Oratio.



COncede, q̄ſumus, omnipotens deus: vt ad meliorem vitam ſanctorū tuorum exempla nos prouocent: quaten⁹, quorum ſolennia agim⁹, etiā act⁹ imitemur. Secr.

HOſtias tibi domine beati Felicis martyris tui dicatas meritis benign⁹ aſſume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire ſubſidium.

Poſtcommunio.

QVæſumus domine, ſalutarib⁹ repleti myſterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius ſolennia celebramus, orationibus adiuuemur.

¶Si contingat feſtum Sancti Hilarij transferri in alium diem, nō tamen prędicta commemoratio Sancti Felicis transfertur, ſed de ea fit ſuo die, quod & in alio ſequenti feſto,& in ſimilibus ſemper ſeruatur.

¶In feſto ſancti Pauli primi Eremitæ. Introitus. Die 15. Pſal. 91.

IVſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur: plātatus in domo domini, in atriis domus Dei noſtri. ps. Bonum eſt confiteri domino & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui nos beati Pauli cōfeſſoris tui annua ſolennitate lætificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum noſtrū.

Pro comme. S.Mauri abba. Oratio.

INterceſſio nos, quæſumus domine, beati Mauri abbatis cōmendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur.

Tertia oratio de S. Maria. Deus q ſalutis. Epiſt. Quæ mihi fuerunt lucra. de cōi confeſſ. non pont. f.476. Pſal. 91.
Grad. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annūciādum mane miſericordiam tuā, &

veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum, Alleluia. Euangelium. Confiteor tibi pater. de cõi plurimorum mart. fol. 469.
Pſal. 20. Offertoriũ. In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer, deſiderium aĩæ eius tribuiſti ei. Secreta.

LAudis tibi domine hoſtias immolamus, in tuorũ cõmemoratione ſanctorum: quibus nos, & præſentibus exui malis cõfidimus, & futuris. Per. Pro cõmemoratione ſancti Mauri Abbatis. Secreta.

PRæſta nobis, q̃s, oĩps deus: vt noſtrę humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata ſit honore ſanctorum, & nos corpore pariter &
Pſal. 63. mente purificet. Cõio. Lętabitur iuſtus in dño, & ſperabit ĩ eo: & laudabuntur oẽs recti corde. Poſtcõ.

REfecti cibo potuq; cęleſti, De⁹ noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum. Pro cõmẽ. ſancti Mauri Abbatis. Poſtcõio.

PRotegat nos dñe cũ tui perceptione ſacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt & cõuerſationis ei⁹ experiamur inſignia, & interceſſionis ipſius percipiamus ſuffragia. ¶ In feſto ſancti
Die 16. Marcelli Papæ & mart. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas
Pſal. 131. in æternum. Pſalmus. Memẽto dñe Dauid: & oĩs mãſuetudinis ei⁹. ℣. Gloria. Oratio.

PReces populi tui, q̃s domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atq; põtificis meritis adiuuemur, cuius paſſione lætamur. Per dominum noſtrum &c. Epiſtola. Benedictus deus. De communi vnius mart. pont. folio 457.
Graduale. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eũ: Pſal. 88.
manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo; & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundũ ordinem Melchiſedech. Alleluia. Euangelium. Siquis vult venire poſt me. de eodem communi. folio 458. Offert.
Veritas mea, & miſericordia mea Pſal. 88.
cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SVſcipe, quæſumus, domine, munera dignanter oblata: & beati Marcelli ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concede. Per dominum noſtrum.
Communio. Domine quinque ta Mat. 25.
lenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue bone & fidelis, qa in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituam, intra in gaudium domini tui. Poſtc.

SAtiaſti domine familiã tuã muneribus ſacris: eius, quęſumus, ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per do.
¶ In feſto ſancti Antonij Abbatis. Die 17.
Miſſa. Os iuſti. de communi Abbatum fol. 477. cum euangelio. Sint lumbi veſtri pręcincti. de communi confeſſ. non pontiũ. fol. 474.

Die 18. ¶In feſto Cathedræ S.Petri,qua Romæ primum ſedit. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternũ. ps.
Psal. 131. Memento dñe Dauid: & oĩs manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui beato Petro apoſtolo tuo, collatis clauibus regni cęleſtis, animas ligandi, atque ſoluẽdi pontificium tradidiſti: concede: vt interceſſionis eius auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui vi. Et fit comme. de ſancto Paulo ante quaſcunq; commemorationes etiã Dominicæ: qđ & ſeruatur in cõmemo. ſancti Petri, q̃ fit in feſto ſancti Pauli. Oratio.

DEus: qui multitudinẽ gẽtium beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis q̃s: vt cuius commemorationẽ colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus.

Pro cõmemoratione ſanctę Priſcę virginis & martyris. Oratio.

DA, quæſumꝰ, omnipotẽs Deꝰ: vt, qui beatę Priſcę virginis, & martyris tuæ natalitia colimus, & annua ſolennitate lętemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per.

Lectio epiſtolæ beati Petri apl̃i.

1.c.1 PEtrus, Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Põti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ: ſecundũ præſcientiam Dei patris, in ſanctificationẽ ſpiritus, ĩ obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos ĩ ſpem viuam, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatẽ incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem, in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exultabitis: modicum nunc, ſi oportet contriſtari ĩ variis tentationibus: vt probatio veſtrę fidei, multo precioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Ieſu Chriſti domini
noſtri. Graduale. Exaltent eum ĩ ec- Psal. 106.
cleſia plebis, & in cathedra ſeniorũ laudent eum. ℣. Confiteantur domino miſericordię eius, & mirabilia eius filiis hominum. Si feſtũ Cathedræ venerit ante Septuageſimã, poſt Graduale ſtatim dicitur Alle-
luia, all'a. ℣. Tu es Petrus, & ſuper Mat. 16.
hanc petram ædificabo eccleſiam meam. All'a. Si autem venerit poſt Septuageſimam, omiſſo Alleluia. & verſu dicitur ſequens Tractus.

Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. ℣. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum. ℣. Quodcũque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. ℣. Et quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Euange. Venit Ieſus in par-
tes Ceſareæ Philippi. vt infra in fe- Mat. 16.
ſto Apl'orum Petri, & Pauli. f.404. Credo. Offertorium. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non

præ-

prævalebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum. Secre.

ECcleſię tuæ, quæſumus domine, preces & hoſtias beati apoſtoli tui Petri commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad veniã. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit &c.

Pro ſancto Paulo. Secreta.

APoſtoli tui Pauli precibus domine, plebis tuę dona ſanctifica: vt, quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis. Pro commemoratione Sanctæ Priſcæ. Secreta.

HOſtia, quæſumus domine, quã in ſanctorum tuorum natalitiis recenſentes offerimus: & vincula noſtræ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Præfatio de Apoſtolis fol. 404. Communio. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Poſtcõio.

LÆtificet nos domine munus oblatum: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabilem prędicam⁹, ſic per illum tuę ſumamus indulgẽtię largitatem. Per dominum no.

Pro ſancto Paulo. Poſtcõmunio.

SAnctificati domine ſalutari myſterio, qſ: vt pro nobis eius nõ deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Pro commemo. Sanctæ Priſcę. Poſtcommunio.

QVęſumus, domine, ſalutarib⁹ repleti myſteriis: vt cuius ſolennia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum &c.

¶In ſanctorum martyrum Marij, Marthę, Audifacis, & Abacũ. Intr.

IVſti epulentur, & exultent in conſpectu dei, & delectentur in lętitia. Ps. Exurgat de⁹ & diſſipetur inimici ei⁹: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio. Die 12. Pſal. 67.

EXaudi domine populum tuũ, cum ſanctorum martyrũ tuorum patrocinio ſupplicãtem: vt, & temporalis vitæ nobis tribuas pace gaudere, & æternæ reperire ſubſidium. Per dominum noſtrum &c.

Epiſto. Rememoramini priſtinos. de communi plurimo. mart. f. 466.

Grad. Iuſtorũ animę in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormẽtum malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiẽtium mori: illi autem ſunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Mirabilis De⁹ noſter in ſanctis ſuis. Alleluia. Sa. 3.

Si hoc feſtum venerit poſt Septuageſimã dicitur Tract⁹ de cõi pluri. mar. fol. 664. Quod & ſeruatur in ſequentibus feſtis venientibus poſt Septuage. vſq; ad dominicã Palmarũ: niſi proprius Tractus aſſignetur.

Euãgelium. Sedẽte Ieſu ſup montẽ oliueti. de eodẽ cõmuni. f. 466.

Offert. Aĩa noſtra, ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiũ: laqueus cõtrit⁹ eſt, & nos liberati ſum⁹. Sec. Pſal. 127.

PReces dñe tuorũ reſpice, oblationeſq; fidelium: vt, & tibi grata ſint pro tuorum feſtiuitate ſanctorum, & nobis cõferant tuę propitiationis auxilium. Per do. Cõio.

Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos perſequuntur. Poſtcommunio. Luc. 12.

SAnctorum tuorum domine in
terceſſione placatꝰ, præſta quę-
ſumus: vt, quæ tēporali celebramꝰ
actione, perpetua ſaluatione capia-
Die 20. mus. Per. ¶ In feſto SS. martyrum
Fabiani & Sebaſtiani. Introitus.
INtret in conſpectu tuo
domine gemitus com-
peditorum: redde vici-
nis noſtris ſeptuplum ī
ſinu eorū: vindica ſan-
guinem ſanctorū tuorū, qui effu-
Psal. 78. ſus eſt. ps. Deus venerunt gentes in
hereditatem tuā: polluerunt tēplū
ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſa-
lem in pomorum cuſtodiam. ℣.
Gloria patri & filio. Oratio.
INfirmitatē noſtram reſpice ops
Deus: & quia pondus propriæ a-
ctionis grauat: beatorum martyrū
tuorum Fabiani & Sebaſtiani in-
terceſſio glorioſa nos protegat. Per.
Epiſto. Sancti per fidem. de com-
muni plurimo. marty. fol. 468.
Exo. 15. Gradua. Glorioſus Deus in ſanctis
ſuis: mirabilis in maieſtate, faciēs
pdigia. ℣. Dextera tua domine glo
rificata eſt in virtute: dextera manꝰ
Psal. 144. tua cōfregit inimicos. Alleluia, all.
℣. Sancti tui dn̄e benedicēt te: glo-
riam regni tui dicent. All'a. Euage-
lium. Deſcendens Ieſus de monte.
Psal. 38. de eodem communi. f. 465. Offert.
Lętamini in dn̄o: & exultate iuſti
& gloriamini oēs recti corde. Secr.
HOſtias tibi dn̄e, beatorū mar-
tyrum tuorum Fabiani, & Se-
baſtiani dicatas meritis benignꝰ aſ-
ſume, & ad perpetuum nobis tri-
bue prouenire ſubſidium. Per do.
Luc. 6. Cōio. Multitudo languentium, &
qui vexabātur à ſpiritibꝰ immūdis,
veniebāt ad eū: quia virtus de illo
exibat, & ſanabat omnes. Poſtcōio.
REfecti participatione muneris
ſacri, quæſumus domine deus
noſter: vt, quorum exequimur cul
tū, ſentiamus effectū. Per dominū.
¶ In feſto ſanctæ Agnetis virginis & Die 21.
martyris. Introitus.
ME expectauerūt pecca-
tores: vt perderēt me:
teſtimonia tua domi-
ne intellexi: omnis cō
ſumationis vidi finē:
latum mandatum tuum nimis. ps.
Beati immaculati in via, qui ambu Psal. 118.
lant in lege dn̄i. ℣. Gloria. Oratio.
OMnipotēs ſempiterne Deus, q
infirma mundi eligis: vt fortia
quęq; cōfundas: cōcede propitius:
vt, q beatę Agnetis virginis & mar-
tyris tuæ ſolennia colimꝰ, eius apud
te patrocinia ſentiamus. Per. Epiſt.
Cōfitebor tibi domine rex. de cō-
muni virginum & marty. fol. 478.
Grad. Diffuſa eſt grã in labiis tuis: Psal. 44.
propterea bn̄dixit te deꝰ in ęternū.
℣. Propter veritatem, & manſuetu
dinē, & iuſtitiam: & deducet te mi-
rabiliter dextera tua. All'a, all'a. ℣.
Quinque prudētes virgines accepe-
runt oleum in vaſis ſuis cū lampa-
dibus: media autē nocte clamor fa-
ctus eſt: ecce ſponſus venit: exite ob
uiam Chriſto dn̄o. Alleluia. Euāge.
Simile eſt regnum cęlorum dece
virginibus. de eodem cōi. fol. 479.
Offertorium. Afferentur regi virgi Psal. 44.
nes poſt eam: proxime eius afferen
tur tibi in lætitia, & exultatione, ad-
ducentur ī templū regi dn̄o. Secre.
HOſtias domine, quas tibi offe-
rimus, propitius ſuſcipe: & in-

tercedente beata Agnete virgine & martyre tua, vincula peccatorũ noſtrorum abſolue. Per domi. Cõ[illegible]

Mat. 25. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autẽ nocte clamor factus eſt, ecce, ſponſus venit: exite obuiã Chriſto domino. Poſtcõio.

REfecti cibo potuq; cœleſti, De⁹ noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum &c.

Die. 22 ¶In feſto Sanctorum martyrũ Vincentij, & Anaſtaſij. Miſſa.

Intret in conſpectũ tuo. de cõmuni plurimo.mar. fol. 464. excepta oratione, quæ dr̃ vt infra. Oratio.

ADeſto, quæſumus domine, ſupplicationib⁹ noſtris: vt q̃ ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beatorum martyrum tuorum Vincentij, & Anaſtaſij interceſſione liberemur. Per dominum. Secreta.

MVnera tibi domine noſtrę deuotionis offerim⁹: quę & pro tuorũ tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per do. Poſtcõio.

QVæſumus omnipotẽs deus: vt qui cęleſtia alimenta percepimus, intercedentibus beatis martyribus tuis Vincentio & Anaſtaſio, per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c.

Die. 23 ¶In Sanctæ Emerentianæ virginis & martyris, dicitur Miſſa. Me expectauerunt peccatores. vt in communi virginum & marty. fol. 479.

S[illegible] Timothei ẽpi & mar[illegible] Die 24

STatuit ei dñs teſtamentum pacis: & principẽ fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternũ. Ps. Memẽto domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri & filio. Oratio. Pſal. 131.

IN firmitatem noſtrã reſpice omnipotẽs deus: & q̃a pondus ꝓprię actionis grauat: beati Timothei martyris tui atq; põtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dñm.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

CArisſime: Sectare iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, caritatẽ, patientiã, mãſuetudinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei, apprehẽde vitã ęternã, in qua vocat⁹ es, & cõfeſſus bonã cõfeſſionẽ corã multis teſtibus. Pręcipio tibi corã deo, qui viuificat omnia: & Chriſto Ieſu, qui teſtimoniũ reddidit ſub Põtio Pilato bonã cõfeſſionẽ, vt ſerues mãdatũ ſine macula, irreprehenſibile vſq; in aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti. Quẽ ſuis tẽporibus oſtendet beatus, & ſolus potẽs, rex regũ, & dominus dominantiũ: qui ſolus habet immortalitatẽ: & lucẽ habitat inacceſſibilẽ: quẽ nullus hominum vidit, ſed nec videre põt: cui honor, & imperium ſempiternũ. Amen. Grad. Inueni Dauid ſeruũ meũ, oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enĩ mea auxiliabitur ei, & brachium meũ confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, Alleluia.

1. c. 6 · Pſal. 88. · Pſal. 88.

Si dicẽdus ſit tract⁹, requirat in cõi vnius mart. pont. Deſiderium animæ. folio 457. Euang. Si quis venit ad me. de cõmuni vnius mart. pont. folio eodem. Offertorium.

Pſal. 88. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOſtias tibi domine, beati Timothei martyris tui atque põtificis dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue peruenire ſubſidium. Per dominũ noſtrum. Communio. Semel iu-

Pſal. 88. raui in ſancto meo: ſemen eius in æternum manebit: & ſedes eius, ſicut ſol in cõſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus domine de⁹ noſter: vt, beati Timothei martyris tui atque Põtificis, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectũ. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Die 25. ¶ In Conuerſione ſancti Pauli Apoſtoli. Introitus.

SCio, cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare in illum diem, iuſtus iudex. Pſalmus. Do-

Pſal. 138. mine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã, & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus qui vniuerſum mundum beati Pauli apoſtoli ꝓdicatione docuiſti: da nobis, quæſumus, vt qui eius hodie Conuerſionem colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum.

Et fit comme. de S. Petro. Oratio.

DEus, qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cæleſtis, animas ligandi, atque ſoluendi pontificium tradidiſti: concede, vt interceſſionis eius auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis & reg.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis: Saulus adhuc ſpi- ca. 9.
rans minarum & cædis in diſcipulos domini, acceſſit ad principẽ ſacerdotum, & petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas: vt, ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damaſco, & ſubito circunfulſit eum lux de cælo: & cadens in terram, audiuit vocem dicentẽ ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille. Ego ſum Ieſus, quẽ tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et tremẽs, ac ſtupens, dixit. Dñe quid me vis facere? Et dñs ad eũ. Surge, & ingredere ciuitatem: & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autẽ illi, qui comitabãtur eũ eo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidẽ vocem, neminẽ autem videntes. Surrexit autẽ Saulus de terra, apertiſque oculis, nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerũt Damaſcũ. Et erat ibi tribus diebus non videns: & nõ manducauit, neq; bibit. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: & dixit ad illum in viſu dominus. Anania, At ille ait. Ecce ego domine. Et domin⁹ ad illum. Surge, & vade in vicum

qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudę Saulum, nomine Tarſenſem. Ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem ſibi manus, vt viſum recipiat.) Reſpondit autem Ananias. Domine audiui à multis de viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Ieruſalem. Et hic habet poteſtatem à principibus ſacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus. Vade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum corã gẽtibus, & regibus, & filiis Iſrael. Ego enim oſtendam illi quanta oporteat eũ pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit. Saule frater, dominus Ieſus miſit me, q apparuit tibi in via, qua veniebas: vt videas, & implearis Spiritu ſancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamæ: & viſum recepit. Et ſurgens baptizatus eſt. Et cum accepiſſet cibum, confortatus eſt. Fuit autem cum diſcipulis, qui erant Damaſci, per dies aliquot. Et continuo ingreſſus in Synagogas, prędicabat Ieſum: quoniam hic eſt filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant. Nonne hic eſt, qui expugnabat in Ieruſalem eos, qui inuocabãt nomen iſtud? & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum. Saulus autem multo magis cõualeſcebat, & confundebat Iudęos, qui habitabant Damaſci, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus. Gradu. Qui operatus eſt Petro ĩ Apoſtolatũ, operatus eſt & mihi inter gẽtes: & cognouerunt gratiã Dei, quæ data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet. Alleluia, alſa. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole: ora pro nobis, Alſa. Tractus ſequens dicitur: ſi hoc feſtum venerit poſt Dominicam Septuageſimę. Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole: vere digne es glorificãdus. ℣. Prędicator veritatis, & doctor gentiũ in fide, & veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam Dei. ℣. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Euangeliũ. Ecce nos reliquimus omnia. infra ĩ cõi Abbatũ. f. 478. dicitur Credo. Offer. Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta. Gal. 2. Pſal. 138.

Apoſtoli tui Pauli precibus, domine, plebis tuæ dona ſanctifica: vt, quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiãt patrocinio ſupplicantis. Per dominum noſtrum.

Pro ſancto Petro. Secreta.

Eccleſiæ tuæ, quæſumus domine, preces & hoſtias beati apoſtoli tui Petri commẽdet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per domi.

Præfatio de apoſtoli. fo. 254. Cõio. Amen dico vobis, quod vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis. & vitam ęternam poſſidebitis. Poſtcõmunio. Mat. 19.

Sanctificati domine ſalutari myſterio, quęſumus: vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per do.

Pro

Pro ſancto Petro. Poſtcommunio.

LAetificet nos domine munus oblatum: vt, ſicut in apſto tuo Petro, te mirabilem prædicamus: ſic per illum, tuæ ſumamus indulgentiæ largitatem. Per dominum.

Die 26. ¶ Sancti Polycarpi Epiſcopi & martyris. Introitus.

SAcerdotes Dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum. Pſalmus. Benedicite

Da. 3 oĩa opera domini domino: laudate, & ſuperexalta te eũ in ſæcula. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque pontificis, annua ſolennitate lætificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus: de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Lectio epiſtolæ beati Ioannis Apſi.

1.c.3 CAriſſimi: Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniã hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio: vt diligatis alterutrũ. Nõ ſicut Cain, qui ex maligno erat: & occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iuſta. Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis, quoniam omnis homicida nõ habet vitam çternam in ſe manentem. In hoc cognouimus caritatem dei: quoniam ille animam ſuã pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Gradua.

Gloria & honore coronaſti eum. Pſ. 8

℣. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarum domine. Alleluia, alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dominus, alleluia. Tractus ſi dicendus ſit de cõi vnius mart. pont. Beatus vir. f.458. Euangelium. Si quis vult venire poſt me. de cõi vnius mart. pont. folio eod.

Offer. Inueni Dauid ſeruum meũ: Pſal. 88.
oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabit ei: & brachiũ meum confortabit eum. Secreta.

MVnera tibi domine dicata ſanctifica: & intercedẽte beato Polycarpo martyre tuo atq; põtifice, per eadem nos placatus intẽde. Per dominum. Communio.

Poſuiſti dñe in capite eius coronã Pſal. 20.
de lapide precioſo. Poſtcommunio.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedẽte beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

¶ In feſto ſancti Ioannis Chryſoſtomi, epiſcopi, & confeſſoris. Introi. Die. 27.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtię, & intellectus: ſtolam glorię induit eum.

Pſalmus. Bonum eſt confiteri domino, Pſal. 91.
& pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ECcleſiam tuam, quęſumus domine, gratia cęleſtis amplificet: quam beati Ioannis Chryſoſtomi confeſſoris tui atq; pontificis, illu-

ſtrare

ſtrare voluiſti glorioſis meritis, & doctrinis. Per domi. Epiſt. Teſtificor. de cõi doctorum. f.473. Grad.
Eccl. 44. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia, alla. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tẽtationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę. Alla. Poſt Septuageſimã. Trac. Beatus vir qui ti. de cõmuni doct. fol. eodẽ. Euang. Vos eſtis ſal terrę. de eodem cõi. f. 474. Et dicitur Credo. Offertorium.
Pſal. 91. Iuſtus, vt palma, florebit: ſicut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

SAncti pontificis tui Ioãnis Chryſoſtomi nobis domine pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Cõio.
Mat. 24. Fidelis ſeruus & prudens, quem cõſtituit dominus ſuper familiã ſuã: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

VT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus Ioãnes Chryſoſtomus pontifex tuus, & doctor egregius, quæſumus, precator accedat. Per dominum no.

Die. 28. ¶ In feſto Sanctæ Agnetis ſecundo. Introitus.

VVltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius adducẽtur tibi ĩ lętitia, & exultatione. ps.
Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, q nos annua beatæ Agnetis virginis & martyris tuæ ſolennitate lætificas, da quæſumus: vt, quam veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exẽplo. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Epiſt. Qui gloriatur. de cõmuni virginum. fol. 481. Gradua.
Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna. Pſal. 44.
℣. Propter veritatẽ, & manſuetudinẽ, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alla. ℣. Adducẽtur regi virgines poſt eã: proximæ eius afferentur tibi in lętitia. Alleluia. Poſt Septuageſimam Tractus. Audi filia. de communi virg. f. eod. Euãg. Simile eſt regnũ cęlorũ theſauro abſcõdito ĩ agro. de eodem cõi. folio 480. Offerto. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ęternũ, & in ſęculum ſęculi. Secreta.

SVper has, qs domine, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: quę & ſanctificationẽ nobis clementer operetur: & de martyrũ nos ſolennitate lętificet. Per. Cõmunio. Simile eſt regnum cęlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita, dedit omnia ſua, & comparauit eam. Poſtcommunio. C. 13.

SVmpſimus domine celebritatis annuę votiua ſacramẽta, pręſta quęſumus: vt, & temporalis vitæ nobis remedia præbeant, & ęternæ. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat ĩ vnitate ſpũs ſancti Deus, Per oĩa ſæcula ſæculorum.

FESTA FEBRVARII.

Die 1. ¶In feſto S. Ignatij epiſcopi & martyris. Introitus.

MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quē mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Pſ. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri & filio. Oratio. (Pſal. 131.)

DEus, qui nos beati Ignatij martyris tui atque pōtificis annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtrum &c.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (Sicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.) Sed in his omnibus ſuperamus propter eū, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neq; vita, neque angeli, neq; principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à caritate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui in dieb⁹ ſuis placuit deo. ℣ Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Alla, alleluia. ℣ Chriſto confixus ſum cruci: viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus, alla. Poſt Septuageſimā Tractus. Deſiderium aīæ eius. vt in cōi mar. pontif. fol. 457. Euang. Niſi granum. de cōmuni mart. fol. 461. Offertoriū. Gloria, & honore coronaſti eum: & cōſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarum domine. Secreta. (Rom. 8.; Eccl. 44.; Pſ. 8.)

MVnera tibi dn̄e dicata ſanctifica: & intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominū. Communio. Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mūdus inueniar. Poſtcommunio.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedēte beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrū.

Die 2. ¶In feſto Purificatio. Beatę Mariæ.

¶Si hoc feſtum venerit in Dominicis Septuageſimę, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ, fit tantum candelarū bn̄dictio, diſtributio, & pceſſio, & dr̄ miſſa de dn̄ica: Miſſa vero feſti trāsfertur in ſequētē diem.

¶Finita tertia, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel ſine caſula, cum miniſtris indutis procedit ad benedicendum candelas in medio ante altare poſitas dicendo: Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus: qui omnia ex nihilo creaſti: & iuſſu tuo per opera apum, hunc liquorē ad pfectionē cerei euenire feciſti: & q hodierna die petitionē iuſti Simeonis impleſti: te humiliter

de-

deprecamur vt has cādelas ad vſus hominum, & ſanitatem corporũ & animarum, ſiue in terra, ſiue in aquis, per inuocationem tui ſanctiſſimi nominis, & per interceſſionē beatæ Mariæ ſemper virginis, cuius hodie feſta deuote celebrantur: & per preces omnium ſanctorum tuorum, bene ✠ dicere, & ſanctifi ✠ care digneris: & huius plebis tuæ, quæ illas honorifice in manibus deſiderat portare, teq; cantādo laudare, exaudias voces de cœlo ſctō tuo, & de ſede maieſtatis tuę: & ꝓpitius ſis omnibus clamātibus ad te: quos redemiſti ꝓcioſo ſanguine filij tui. Qui tecum. Oremus. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis ſancti Simeonis in tēplo ſancto tuo ſuſcipiendum præſentaſti: tuam ſupplices deprecamur clementiam: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia ſuſcipientes, geſtare cupimus, luce accenſas: bene ✠ dicere, & ſanctifi ✠ care, atque lumine ſupernæ benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino deo noſtro offerendo, digni, & ſancto igne dulciſſimę caritatis tuę ſuccenſi, in templo ſancto glorię tuæ repręſentari mereamur. Per eundem. ℞. Amen. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mūdum, effunde bene ✠ dictionē tuam ſuper hos cereos: & ſancti ✠ fica eos lumine gratiæ tuæ: & cōcede propitius: vt ſicut hæc luminaria igne viſibili accenſa, nocturnas depellūt tenebras: ita corda noſtra inuiſibili igne, ideſt, ſancti Spiritus ſplendore illuſtrata, omnium vitiorum cęcitate careant: vt purgato mentis oculo, ea cernere poſſimus, quę tibi ſunt placita, & noſtrę ſaluti ſunt vtilia: quatenus poſt huius ſęculi caliginoſa diſcrimina, ad lucem indeficientem peruenire mereamur. Per te Chriſte Ieſu ſaluator mundi, qui in Trinitate perfecta viuis & regnas, deus per omnia ſæcula ſęculorum. ℞. Amen. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus, qui per Moyſen famulum tuū puriſſimum olei liquorem, ad luminaria ante cōſpectum tuum iugiter concinnanda pręparari iuſſiſti: bene ✠ dictionis tuæ gratiā ſuper hos cereos benignus infunde: quatenus ſic adminiſtrent lumē exterius, vt te donante lumen ſpiritus tui noſtris non deſit mentibus interius. Per dominum. in vnitate eiuſdem. ℞. Amen. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte: qui hodierna die ī noſtrę carnis ſubſtātia inter homines apparēs, à parētibus in tēplo es pręſentatus: quē Simeō venerabilis ſenex, lumine Spūs tui irradiatus, agnouit, ſuſcepit, & benedixit: pręſta propitius: vt eiuſdē Spiritꝰ ſancti gratia illuminati, atq; edocti, te veraciter agnoſcamus, & fideliter diligamus: Qui viuis &c. ī vnitate eiuſdē ſpirit. &c. ℞. Amē.

¶ Completa bene dictione, celebrās aſpergit candelas aqua benedicta, & adolet incenſo: deinde dignior ex clero accedit ad altare, & ab eo celebrans accipit candelam accenſam non genuflectens, nec oſculans

manum altius. Poſtea celebrans diſtribuit candelas accenſas: ptimum digniori à quo ipſe acceperat: deinde Diacono & Subdiacono paratis & aliis per ordinē, omnibus genuflectentibus & manum celebrantis oſculantibus, exceptis prælatis, vbi aderunt. Et cum inceperit diſtribuere, à Choro cantatur Antipho. Lumen ad reuelationem gentiū: & gloriam plebis tuę Iſrael. Canticum. Nūc dimittis. Ita quod poſt quemlibet verſum Cantici, & poſt Gloria. & Sicut erat. repetatur tota añ. Lumē. His expletis cātat Aña.

Pſal. 43. Exurge domine, adiuua nos: & libera nos propter nomen tuū. Pſal. Deus aurib⁹ noſtris audiuimus: patres noſtri annūciauerūt nobis. ℣. Gloria pa. Iterū repetitur Exurge domine. Deinde dicat ſacerdotes. Oremus. Et diaconus. Flectamus genua. ℟. Leuate. ſi tamen infra Septuageſimā euenerit. Oratio.

Exaudi, qs domine, plebē tuā: & quæ extrinſec⁹ annua tribuis deuotione venerari, interius aſſequi gratię tuę luce concede. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amē.

Deinde fit proceſſio. Poſito in thuribulum incenſo per celebrantem præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde, deferens crucem medius inter duos Acoluthos cum candelabris accenſis, ſequitur clerus per ordinem, vltimo celebrans cum miniſtris, in paramentis violaceis omnes cum candelis accenſis, & interim cantātur antiphonæ ſequentes. Antiph.

Adorna thalamum tuum Sion: & ſuſcipe regem Chriſtum: amplectere Mariam, quæ eſt cæleſtis porta: ipſa enim portat regem gloriæ noui luminis: ſubſiſtit virgo, adducēs manibus filium, ante Luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas ſuas, prędicauit populis dominum eū eſſe vitę & mortis, & ſaluatorem mundi. Alia antiphona. Reſponſum accepit Simeon à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortē, niſi videret Chriſtū domini: & cū induceret puerū in templū, accepit eum in vlnas ſuas: & benedixit deū, & dixit. Nunc dimittis ſeruum tuū domine in pace. ℣. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo: ipſe accepit eum in vlnas ſuas. Et ingrediendo Eccleſiam, cantatur ℟. Obtulerūt pro eo, domino par turturū, aut duos pullos columbarum. Sicut ſcriptū eſt in lege domini. ℣. Poſtquā impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Ieruſalem: vt ſiſterent eū dño. Sicut ſcriptum. ℣. Gloria pa.

¶ Finita proceſſione celebrās & miniſtri depoſitis violaceis accipiunt paramenta alba pro miſſa.

¶ In feſto Purificationis beatę Mariæ. Introitus.

Suſcepimus deus miſericordiam tuā in medio templi tui, ſecūdū nomē tuum Deus, ita Pſal. 47.
& laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua. ps. Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte

ſancto eius. ℣. Gloria pa. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus,
maieſtatē tuam ſupplices ex-
oramus: vt, ſicut vnigenitus filius
tuus hodierna die cum noſtrę car-
nis ſubſtantia in templo eſt pręſen-
tatus, ita nos facias purificatis tibi
mentibus preſentari. Per eundem.

Lectio Malachię prophetę.

ca. 3. HAec dicit domin' deus. Ecce
ego mitto angelum meum: &
pręparabit viam ante faciē meam.
Et ſtatim veniet ad templū ſanctū
ſuum dominator, quē vos quęritis:
& angelus teſtamēti quē vos vultis.
Ecce venit dicit domin' exercituū.
Et quis poterit cogitare diē aduen-
tus eius? Et quis ſtabit ad videndū
eum? Ipſe enim quaſi ignis con-
flans, & quaſi herba fullonū. Et ſe-
debit cōflans & emundās argentū:
& purgabit filios Leui: & colabit
eos quaſi aurū, & quaſi argentū: &
erunt domino offerentes ſacrificia
in iuſtitia. Et placebit domino ſacri
ficium Iuda & Ieruſalem, ſicut dies
ſeculi, & ſicut anni antiqui. Dicit
Pſal. Dominus omnipotens. Grad. Su-
47. ſcepimus deus miſericordiam tuā
in medio templi tui: ſecundum no
men tuum, deus: ita & laus tua in
fines terrę. ℣. Sicut audiuimus, ita
& vidimus in ciuitate dei noſtri, in
monte ſancto eius. Alleluia, alle-
Luc luia. ℣. Senex puerū portabat, puer
2. autem ſenem regebat. Alleluia.
Sequens tractus dicitur, ſi hoc fe-
ſtum venerit poſt dominicam Se-
ptuageſimæ. Tractus. Nunc dimit
tis ſeruum tuum domine, ſecun-
dum verbum tuū, in pace. ℣. Quia
viderunt oculi mei ſalutare tuum.
℣. Quod paraſti ante faciē omniū
populorū. ℣. Lumen ad reuelatio-
nē gentiū, & gloriā plebis tuę Iſrl.

Seq. ſancti euang. ſm Lucam.



IN illo tēpo- ca. 2.
re: Poſtquā
īpleti ſunt dies
purgationis Ma
riæ, ſecundum
legem Moyſi: tu
lerunt Ieſum in
Ieruſalem, vt ſi-
ſterent eum do
mino, (ſicut ſcriptum eſt in lege
domini, Quia omne maſculinum
adaperiens vuluam, ſanctū dño vo-
cabitur.) Et vt darent hoſtiam, ſe-
cūdum quod dictū eſt in lege dñi,
par turturū, aut duos pullos colū-
barū. Et ecce, homo erat in Ieruſa-
lē, cui nomē Simeon: & homo iſte
iuſtus & timoratus, & expectans cō
ſolationē Iſrael: & Spiritus ſanctus
erat in eo. Et reſponſum acceperat
à Spiritu sācto, nō viſurū ſe mortē,
niſi prius videret Chriſtū dñi. Et ve
nit in ſpiritu in tēplū. Et cū induce
rent puerū Ieſum parētes eius, vt fa
cerēt ſecūdū cōſuetudinē legis pro
eo: & ipſe accepit eū in vlnas ſuas,
& benedixit deū, & dixit. Nunc di-
mittis ſeruū tuū dñe ſecundū ver-
bum tuum in pace. Quia viderunt
oculi mei, ſalutare tuum. Quod pa
raſti ante faciem omnium populo
rum. Lumen ad reuelationem gen
tiū, & gloriā plebis tuę Iſrael. dicit
Credo. Offer. Diffuſa eſt gratia in Pſal.
labiis tuis: ꝓpterea benedixit te de' 44.
in ęternū, & in ſęculū ſęculi. Secre.
EXaudi domine preces noſtras:
& vt digna ſint munera, quæ

Oculis tuæ maieſtatis offerimus ſub
ſidium nobis tuæ maieſtatis impen
luc. 2 de. Per do. Præfatio, de Natiui. Do-
mini. f. 236. Cõio. Reſponſum ac-
cepit Simeon à Spiritu ſancto, non
viſurum ſe mortẽ, niſi videret Chri
ſtum domini. Poſtcommunio.

QVæſumus dñe Deus noſter: vt
ſacroſancta myſteria, quæ pro
reparationis noſtrę munimine cõ-
tuliſti, intercedẽte beata Maria ſem
per virgine, & pręſens nobis reme-
die 3. dium eſſe facias, & futurum. Per d.

¶ Sancti Blaſij epiſcopi & martyris,
Miſſa. Sacerdotes Dei. vt in com-
die 5. muni vnius mar. pont. folio 457.

¶ In feſto ſanctæ Agathæ virginis, &
martyris. Introitus.

GAudeamus omnes in
Domino, diem feſtum
celebrãtes, ſub honore
beatę Agathę martyris:
de cuius paſſione gau-
Pſal. dent angeli, & collaudant filium
dei. Pſalmus. Eructauit cor meum
verbum bonum: dico ego ope-
ra mea regi. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui inter cætera potentię
tuæ miracula, etiam in ſexu
fragili victoriam martyrij contuli-
ſti: concede propitius: vt qui bea-
tæ Agathæ virginis & martyris tuæ
natalitia colimus, per eius ad te
exempla gradiamur. Per dominũ
noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuũ.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
1 li ad Corinthios.

FRatres: Videte vocationem ve-
ſtram: quia non multi ſapien-
tes ſecundum carnem, non multi
potentes: nõ multi nobiles: ſed quæ
ſtulta ſunt mundi elegit deus, vt cõ
fundat fortia: & ignobilia mundi,
& cõtẽptibilia elegit deus, & ea quę
non ſunt: vt ea quæ ſunt deſtrueret:
vt non glorietur omnis caro in cõ-
ſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis
in Chriſto Ieſu: qui factus eſt nobis
ſapientia, & iuſtitia, & ſanctifica-
tio, & redemptio: vt, quemadmo-
dum ſcriptum eſt, qui gloriatur, in
domino glorietur. Grad. Adiuua- Pſal.
bit eam deus vultu ſuo: deus in me 45.
dio eius nõ commouebitur. ℣. Flu
minis impetus lætificat ciuitatem
dei: ſanctificauit tabernaculũ ſuũ
altiſſimus. Alla, alla. ℣. Loquebar
de teſtimoniis tuis in conſpectu re-
gum, & non cõfundebar. Alleluia.
Poſt Septuageſimam. Tractus.
Qui ſeminat in lacrymis, in gau- Pſal.
dio metet. ℣. Euntes ibant & fle- 125.
bant, mittentes ſemina ſua. ℣. Ve-
nientes autem venient cum exulta-
tione, portantes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Matthæum.



IN illo tempo- c. 19.
re: Acceſſerũt
ad Ieſum Phari-
ſei, tentantes eũ,
& dicentes. Si li-
cet homini di-
mittere vxorem
ſuam ex quacũ-
que cauſa? Qui
reſpondens, ait eis. Nõ legiſtis: quia
qui fecit hominẽ ab initio, maſcu-
lum, & fęminam fecit eos? Et dixit.
Propter hoc, dimittet homo patrẽ
& matrem, & adhęrebit vxori ſuæ,
& erunt duo in carne vna. Itaq; iã
non ſunt duo, ſed vna caro. Quod
ergo deus coniunxit, homo non ſe-

paret. Dicũt illi. Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Dico aũt vobis: quia quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Dicũt ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, nõ expedit nubere. Qui dixit illis: Non oẽs capiũt verbum iſtud: ſed quibus datũ eſt. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hoĩbus: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorũ. Qui põt capere,

Pſal. 44. capiat. Offertoriũ. Afferẽtur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi. Secreta.

SVſcipe domine munera, quę in beatę Agathę virginis & martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per do. Communio. Qui me dignat⁹ eſt ab oĩ plaga curare, & mamillã meo pectori reſtituere: ipſum inuoco Deum viuum. Poſtcõio.

AVxilientur nobis dñe ſumpta myſteria: & intercedẽte beata Agatha virgine, & martyre tua, ſempiterna protectione cõfirment. Per.

Die 6. ¶Sãctæ Dorotheæ virg. & mar. miſſa. Me expectauerunt. in communi virg. & marty. folio 479.

Die 9. ¶Sãctæ Appolloniç virg. & m̃. Miſſa. Loquebar de teſtimoniis tuis. in cõi virg. & marty. fol. 478.

Die 14. ¶Sancti Valẽtini presbyteri & martyris. Miſſa. In virtute tua domine de cõmuni vnius mart. f. 458. præter orationẽ quę dr̃ vt intra. Orõ.

PRæſta, q̃s oĩps deus: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur. Per. Secreta.

OBlatis, q̃s domine, placare muneribus: & intercedente beato Valentino martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per. Poſtcõ.

SIt nobis domine reparatio mentis & corporis cœleſte myſteriũ: vt, cuius exequimur actionem, ſentiamus effectum. Per dominum.

¶Sanctorum martyrũ Fauſtini & Iouitæ miſſa. Salus autẽ Iuſtorũ. vt in communi plur. mart. fol. 466. Die 15.

¶Sãcti Simeonis epiſcopi & martyris miſſa. Statuit ei dominus de cõmuni vnius mart. pont. fol. 456. Die 18.

¶In Cathedra Antiochena ſancti Petri Apoſtoli, omnia dicantur ſicut in feſto Cathedræ Romanæ, vt ſuprà. folio 364. Die 22.

¶In vigilia ſancti Matthiæ, Miſſa. Ego autem ſicut oliua in communi Apoſtolorum. folio 455. Die 23. vel 24.
Si hęc vigilia venerit in Quadrageſima, fit de ea tantum commemora.

¶In feſto S. Matthiæ apl̃i. Introit⁹. Die 24. vel 25.
MIhi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Domine probaſti me, & cognouiſti me: Pſal. 138.
tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus cui beatum Matthiã apoſtolorum tuorum collegio ſo

ciaſti: tribue,q̄s: vt eius interuentio
ne,tuæ circa nos pietatis ſemper vi-
ſcera ſentiamus.Per dominum no.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

ca.1. IN diebus illis: Exurgens Petrus in
medio fratrum, dixit. (Erat autē
turba hominum ſimul ſere centū
viginti). Viri fratres,oportet imple-
ri ſcripturam quam prędixit Spiri-
tus ſanctus per os Dauid,de Iuda, q
fuit dux eorū qui cōprehenderunt
Ieſum: qui connumeratus erat in
nobis,& ſortitus eſt ſortē miniſte-
rij huius.Et hic quidem poſſedit a-
grum de mercede iniquitatis: & ſu
ſpenſus crepuit medius, & diffuſa
ſunt omnia viſcera eius. Et notum
factum eſt omnibus habitantibus
Ieruſalem: ita vt appellaretur ager
ille,lingua eorum Haceldema, hoc
eſt,ager ſanguinis. Scriptum eſt
enim in libro Pſalmorum.Fiat cō-
moratio eius deſerta: & non ſit q
habitet in ea, & epiſcopatum eius
accipiat alter. Oportet ergo ex his
viris qui nobiſcum ſunt congrega-
ti, in omni tempore quo intrauit
& exiuit inter nos dominus Ieſus,
incipiens à baptiſmate Ioannis vſ-
que ī diem qua aſſumptus eſt à no-
bis, teſtem reſurrectionis eius no-
biſcum fieri vnum ex iſtis. Et ſta-
tuerunt duos, Ioſeph qui vocaba-
tur Barſabas, qui cognominatus
eſt iuſtus: & Matthiam. Et oran-
tes dixerunt. Tu domine qui no-
ſti corda omnium, oſtende quem
elegeris ex his duobus vnum, ac-
cipere locum miniſterii huius &
apoſtolatus, de quo præuaricatus
eſt Iudas, vt abiret in locum ſuū.
Et dederunt ſortes eis: & cecidit
ſors ſuper Matthiam, & annume-
ratus eſt cum vndecim Apoſtolis.
Graduale. Nimis honorati ſunt Pſal. 138.
amici tui Deus: nimis conforta-
tus eſt principatus eorum. ℣. Dinu-
merabo eos: & ſuper arenam mul-
tiplicabūtur. Tractus. Deſiderium Pſal. 20.
animæ eius tribuiſti ei: & voluntate
labiorum eius non fraudaſti eum.
℣. Quoniam pręueniſti eum in be-
nedictionibus dulcedinis. ℣. Poſui
ſti in capite eiꝰ coronam de lapide
precioſo. Euangelium. Confiteor
tibi pater. de communi plur.mart.
infra.f. 469. dicitur Credo. Offert. Pſal. 44.
Conſtitues eos principes ſuper om
nem terram: memores erunt nomi
nis tui domine, in omni progenie
& generatione.

Secreta.

HOſtias tibi domine, quas no-
mini tuo ſacrandas offerimꝰ,
ſancti Matthię proſequatur oratio,
per quam nos expiari facias, & de-
fendi. Per dominum. Præfatio de
apoſtolis.fol.254. Cōio. Vos, qui Mat. 19.
ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſe-
des: iudicātes duodecim tribꝰ Iſrael.

Poſtcommunio.

PRæſta, queſumus, omnipotens
deus: vt ꝑ hęc ſancta quæ ſum-
pſimus, interueniente beato Mat-
thia apoſtolo tuo, veniā conſequa-
mur, & pacem. Per dominum no.

FESTA MARTII.

¶ In feſto Sancti Thomæ de Aqui- die 7.
no. Introitus.

IN medio eccleſiæ ape-
ruit os eiꝰ: & impleuit
eum dominus ſpiritu
ſapientiæ, & intelle-
ctus: ſtolam gloriæ in-

duit eum. Pſal. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui eccleſiam tuam beati Thomæ confeſſoris tui mira eruditione clarificas, & ſancta operatione fæcundas: da nobis, quæſumus; & quæ docuit, intellectu conſpicere, & quæ egit, imitatione cōplere. Per do. Secunda oratio de feria: tertia pro cōme. ſanctarū martyrū Perpetuæ, & Felicitatis. Oratio.

Da nobis, quæſumus domine, ſanctarum marty. Cum ſua ſecreta, & Poſtcōmunione, vt in cōi non virginū. fol. 483. Epiſt. Iuſtus cor ſuū tradet de cōi doctorū. f. 474. Grad.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſæculi. Euangelium. Vos eſtis
Eccl. 91. ſal terrę de eodē communi. f. 474.
Credo. Offertorium. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus, quæ in libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

SAncti Thomæ confeſſoris tui atque doctoris nobis domine pia nō deſit oratio: q̄ & munera noſtra conciliet, & tuā nobis indulgētiā ſemp̄ obtineat. Per do. Cōio.

Mat. 24. Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiā ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

VT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus Thomas confeſſor tuus, & doctor egregius quæſumus, precator accedat. Per do.

¶In feſto ſanctorum quadraginta martyrum. Introitus. Die 9.

CLamauerunt iuſti, & domin⁹ exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Pſal. Benedicā dn̄m in omni tēpore: ſemp̄ la⁹ eius in ore meo. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 33.

PRæſta, quæſum⁹, oīpotēs deus; vt q̄ glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per. Epiſt. Sancti per fidē de cōi plu. mar. fol. 468. Grad. Pſal. 132.

Ecce quam bonum, & quā iucundū, habitare fratres in vnū. ℣. ſicut vnguentum in capite: quod deſcēdit in barbā, barbā Aaron. Tract⁹

Pſal. 125. Qui ſeminānt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. ℣. Veniētes aūt veniēt cum exultatione, portātes manipulos ſuos. Euāgeliū.

Deſcendens Ieſus de monte de eodem communi. fol. 465. Offer. Lætamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta. Pſal. 31.

SAcrificijs præſentibus, quæſumus domine, intende placatus: vt, intercedentibus ſanctis martyribus tuis, & deuotioni noſtræ proficiant, & ſaluti. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū. Cōio.

Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, dicit dominus. Poſtcommunio.

QVæſumus omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per dominũ no.

¶ In feſto ſancti Gregorij Papę & confeſſ. & doctoris eccleſiæ. Introi.

Die 12.

Da. 3.

SAcerdotes dei benedicite dominũ: ſancti & humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate, & ſuper exaltate eũ in ſæcula. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus, q animę famuli tui Gregorij, æternæ beatitudinis prę mia contuliſti: concede propitius: vt qui peccatorum noſtrorum pōdere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per. Epiſt. Teſtificor coram deo. de communi doctorum. fol. 473. Graduale. Iurauit

Pſal. 109.

dominus, & non penitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinē Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Tractus. Beatus vir qui timet

Pſal. 111.

dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemē eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Euangelium. Vos eſtis ſal terre. de codē cōmuni. fol. 474. dicitur Credo. Offer. Veritas mea,

Pſal. 188.

& miſericordia mea cū ipſo: & in noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Secr.

ANnue nobis, quęſumus domine: vt interceſſione beati Gregorij hæc nobis proſit oblatio, quā immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum. Communio. Fidelis ſeruus & pru-

Mat. 24.

dens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tē pore tritici menſuram. Poſtcōio.

DEus, qui beatum Gregorium pontificem tuum ſanctorum tuorum meritis coęquaſti: concede propitius: vt qui commemorationis eius feſta recolim⁹, vitę quoque imitemur exempla. Per domi.

¶ In feſto S. Ioſeph cōfeſſ. Introit⁹.

IVſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabit: plātatus in domo domini, ī atriis dom⁹ dei noſtri. Die 19. Pſal. 91.

Ps. Bonum eſt cōfiteri domino: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri & filio. Oratio. Pſal. 20.

SAnctiſſimę genitricis tuæ ſpōſi, quæſum⁹ domine, meritis adiuuemur: vt, quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Qui viuis & regnas &c. Epiſtola. Dilectus deo. de communi Abba. folio 474. Grad. Domine preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite ei⁹ coronam de lapide precioſo. ℣. Vitā petiit à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum, in ſæculum ſęculi.

Pſal. 111.

Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculū ſæculi. Poſt paſcha. Allīa, allīa. ℣. Amauit eum dn̄s, & ornauit eū: ſtolā gloriæ induit eū. Allīa. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante dominum. Alleluia. Euang. Cū eſſet deſpon.

Pſal. 88. vt in vigil. Natiuit. Offert. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

DEbitū tibi domine, noſtrę reddimus ſeruitutis, ſuppliciter exorantes: vt ſuffragiis beati Ioſeph ſponſi genitricis filij tui Ieſu Chriſti domini noſtri, ī nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandam feſtiuitatem, laudis tibi hoſtias immolamus. Per eūdē. Cōio. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugē tuā: qđ enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Poſtcō.

Mat. 1.

ADeſto nobis, q̄s, miſericors de⁹: & intercedēte ꝓ nobis beato Ioſeph confeſſore tuo, tua circa nos propitius dona cuſtodi. Per do.

Die 21. ¶ In feſto S. Benedicti abba. Miſſa. Os iuſti. de cōi Abbatum. fol. 477.

¶ De feſtis duplic. & ſemidupli. quę veniunt à dn̄ica Palmarum vſq; ad octauam Paſchæ nihil fit: ſed poſt octauam celebrantur: & tunc in fine Introitus ante pſalmum dicuntur duo Alla. in fine Offertorij, & cōmunionis vnum Alleluia. Poſt epiſtolam non dicitur Graduale, ſed tantum Alleluia. dicuntur cum ſuis verſibus. Et hoc idem obſeruatur ī omnibus feſtis, quæ celebrantur inter Paſcha, & Penteco.

Die 25. ¶ In feſto Annūciationis beatę Mariæ virginis. Introitus.

Pſal 44.



VVltum tuum deprecabūtur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eā: proximæ eius adducentur tibi in lætitia, & exultatione. Pſal. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opa mea regi. ℣. Gloria. Orō.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero, verbū tuū, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam Dei genitricē credimus, eius apud te intercceſſionibus adiuuemur. Per eundem dominū noſtrū.

Lectio Iſaię prophetæ.

IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad Achaz, dicens, Pete tibi ſignum à domino deo tuo ī profundū inferni: ſiue ī excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petā, & nō tentabo dn̄m. Et dicit. Audite ergo domus Dauid. Nūquid parū vobis eſt, moleſtos eſſe hoībus: quia moleſti eſtis & deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipſe vobis ſignū. Ecce, virgo cōcipiet, & pariet filium: & vocabitur nomē eius Emanuel. Butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Grad. ca. 7.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternū. Pſal. 44.

℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eā: proximæ eius afferentur tibi. ℣. Adducentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

Poſt paſcha, dimiſſis graduali & tractu dicitur. Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria gratia plena, dn̄s tecū,

benedicta tu ĩ mulieribus. Alleluia. ℣. Virga Ieſſe floruit, virgo deum & hominem genuit: pacē deus red didit, in ſe reconcilians ima ſummis. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 1. IN illo tempore: Miſſus eſt angelus Gabriel à deo, in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ, cū audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce, concipies in vtero: & paries filium, & vocabis nomē eius Ieſum. Hic erit magnus: & filius altiſſimi vocabitur: & dabit illi dominus deus ſedē Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctū, vocabitur filiꝰ Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: & ipſa concepit filiū in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla do
Luc. 1. mini: fiat mihi ſecundum verbum tuum: dicitur Credo. Offert. Aue Maria gratia plena, dominus tecū: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mētibus noſtris, quęſumus domine, verę fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur: per eiuſdem ſalutiferæ reſurrectionis potentiam, ad æternā mereamur peruenire lætitiam. Per dominum. Pręfatio. Et te ĩ annunciatione. f. 252. Communio. Ecce
Iſa. 7. virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel.

Poſtcommunio.

GRatiam tuam, q̄s dn̄e, mentibus noſtris infunde: vt qui, angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius, & crucem, ad reſurrectionis gloriā perducamur. Per eūdem dominum noſtrum &c.

FESTA APRILIS.

¶In feſto ſancti Leonis Papæ & cōfeſſoris. Introitus. Die 11.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum, vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. Pſalmus. Memento domine Dauid: & oīs manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

EXaudi, quæſumꝰ dn̄e, preces noſtras, quas in beati Leonis confeſſoris tui atque pontificis ſolēnitate deferimus: & q tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per dominum. Epiſt. Ecce ſacerdos magnus. de cōmuni confeſſo.

Eccl. 44. feſſo. pont. fol.470. Graduale. Ec-
ce ſacerdos magnus, qui in diebus
ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuen-
tus ſimilis illi, qui conſeruaret legẽ
excelſi. Tract. Beatus vir, qui timet
dominum. de communi confeſſ.
pontif. fol. 474. Poſt paſcha. Allã,
allã. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum
ſecundum ordinem Melchiſedech.
Alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem
coronauit dominus, alleluia. Euan
gelium. Venit Ieſus in partes Cæſa
Pſal. 88. reę. vt ſup. in Cathe. f.343. Offert.
Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo
ſancto meo vnxi eum: manꝰ enim
mea auxiliabitur ei, & brachium
meum confortabit eum. Secreta.

SAncti Leonis confeſſoris tui at-
que pontificis, quæſumus domi
ne, annua ſolẽnitas pietati tuæ nos
reddat acceptos: vt, per hæc pię pla
cationis officia & illum beata retri
butio comitet᷑, & nobis gratiæ tuæ
Mat. 24. dona conciliet. Per do. Cõio. Bea-
tus ſeruus, quem cum venerit do-
minus, inuenerit vigilantem: amẽ
dico vobis, ſuper omnia bona ſua
conſtituet eum. Poſtcõmunio.

DEus fideliũ remunerator ani-
marum, præſta: vt, beati Leo-
nis confeſſoris tui atque pontificis,
cuius venerandam celebramus fe-
ſtiuitatem, precibus indulgentiam
conſequamur. Per dominum no.

Die 11. ¶Sanctorũ martyrum Tyburtij, Va
leriani, & Maximi, Si venerit ante
paſcha, & voluerit quis de eis miſ-
ſam celebrare, omnia dicantur de
communi plurimorum martyrũ
extra tempus paſchale. Si autem ve
nerit poſt paſcha, dicitur ſequens
miſſa. Quod & in ſimilibus ſer-
uatur. Introitus.

SAncti tui domine be-
nedicent te, gloriam re
gni tui dicent, alle- Pſal. 144.
luia, alleluia. p̄s. Exal-
tabo te deus meus rex,
& benedicam nomini tuo in ſæcu-
lum, & in ſcl̃m ſcl̃i. ℣. Gloria patri
& filio & ſpiritui ſancto. Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens
deus: vt, qui ſanctorum marty-
rum tuorum Tyburtij, Valeriani
& Maximi ſolẽnia colimus, eorum
etiã virtutes imitemur. Per domi.
Epiſtola. Stabũt iuſti. de cõi mart.
tempore paſchali. folio 457. Alle- Sap. 5.
luia, alleluia. ℣. Sancti tui dñe flo-
rebunt ſicut lilium: & ſicut odor
balſami erunt ante te: alleluia. ℣.
Precioſa in cõſpectu domini, mors Pſal. 115.
ſanctorũ eius, alleluia. Euang. Ego
ſum vitis vera. de eodem commu-
ni. fol. eod. Offertorium. Lętami- Pſal. 31.
ni ĩ domino, & exultate iuſti: & glo
riamini omnes recti corde, alle-
luia, alleluia. Secreta.

HAec hoſtia, quæſumus domi-
ne, quã in ſanctorum tuorum
natalitiis recenſentes offerimus, &
vincula noſtræ prauitatis abſoluat,
& tuæ nobis miſericordiæ dona cõ
ciliet. Per. Cõio. Gaudete iuſti ĩ do Pſal. 32.
mino, alleluia: rectos decet collau-
datio, alleluia. Poſtcõmunio.

SAcro munere ſatiati, ſupplices
te domine deprecamur: vt, qđ
debitę ſeruitutis celebramus offi-
cio, ſaluationis tuę ſentiamus aug-
mentum. Per dominum noſtrum.

¶Sancti Aniceti Papę & mart. Miſ- Die 17.
ſa de cõi vnius m̃. tẽpore paſch. cũ
orõne. Deus qui nos beati. f.457.

& Euangelio. Amen dico vobis, quia plorabitis. folio 463.

Die 22. ¶ In feſto ſanctorum martyrum & pontificum Sotheris & Caij, miſſa de cõmuni plurimorum martyrũ tempore paſchali, cum oratione. Beatorum martyrum tuorum pariterque põtificũ. fol.464. & Epiſt. Poſt hæc ego Ioannes. folio eod.

Die 23. ¶ In feſto S. Georgij mart. Introit⁹.

PRotexiſti me deus à cõuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia: alleluia.

Pſal. 63. p̃s. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, q nos beati Georgij martyris tui meritis & interceſſione lętificas: concede propitius: vt, qui tua per eũ beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ cõſequamur. Per dominum. Epiſt. Memor eſto. de communi vnius martyris extra tẽpus paſchale. fol.460. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatẽ tuam in eccleſia ſanctorum, allā. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput ei⁹ coronam de lapide precioſo, alleluia. Euangelium. Ego ſum vitis vera. de cõi tempore paſch. fol.462.

Pſal. 88. Offert. Cõfitebũtur cœli mirabilia tua dñe: & veritatẽ tuã in eccleſia ſanctorum, allā, allā. Secreta.

MVnera domine oblata ſanctifica: & intercedẽte btõ Georgio martyre tuo, nos per hæc à peccatorum noſtrorum maculis emũda. Per dominum. Cõmunio. Læ-

Pſal. 64. tabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo: & laudabuntur oẽs recti corde, alleluia, alleluia. Poſtcõio.

SVpplices te rogamus, omnipotens deus: vt, quos tuis reficis ſacramentis, intercedẽte beato Georgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignãter tribuas deſeruire. Per dominum noſtrum, &c.

¶ In feſto ſancti Marci euangeliſtæ. Introitus.

PRotexiſti me deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. p̃s. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe aĩam meã. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. Pſal. 64.

DEus, qui beatum Marcum euãgeliſtam tuum, euãgelicę p̃dicationis gratia ſublimaſti: tribue, quæſumus: eius nos ſemper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per dominum noſtrum &c.

Lectio Ezechielis prophetæ.

SImilitudo vultus quatuor animalium, facies hominis, & facies Leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem Bouis, à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Et facies eorum, & pennę eorum extentę deſuper. Duæ pennæ ſingulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Et vnumquodque eorũ coram facie ſua ambulabat. Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebãtur: nec reuertebãtur cum ambularẽt. Et ſimilitudo animalium, & aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum. Hęc erat viſio diſcurrẽs ca. 1.

in

in medio animaliū: ſplendor ignis,
& de igne ſulgur egrediens. Et ani-
malia ibant, & reuertebantur in ſi-
militudinem fulguris coruſcantis.
Pſal. 88. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebūtur
cœli mirabilia tua domine: etenim
veritatem tuam in eccleſia ſancto-
Pſal. 20. rum, Alleluia. ℣. Poſuiſti domine
ſuper caput eius coronam de lapi-
de precioſo. Alleluia.
Sequētia ſancti euang. ſm Lucam.



c.10. IN illo tēpore: Deſignauit dn̄s & alios ſeptuagintaduos: & miſit illos binos ante faciem ſuā ī omnē ciuitatem & locū, quo erat
ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis
quidem multa, operarij aūt pauci.
Rogate ergo dn̄m meſſis, vt mittat
operarios in meſſem ſuam. Ite, Ec-
ce, ego mitto vos ſicut agnos inter
lupos. Nolite portare ſacculū, neq;
peram, neque calceamēta, & nemi-
nem per viam ſalutaueritis. In quā-
cūque domum intraueritis, primū
dicite: Pax huic domui. Et, ſi ibi fue
rit filius pacis, requieſcet ſuper illū
pax veſtra: ſin autē, ad vos reuerte-
tur. In eadē aūt domo manete edē
tes & bibentes, quæ apud illos ſunt:
dignus eſt enim operarius mercede
ſua. Nolite tranſire de domo in do
mum. Et in quācūq; ciuitatē intra-
ueritis, & ſuſceperint vos: manduca
te quę apponuntur vobis, & curate
infirmos, qui ī illa ſunt: & dicite il
lis. Appropinquauit in vos regnum
Pſal. 88. dei, dicitur Credo. Offerto. Conſi-
tebuntur cœli mirabilia tua domi-
ne: & veritatē tuam in eccleſia ſan-
ctorum: alleluia, alleluia. Secreta.
BEati Marci euāgeliſtę tui ſolen-
nitate, tibi munera deferentes,
q̄s domine: vt ſicut illum prædica-
tio euangelica fecit glorioſum, ita
nos eius interceſſione, & verbo &
opere tibi reddat acceptos. Per do.
Præfatio de ap̄lis. fol. 254. Cōio. Lę
tabitur iuſtus in dn̄o, & ſperabit in
eo: & laudabūtur omnes recti cor-
de, alleluia, alleluia. Poſtcōio.
TRibuant nobis, q̄s dn̄e, conti-
nuū tua ſancta præſidiū: quo
beati Marci euangeliſtę tui precib⁹,
nos ab omnibus ſemper tueantur
aduerſis. Per do. ¶ In feſto SS. Cleti, Die 26.
& Marcellini pont. & mart. Miſſa.
Sancti tui domine benedicent te.
de cōi plur. m̄. tēpore paſch. f. 462.
cum oratione. Beatorum marty.
vt ibidem. ¶ Sācti vitalis martyris. Die 28.
Miſſa de communi vnius martyris
tēpore paſchali. folio 461. Oratio.
Præſta quæſumus omnipotens de⁹,
vt qui beati. folio 459.

FESTA MAII. die 1.

¶ In feſto ſanctorum apo[illegible]
Philippi, & Iacobi. In[illegible]
CLamauerunt ad te dn̄e ī
tempore afflictionis ſuę:
& tu de cœlo exaudiſti
eos, alleluia, alleluia.
Pſal. 32. Pſalm⁹. Exultate iuſti in
domino: rectos decet collaudatio.
℣. Gloria patri & filio.
DEus, q̄ nos annua ap̄lorū tuo-
rū Philippi & Iacobi ſolēnita-
te lętificas: p̄ſta q̄s: vt, quorū gaude-
m⁹ meritis, inſtruamur exēplis. Per.

Lectio libri Sapientiæ.

ca. 5. STabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: & qui abſtulerunt labores eorũ. Videntes turbabũtur timore horribili, & mirabũtur in ſubitatione inſperatę ſalutis, dicẽtes intra ſe, pœnitentiã agentes, & prę anguſtia ſpiritus gemẽtes. Hi ſunt quos aliqñ habuimns in deriſum, & in ſimilitudinẽ improperij. Nos inſenſati, vitã illorũ eſtimabamus inſaniã: & finem illorũ ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei: & inter ſanctos ſors illorũ eſt.

Pſal. 88. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



c. 14. IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Non turbetᷣ cor veſtrũ. Creditis in deũ: & in me credite. In domo patris mei, manſiones multę ſunt. Si quo minus, dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et, ſi abiero, & pręparauero vobis locũ, iterum veniã, & accipiam vos ad me ipſum: vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Dñe, neſcimus quo vadis: & quomodo poſſũmus viam ſcire? Dicit ei Ieſus. Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrẽ, niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrẽ meũ vtiq; cognouiſſetis: & amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eũ. Dicit ei Philippus. Dñe oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus. Tanto tẽpore vobiſcũ ſum: & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me: videt & patrẽ. Et quomodo tu dicis: oſtende nobis patrẽ? Nõ credis quia ego in patre: & pater in me eſt? Verba quę ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis quia ego in patre: & pater in me eſt? Alioquin ꝓpter opera ipſa credite. Amẽ amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio & ipſe faciet: & maiora horũ faciet: quia ego ad patrẽ vado. Et quodcũq; petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam. dr̃ Credo. Offer. Confitebũtur cęli mirabilia tua dñe: & veritatẽ tuã in eccleſia ſanctorũ, allꝉa, allꝉa. Secr. Pſal. 88.

MVnera dñe, quę pro apoſtolorum tuorũ Philippi, & Iacobi ſolẽnitate deferimus, propitiꝰ ſuſcipe: & mala omnia quę meremur auerte. Per. Pręfatio de apoſtolis. f. 354. Cõio. Tanto tẽpore vobiſcũ ſum: & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, alleluia: non credis quia ego in patre & pater in me eſt? Alleluia, alleluia. Poſtcommunio. Ioã. 14.

QVæſumus domine, ſalutaribꝰ repleti myſteriis: vt quorum ſolennia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & reg.

¶In feſto ſancti Athanaſij epiſcopi & confeſſoris. Introitus.

IN medio eccleſiæ aperuit os ei⁹, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus: ſtolā glorię induit eū, all'a, all'a. ps. Bonū eſt cōfiteri dn̄o: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria pa. Oratio.

EXaudi, q̄s dn̄e, preces noſtras: quas in beati Athanaſij cōfeſſoris tui atq; pōtificis ſolēnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ei⁹ intercedētib⁹ meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

ca. 4. FRatres: Non noſmetipſos prędicamus, ſed Ieſum Chriſtū dn̄m noſtrū: nos autē, ſeruos veſtros per Ieſum. Quoniā deus, qui dixit de tenebris lucē ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei, in facie Chriſti Ieſu. Habemus autē theſaurū iſtū in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei: & nō ex nobis. In omnibus tribulationē patimur, ſed nō anguſtiamur, aporiamur, ſed nō deſtituimur: perſecutionē patimur, ſed non derelinquimur: humiliamur, ſed non confundimur: deiicimur, ſed nō perimus; ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circūferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Sēper enim nos qui viuimus, ī mortē tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur ī carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autē in vobis. Habentes autē eundē ſpiritū fidei, ſicut ſcriptū eſt. Credidi, propter quod locutus ſum: & nos credim⁹, propter quod & loquimur: ſcientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum. Pſal. 109.

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinē Melchiſedech. Alleluia. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationē: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, alleluia. Iac. 1.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliā. ca. 5. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſrael: donec veniat filius hominis. Nō eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper Dominum ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo, ſicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerūt: quātomagis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autē nō poſſunt occidere. Sed potius timete eū, qui poteſt & animā & corpus perdere ī gehennā. dicitur Credo. Pſal. 88.

Offer. Inueni Dauid ſeruum meū: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meū cōfortabit eū, All'a. Secr.

SAncti Athanaſij confeſſoris tui atque pontificis, quęſumus Domine, annua ſolennitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hęc piæ

placationis officia, & illum beata
retributio comitetur, & nobis gra-
tię tuę dona conciliet. Per. Cōio.
Mat. 10. Quod dico vobis in tenebris, dici-
te in lumine, dicit dominꝰ: & quod
in aure auditis, prædicate ſuper te-
cta, Alleluia. Poſtcommunio.

DEus fidelium remunerator ani
marum, præſta: vt, beati Atha
naſij confeſſoris tui atque pontifi
cis, cuius venerandam celebramus
feſtiuitatem, precibus indulgentiā
conſequamur. Per dominum no.

die 3. ¶In feſto Inuētionis S.Crucis. Intr.

NOs autē gloriari opor-
tet in Cruce Domini
noſtri Ieſu Chriſti: in
quo eſt ſalus, vita, &
reſurrectio noſtra, per
quem ſaluati & liberati ſumus, Al
Pſal. 66. leluia, allā. ps̄ Deus miſereatur no
ſtri: & bn̄dicat nobis, illuminet vul
tum ſuum ſuper nos, & miſereatur
noſtri. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui in pręclara ſalutiferę
crucis Inuētione, paſſionis tuę
miracula ſuſcitaſti: concede: vt
vitalis ligni precio æternę vitę ſuf-
fragia cōſequamur. Qui viuis & reg.
Pro comme. ſanctorum martyrum
Alexandri, Euentij, Theoduli, atq;
Iuuenalis epiſcopi, & confeſ. Oro.

PRæſta, quęſumus oīpotēs deus:
vt, qui ſanctorum tuorū Alle-
xandri, Euentij, Theoduli, atque
Iuuenalis natalitia colimus: à cun-
ctis malis imminentibus, eorum in
terceſſionibus liberemur. Per do.
Lectio epiſtolę beati Pauli apoſto-
li ad Philippenſes.

ca. 2. FRatres: Hoc enī ſentite in vobis,
quod & in Chriſto Ieſu. Qui cū
in forma dei eſſet, non rapinam ar
bitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo. Sed
ſemetipſum exinaniuit formam ſer
ui accipiens, in ſimilitudinem ho-
minum factus, & habitu inuentus
vt homo. Humiliauit ſemetipſum,
factus obediens vſque ad mortem:
mortem autē crucis. Propter quod
& deus exaltauit illum, & donauit
illi nomen, quod eſt ſuper omne
nomē: vt in nomine Ieſu omne ge
nu flectatur: cęleſtiū, terreſtrium, &
infernorū: & omnis lingua cōfitea-
tur: quia dn̄s Ieſus Chriſtus in glo-
ria eſt dei patris. Allā, allā. ℣. Dici
te in gētibus: quia dn̄s regnauit à li
gno. Alleluia. ℣. Dulce lignum dul
ces clauos dulcia ferens pondera:
quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regē
cælorum, & dominum. Alleluia.
Seq. ſancti euangelij ſm̄ Ioannem.



IN illo tempo ca. 3.
re: Erat ho-
mo ex Phariſęis
Nicodemus no
mine princeps
Iudęorum. Hic
venit ad Ieſum
nocte, & dixit
ei. Rabbi, ſcimꝰ
quia à deo veniſti magiſter. Nemo
enī pōt hæc ſigna facere, quę tu fa-
cis, niſi fuerit deꝰ cū eo. Reſpondit
Ieſus, & dixit ei. Amē amē dico ti-
bi: niſi quis renatꝰ fuerit denuo, nō
pōt videre regnū dei. Dicit ad eum
Nicodemus. Quō poteſt homo na-
ſci, cū ſit ſenex? Nunquid poteſt in
ventrē matris ſuę iterato introire,
& renaſci? Rn̄dit Ieſus. Amē, amē
dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu ſancto, nō poteſt in

troire in regnum Dei. Quod natū eſt ex carne, caro eſt: & quod natū eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris, quia ego dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult, ſpirat: & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpōdit Nicodemus, & dixit ei. Quomodo poſſimt hæc fieri? Reſpondit Ieſus & dicit ei. Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi: quia quod ſcimus loquimur: & quod vidimus teſtamur: & teſtimonium noſtrum nō accipitis. Si terrena dixi vobis, & nō creditis: quomodo, ſi dixero vobis cęleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cęlum: niſi qui deſcendit de cęlo, filius hominis qui eſt in cęlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitam

Pſal. 117. ęternā. Credo. Offer. Dextera dñi fecit virtutē, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutē: non moriar, ſed viuam, & narrabo opera domini, alleluia. Secreta.

SAcrificium, domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorū nequitia: & per vexillum ſanctę Crucis filij tui, ad conterendas aduerſariorum inſidias, nos in tuæ protectionis ſecuritate conſtituat. Per eundem. Pro ſanctis. Secreta.

SVper has hoſtias, quæſumus domine, benedictio copioſa deſcēdat: quæ & ſanctificationem nobis clementer operetur, & de ſanctorū nos ſolennitate lętificet. Per domi.

Pręfatio de Cruce f. 241. Cōio. Per ſignū crucis, de inimicis noſtris libera nos deus noſter, Alla. Poſtco.

REpleti alimonia cęleſti, & ſpirituali poculo recreati quęſumus omnipotēs deus: vt ab hoſte maligno nos defendas: quos per lignū S. Crucis filij tui, armis iuſtitię, ꝑ ſalute mūdi triūphare iuſſiſti. Per eū.

Prro ſanctis. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus domine, deus noſter: vt, quorum exequimur cultum ſentiamus effectum. Per do.

¶ Sanctæ Monicę viduę. Introitus. Iie6.

COgnoui domine, quia ęquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas: à mādatis enim tuis timui. Alleluia, alleluia. Pſalmus Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio. Pſa 118

EXaudi nos de⁹ ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatę Monicę feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per. Epiſt. Viduas honora. de cōi nec virg. nec martyrum. fol 485. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Alleluia. ℣. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. Euangelium. Ibat Ieſus ī ciuitatē quæ vocatur Naim. vt habetur in dominica xv. poſt Pētecoſt. ſol. 337. Offertoriū. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, & in ſęculum ſęculi, alleluia. Secreta. Pſal. 44. Pſal. 44.

ACcepta tibi ſit quæſumus domine, ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis pceipiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliũ. Per do Cõio.
Pſal. eod. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te deus, deꝰ tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. Alleluia. Poſtcommunio.

SAtiaſti domine familiã tuã muneribus ſacris: eius, quæſumus, ſemper interuẽtione nos reſoue, cuius ſolennia celebramus. Per domi.

Die 6. ¶In feſto ſancti Ioannis ante portã Latinam. Introitus.

PRotexiſti me deus a cõuentu malignantium, alleluia: a multitudine operantium iniquitatẽ alleluia, alleluia pſ.
Pſal. 63. Exaudi deus orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus qui conſpicis quia nos vndique mala noſtra perturbãt, præſta, qs, vt beati Ioannis apoſtoli tui ĩterceſſio glĩoſa nos ꝓtegat. Per. Epiſto. Stabũt iuſti i̇ cõi marty. tempore paſchali. f.461. Alla, alla. ℣. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur, Alla. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliũ, & florebit in æternum ante dñm, alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mathæum.

c. 10. IN illo tẽpore: Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis adorans & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtrã in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meã, & ſiniſtram, nõ eſt meum dare vobis, ſed quibus paratũ à patre meo. dicitur Credo. Offert. Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: & Pſal. 88.
veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

MVneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſuſceptis: & cœleſtibus nos munda myſterijs, & clementer exaudi. Per. Pręfatio de apoſtolis. fol. 254. Cõio.
Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo: & laudabũtur omnes re- Pſal. 63.
cti corde: alleluia. Poſtcõmunio.

REfecti domine pane cæleſti: ad vitam, quæſumus, nutriamur ęternam. Per dominum noſtrum.

¶In Apparitione ſancti Michaelis Die 8.
fit officiũ ſicut in Dedicatione eiuſdem: ſed ꝑtermiſſo graduali, dicunt Alla cũ ſuis verſibus, vt ibi. f.440.

¶In feſto ſancti Gregorij Nazianze- Die 9.
ni epiſcopi & confeſſoris miſſa.
In medio eccleſiæ. de communi doct. fo.473 Epiſt Iuſtus cor ſuum. tradet. folio 474 & dicitur Credo.

Sanctorum Gordiani, & Epima- Di 11
chi martyrum. Introitus.

SAncti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent, Alleluia, alleluia pſalmus. Exaltabo te deus meus rex, & benedicã nomini tuo in ſęculum & in ſæculũ ſæculi. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, quęſumus oṕs deus:vt,qui beatorũ martyrũ tuorũ Gordiani & Epimachi ſolẽnia colim⁹, eorũ apud te ĩterceſſionib⁹ adiuuemur.Per. Epiſt. Poſt hæc ego Ioannes. de cõi martyrum tẽpe paſchali fol.463. Alleluia,alleluia. ℣.Sancti tui domine florebunt ſicut liliũ: & ſicut odor balſami erunt ante te alle. ℣.Precioſa ĩ conſpectu domini, mors ſanctorum eius. Allã. Euang. Ego ſum vitis & vos palmites.. de eodem cõi.fol.463. Offertor.
Pſal. 31. Lætamini in domino, & exultate iuſti:& gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

HOſtias tibi domine, beatorũ martyrum tuorum Gordiani, & Epimachi dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidiũ. Per.
Pſal. 33. Cõio. Gaudete iuſti in dño,allã:rectos decet collaudatio, allã. Poſtc.

QVęſumus omnipotens deus: vt,qui cæleſtia alimenta percepimus, intercedentib⁹ ſanctis tuis Gordiano & Epimacho,per hęc cõtra oĩa aduerſa muniamur. Per.

Die 12. ¶ Sanctorum Nerei, Archilei, atq; Pancratij marty. Introitus.

ECce oculi Domini ſuper timentes eum, ſperantes in miſericordia eius, alleluia: vt eripiat à morte aĩas eorum, quoniam adiutor & protector noſter eſt, alleluia, allelu.
Pſal. 32. Pſal. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. ℣.Gloria. Oratio.

SEmper nos domine,ſanctorum martyrum tuorum Nerei, Archilei, atque Pancratij foueat,quæſumus, beata ſolennitas: & tuo dignos reddat obſequio. Per. Epiſtola. Stabunt iuſti. de communi martyrum tempore paſcali. folio.471. Alleluia, alle. ℣.Hæc eſt vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt inclyta, tenens regna cæleſtia. Alleluia. ℣.Te martyrum candidatus laudat exercitus domine, Alleluia. Euang. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis. de eodem communi. fol. 463. Offert. Pſal. 32.
Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

SAnctorum martyrum tuorum, quæſumus domine, Nerei, Archilei, atque Pancratij, ſit tibi grata confeſſio, quæ & munera noſtra cõmendet: & tuam nobis indulgẽtiã ſemp imploret. Per. Cõio. Gaudete iuſti in dño, alleluia:rectos decet collaudatio, Allã. Poſtcõio.

QVæſumus domine: vt, beatorum martyrum tuorum Nerei, Archilei, atque Pancratij deprecationibus, ſacramenta quæ ſumpſimus, ad tuæ nobis proficiãt placationis augmentum. Per dominũ.

¶ Sancti Bonifacij mart. Miſſa. Protexiſti me deus. de communi temporis paſchalis. fol. 453. Oratio. Die 14.

DA, quæſumus, omnipotẽs deus: vt qui beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum noſtrum. Secreta.

MVneribus noſtris, quæſumus domine,precibuſq; ſuſceptis: & celeſtibus nos mũda myſteriis,

&

& clementer exaudi. Per. Poſtcõio.

RΕfecti, participatione muneris ſacri, quæſumus Domine: vt cuius exequimur cultum, intercedẽte beato Bonifacio martyre tuo, ſentiamus effectum. Per dominũ.

Die 19. ¶Sãctę Pudẽtianę virg. Miſſa. Dilexiſti iuſtitiã de cõi virginũ. f.481.

¶Si aliquod feſtum ex ſequentibus venerit tempore paſchali miſſa dicitur vt in communi temporis paſchalis. Si autem venerit poſt oct. Pẽtecoſten dicitur vt infra aſſignatur.

Die 25. Sancti Vrbani papę & mart. Intr.

SAcerdotes tui domine induant iuſtitiam, & ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruũ tuũ non auertas faciẽ Chriſti tui. Pſal. Memento domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius, ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Pſal. 131.

DA, quæſum⁹, omnipotẽs deus: vt, qui beati Vrbani martyris tui atque pontificis ſolennia colimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum noſtrũ. Epiſt. Benedictus deus. de cõmuni vnius mar. pont. folio 457. Grad.

Pſal. 88. Inueni Dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meũ confortabit eũ ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, all. ℣. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius, alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre. de cõi vnius confeſſo. pon. fo.470. Offerto. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

HAec hoſtia, quæſumus domine, emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſacrificet. Per domi. Communio. Fidelis ſeruus & prudens, quem cõſtituit dominus ſuper familiã ſuã: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, quæſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultũ, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

¶Sancti Eleutherij Papę, & mart. Miſſa. Statuit ei dominus. vt in cõmuni vnius marty. ponti. fol. 456. niſi venerit tempore paſchali.

¶Sancti Ioannis papę, & mart. Miſſa. Sacerdotes Dei. vt in communi vnius mart. pont. folio 457.

¶Sancti Felicis papæ & martyris, Miſſa. Statuit ei dominus. vt in cõi vnius mart. Pontificis. folio 456.

¶Sanctæ Petronillæ virginis. Miſſa. Vultum tuum. de communi virgin. non martyrum. folio 482.

FESTA IVNII.

¶Sanctorum mar. Marcellini, Petri, atque Eraſmi. Introitus.

CLamauerunt iuſti, & domin⁹ exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Pſalm⁹. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Marcellini, Petri, atque Eraſmi ſolennita-

te lætificas: pręſta quęſumus: vt quo-
rũ gaudemus meritis, prouocemur
exemplis. Per. Epiſt. Non ſunt con
dignæ. de cõi plurimorum marty
Pſal. 33. rum fol. 467. Graduale. Clamaue-
runt iuſti, & dñs exaudiuit eos: &
ex omnibus tribulationibus eorũ li
berauit eos. ℣. Iuxta eſt dñs his, qui
tribulato ſunt corde, & humiles ſpi
Ioã. 15. ritu ſaluabit. Alleluia, alleluia. ℣.
Ego vos elegi de mundo, vt eatis, &
fructum afferatis, & fructus veſter
maneat, alleluia. Euang. Cum au-
dieritis prælia. de eodem cõi f. 464.
Pſal. 31. Offertorium. Lætamini in domi-
no, & exultate iuſti, & gloriamini
omnes recti corde. Secreta.

HAec hoſtia, quęſumus domi-
ne, quã in ſanctorum marty-
rum tuorum natalitiis recenſentes
offerimus, & vincula noſtrę praui-
Sa. 3. tatis abſoluat, & tuę nobis miſeri-
cordiæ dona conciliet. Per. Cõio.
Iuſtorum animę ĩ manu Dei ſunt,
& non tanget illos tormentũ mali-
tiæ: viſi ſunt oculis inſipientiũ mo-
ri, illi aũt ſunt in pace. Poſtcõio.

SAcro munere ſatiati ſupplices
te domine deprecamur: vt qꝫ de
bitę ſeruitutis celebramus officio,
ſaluationis tuæ ſentiamus augmẽ-
tum. Per domi. ¶ Sanctorũ mar
die 9. tyrum Primi, & Feliciani. Introit⁹.

SApiẽtiam ſanctorũ nar-
rent populi, & laudes eo
rum nũciet eccleſia: no-
mina autem eorum vi-
uent in ſæculum ſæculi.
Pſal. 32. Pſalmus. Exultate iuſti in domino:
rectos decet collaudatio. ℣. Gloria
patri & filio. Oratio.

FAc nos, quęſum⁹ dñe, ſanctorũ
martyrũ tuorũ Primi & Feliciani
ſemper feſta ſectari: quorum ſuffra
giis protectionis tuę dona ſentia-
mus. Per. Epiſt. Iuſti autem in per-
petuum viuent. de communi pluri
morum martyrum. fol. 465. Grad. Pſal. 88.
Confitebuntur cœli mirabilia tua
domine: & veritatem tuam ĩ eccle-
ſia ſanctorũ. ℣. Miſericordias tuas
domine in æternum cantabo, in ge
neratione, & progenie. Alleluia, al
leluia. ℣. Hæc eſt vera fraternitas,
quæ vicit mundi crimina: Chriſtũ
ſecuta eſt, inclyta tenens regna cœ-
leſtia, Alleluia. Euang. Confiteor ti
bi pater. de eodẽ cõi f. 469. Offert.
Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Pſal. 67.
Iſrael ipſe dabit virtutem, & fortitu
dinem plebi ſuæ: benedictus De⁹,
Alleluia. Secreta.

FIat tibi, quæſumus domine, ho
ſtia ſacranda placabilis, precioſi ce-
lebritate martyrij: quę & peccata
noſtra purificet, & tuorum tibi vo-
ta conciliet famulorum. Per. Cõio.
Ego vos elegi de mundo, vt eatis, Ioã. 15.
& fructum afferatis, & fructus ve-
ſter maneat. Poſtcommunio.

QVęſumus, omnipotens deus:
vt ſanctorum martyrum tuo-
rum Primi & Feliciani cœleſtibus
myſteriis celebrata ſolẽnitas, indul-
gentiam nobis tuæ propitiationis
acquirat. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Barnabę apo- Die 11.
ſtoli. Introitus.

MIhi autem nimis hono-
rati ſunt amici tui de⁹:
nimis cõfortat⁹ eſt prin
cipatus eorum. Ps. Do- Pſal.
mine pbaſti me, & co-
gnouiſti me: tu cognouiſti ſeſſio-

nem meam, & reſurrectionẽ meã.
℣· Gloria patri & filio. Oratio.
DEus, q̃ nos beati Barnabæ apo-
ſtoli tui meritis, & interceſſio-
ne lætificas, cõcede propitius: vt qui
tua p̃ eũ beneficia poſcimus, dono
tuę gratię cõſequamur. Per dom.
Lectio Actuum Apoſtolorum.
c. 11. IN diebus illis. Multus numerus
credentium Antiochię conuer-
ſus eſt ad dominum. Peruenit autẽ
ſermo ad aures eccleſiæ, q̃ erat Iero
ſolymis, ſuper iſtis: & miſerũt Bar-
nabã vſq; ad Antiochiam. Qui cũ
perueniſſet, & vidiſſet gratiam dei:
gauiſus eſt. Et hortabatur oẽs in ꝓ-
poſito cordis manere in dño: quia
erat vir bonus, & plenus Spiritu ſan
cto, & fide. Et appoſita eſt multa
turba dño. Profectus eſt aũt Thar-
ſum, vt quęreret Saulũ: quẽ cũ inue
niſſet, ꝑduxit Antiochiam. Et annũ
totũ conuerſati ſunt ibi in eccleſia,
& docuerunt turbã multã: ita vt co
gnominarentur primũ Antiochiæ
diſcipuli Chriſtiani. Erant aũt in ec
cleſia, quę erat Antiochię, prophe-
tę, & doctores, in quibus Barnabas,
& Simon, qui vocabatur Niger, &
Lucius Cyrenenſis, & Manahẽ, qui
erat Herodis tetrarchæ collactaneꝰ,
& Saulus. Miniſtrantibus autẽ illis
domino, & ieiunantibus: dixit illis
Spiritus ſanctꝰ. Segregate mihi Pau-
lum & Barnabam ĩ opus, ad quod
aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes & o-
rantes, imponenteſque eis manus,
dimiſerunt illos. Grad. In omnem
terram exiuit ſonus eorum, & in fi-
nes orbis terrę verba eorum. ℣. Cę
li enarrant gloriã dei: & opera ma-
nuum eius annunciat firmamẽtũ.

Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi Ioã.
de mundo: vt eatis, & fructum af- 15.
feratis: & fructus veſter maneat, al-
leluia. Euangelium ſecundum Ioã.
Hoc eſt preceptum meũ. vt in cõ-
muni Apoſtolorum. f.456. dicitur
Credo. Offert. Conſtitues eos prin Pſal.
cipes ſuper omnẽ terram: memo- 44.
res erunt nominis tui domine, ĩ oĩ
progenie, & generatione. Secreta.
MVnera domine oblata ſancti
fica: & intercedẽte beato Bar
naba apoſtolo tuo, nos per hæc à
peccatorum noſtrorum maculis e-
munda. Per dominũ. Præfatio de
apoſtolis. fol. 254. Cõmunio. Vos Mat.
qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper 19.
ſedes: iudicantes duodecim tribus
Iſrael. Poſtcommunio.
SVpplices te rogamus omnipo-
tens Deus: vt, quos tuis reficis
ſacramentis, intercedẽte beato Bar-
naba Apoſtolo tuo, tibi etiam pla-
citis moribus dignanter tribuas de
ſeruire. Per dominum noſtrum.
¶ Sanctorũ mart. Baſilidis, Cyrini, Die
Naboris, & Nazarij. Introitus. 12.
INtret in conſpectu tuo
domine gemitus cõpedi
torum, redde vicinis no-
ſtris ſeptuplum ĩ ſinu eo
rum: vindica ſanguinẽ
ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt.
Ps. Deus venerunt gentes in hęredi- Pſal.
tatẽ tuam, polluerunt templũ ſan- 78.
ctum tuum, poſuerunt Ieruſalem
ĩ pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria
patri & filio. Oratio.
SAnctorum martyrum tuorum
Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque
Nazarij, quæſumus domine, natali-
tia nobis votiua reſplendeant: &

quod illis contulit excellentia ſem-
piterna, fructibus noſtræ deuotio-
nis accreſcat. Per dominum Epiſt.
Rememoramini priſtinos dies. de
cōi plurimorum marty. fol.466.
Pſal. 78. Grad. Vindica domine ſanguinē
ſanctorum tuorū, qui effuſus eſt, ℣.
Poſuerunt mortalia ſeruorum tuo
rū eſcas volatilibus cœli, carnes ſan
ctorum tuorum beſtiis terræ. Alle
luia, alleluia. ℣. Corpora ſanctorū
in pace ſepulta ſunt, & nomina eo-
rum viuent in generatione, & gene
rationē. Alľa. Euang. Sedente Ieſu
Pſal. 149. ſuper montem Oliueti. de eodem
cōi. fol. eodem. Offert. Exultabūt
ſancti in gloria, lætabuntur in cubi
libus ſuis, exaltationes dei in fauci-
bus eorum. Secreta.

PRo ſanctorum tuorum Baſili-
dis, Cyrini, Naboris, atq; Naza-
rij ſanguine venerando, hoſtias ti-
bi dn̄e ſolenniter immolamus, tua
mirabilia pertractātes: per quē talis
eſt perfecta victoria. Per. Cōio. Po-
Pſal. 78. ſuerūt mortalia ſeruorū tuorū do-
mine, eſcas volatilibus cœli, carnes
ſanctorū tuorū beſtiis terræ: ſ̄m ma
gnitudinē brachij tui poſſide filios
morte punitorum. Poſtcōmunio.

SEmper dn̄e ſanctorū martyrum
tuorū Baſilidis, Cyrini, Naboris,
atq; Nazarij ſolennia celebrantes,
præſta quæſumus: vt, eorū patroci-
nia iugiter ſentiamus. Per dominū.

Die 14. ¶ In feſto ſancti Baſilij epiſcopi, &
confeſſoris. Introitus.

IN medio eccleſiæ ape-
ruit os eius, & impleuit
eum dominus ſpiritu ſa-
pientiæ, & intellectus: ſto-
Pſal. 91. lam gloriæ induit eum. p̄s. Bonum
eſt confiteri domino, & pſallere no
mini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri,
& filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

EXaudi, q̄s, Domine preces no-
ſtras, quas in Beati Baſilij cōfeſ-
ſoris tui atq; pontificis ſolénnitate
deferimus: & qui tibi digne meruit
famulari, eius intercedentibus me-
ritis, ab omnib⁹ nos abſolue pecca-
tis. Per. Epiſt. Teſtificor coram. de Pſal.
cōmuni doctorū. f.473. Grad. Os 30.
iuſti meditabitur ſapientiam: & lin
gua ei⁹ loquetur iudicium. ℣. Lex
dei eius in corde ipſius: & non ſup-
plantabuntur greſſus eius. Alľa, al-
leluia. ℣. Inueni Dauid ſeruū meū,
oleo ſancto meo vnxi eum. Alľa,
Euang. Si quis venit ad me. de cō-
muni mar. pontifi. infra, fol. 457.
dicitur Credo. Offertoriū. Veritas Pſal. 88.
mea, & miſericordia mea cū ipſo:
& in nomine meo exaltabitur cor-
nu eius. Secreta.

SAncti Baſilij confeſſoris tui atq;
pontificis, quæſumus domine, an-
nua ſolennitas pietati tuæ nos red-
dat acceptos: vt, per hæc piæ pla-
cationis officia, & illum beata re-
tributio comitetur, & nobis gratiæ
tuæ dona conciliet. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum filium Mat.
tuum. Qui tecum. Communio. Fi 24.
delis ſeruus & prudens, quē conſti-
tuit dominus ſuper familiam ſuā:
vt det illis in tēpore tritici mēſurā.

Poſtcommunio.

DEus fidelium remunerator ani
marum, præſta: vt beati Baſilij
confeſſoris tui atque pontificis, cu-
ius venerandam celebramus feſtiui
tatem, precibus indulgentiam con-
ſequamur. Per dominum noſtrū.

Die ¶ Sanctorum martyrum Viti, Mo-
15. deſti, atque Creſcentiæ. Introitus.
MVltæ tribulationes iuſto-
rum: & de his omnibus
liberauit eos domin⁹: do
minus cuſtodit oĩa oſſa
eorum: vnum ex his non contere-
Pſal. tur. Ps. Benedicam dominũ in om
33. ni tempore: ſemper laus eius in ore
meo. ℣. Gloria patri. Oratio.
DA eccleſię tuæ, quęſumus do-
mine, ſanctis martyribus tuis
Vito, Modeſto, atque Creſcentia in
tercedentibus, ſuperbe non ſapere:
ſed tibi placita humilitate profice-
re, vt proterua deſpiciens, quæcũq;
matura ſunt, libera exerceat carita-
te. Per dominum. Epiſt. Iuſtificati
Pſal. ex fide. de cõmuni plur. mar. f. 467.
149. Grad. Exultabunt ſancti in gloria:
lętabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cã
tate dño canticum nouũ: laus eius
in eccleſia ſanctorũ. Alľa, alľa. ℣.
Sãcti tui domine benedicent te: glo
riam regni tui dicent. Alľa. Euang.
Pſal. Qui vos audit. de codẽ cõi. f. 469.
67. Offerto. Mirabilis deus in ſanctis
ſuis: Deus Iſrael ipſe dabit virtutẽ,
& fortitudinem plebi ſuę: benedi-
ctus deus. Secreta.
SIcut gloriam diuinæ potentiæ
munera pro ſanctis oblata teſtã
tur: ſic nobis effectum domine tuę
Sa. 3. ſaluationis impendant. Per. Cõio.
Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt:
& non tanget illos tormẽtũ mali-
tię: viſi ſunt oculis inſipiẽtium mo
ri: illi aũt ſunt in pace. Poſtcõio.
REfecti, domine, benedictione
ſolenni, quęſumus: vt per inter
ceſſionem ſanctorũ martyrũ tuo-
rũ Viti, Modeſti, & Creſcentiæ, me-
dicina ſacramenti, & corporib⁹ no-
ſtris proſit, & mentibus. Per domi.
¶ Sanctorum martyrum Marci & Die
Marcellini. Introitus. 18.
SAlus iuſtorum à do-
mino: & protector eo
rum eſt in tempore tri
bulationis. Ps. Noli æ-
mulari in malignanti
bus: neque zelaueris facientes iniq
tatẽ. ℣. Gloria patri. Oratio.
PRęſta, q̃s, op̃s deus: vt qui ſancto
rum martyrum tuorum Mar-
ci, & Marcelliani natalitia colim⁹: à
cunctis malis imminentibus, eorũ
interceſſionibus liberemur. Per do.
Epiſtola. Iuſtorum animę. de cõi Sap.
plurim. mart. ſol. 464. Grad. Iuſto- 3.
rum aĩæ in manu dei ſunt, & non
tãget illos tormẽtũ malitiæ. ℣. Viſi
ſunt oculis inſipientium mori: illi
aũt ſunt in pace: Alľa, alľa. ℣. Hæc
eſt vera fraternitas, quæ nunquam
potuit violari certamine: qui effu-
ſo ſanguine ſecuti ſunt dñm, Alľa.
Euang. Vę vobis qui ædificatis. de Pſal.
codẽ cõi. fol. 469. Offert. Aĩa nr̃a 126.
ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo ve
nantium: laqueus contritus eſt, &
nos liberati ſumus. Secreta.
MVnera tibi dñe dicata ſancti-
fica: & intercedentibus ſan-
ctis martyribus tuis Marco & Mar-
celliano, per eadem nos placatus in
tẽde. Per. Cõio Amen dico vobis: Mat.
quod vos qui reliquiſtis oĩa, & ſe- 19.
cuti eſtis me: centuplũ accipietis, &
vitã æternã poſſidebitis. Poſtcõio.
SAlutaris tui domine munere ſa
tiati, ſupplices exoram⁹: vt quo-
rum lætamur guſtu, renouemur ef
fectu. Per dominum noſtrum &c.

Die 19. ¶ Sanctorum martyrum Geruaſij & Prothaſij. Introitus.

Da. 3. LOquetur dominus pacē ī plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos: & in eos q̄ cōuertuntur ad ipſum.
Pſal. 84. p̄s. Benediſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatē Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio

DEus qui nos annua ſanctorū martyrum tuorum Geruaſij & Protaſij ſolennitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemꝰ meritis, accēdamur exēplis. Per. Epiſt. Communicantes Chriſti paſſionibus. fol. 461. de cōmuni vnius mart.
Exo. 15. Grad. Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua Domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos.
Pſal. 31. Alleluia, alľa. ℣. Hæc eſt vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Chriſtū ſecuta eſt, inclyta tenens regna cœleſtia: alleluia. Euangc. Deſcendens Ieſus de monte. de cōmuni plur. mar. fol. 465. Offert. Lętamini in dn̄o, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

OBlatis, queſumus domine, placare muneribus: & intercedētibus ſanctis tuis, à cūctis nos defen de periculis. Per. Communio.
Pſal. 78. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorū domine, eſcas volatilibus cœli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ: ſecūdum magnitudinē brachij tui poſſide filios morte punitorū.

Poſtcommunio.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedētibus ſanctis martyribus tuis Geruaſio & Protaſio, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

¶ Sancti Siluerij papæ & martyris. Introitus. Die 20.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ī æternū. p̄s. Memēto domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

INfirmitatē noſtram reſpice omnipotens deus: & quia pondus ꝓprię actionis grauat: beati Syluerij martyris tui atque pontificis interceſſio glorioſa nos ꝓtegat. Per do.

Lectio ep̄læ beati Iudæ apoſtoli.

CAriſſimi: Memores eſtote verborum quę prędicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti: qui dicebant vobis. Quoniam in nouiſſimis tēporibus venient illuſores, ſecūdum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem cariſſimi, ſuperędificantes voſmetipſos ſanctiſſimę noſtræ fidei, & in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione dei ſeruate, expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam ęternam.
Graduale. Inueni Dauid ſeruum meū, oleo ſancto meo vnxi eū: manus enī mea auxiliabitur ei, & brachium meum cōfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alľa. ℣. Tu es ſacerdos ī ęternum ſm̄ ordinem Melchiſedech. Alľa. Euang. Si quis venit ad me. de cōmuni vnius marty. pōt. f. 467. Pſal. 88. Pſal. 109.

Pſal. 88. Offerto. V eritas mea, & miſericordia mea cū ipſo:& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

H Oſtias tibi domine, beati Silverij martyris tui,atq; pontificis dicatas meritis benign⁹ aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum.

Pſal. 88. Cōio. S emel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in ęternum manebit:& ſedes eius ſicut ſol ī cōſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis. Poſtcōio.

R Efecti participatione muneris ſacri,q̄s domine de⁹ noſter: vt cuius exequimur cultum, ſentiam⁹ effectum. Per dominum noſtrum.

Die 22. ¶S. Paulini epi,& confeſſoris. Intr.

S Tatuit ei dn̄s teſtamētum pacis:& principē fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. Pſal. Memento dn̄e Dauid: & oīs manſuetudinis eius.℣. Gloria patri. Pſal. 131. Oratio.

D A,quæſumus ops deus: vt beati Paulini confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per dominum noſtrum &c.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2.c.8 F Ratres: Scitis gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti: quoniam propter vos egenus factus eſt,cum eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis.Et conſilium in hoc do. Hoc enī vobis vtile eſt:qui nō ſolū facere,ſed & velle cępiſtis ab anno priore.Nunc vero, & facto perficite, vt quemadmodū prōptus eſt animus volūtatis: ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis.Si enī volūtas prompta eſt: ſecundum id quod habet, accepta eſt: non ſecūdum id quod non habet.Non enim vt aliis ſit remiſſio,vobis autem tribulatio: ſed ex equalitate. In pręſenti tempore, veſtra abundantia, illorū inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum,vt fiat æqualitas,ſicut ſcriptū eſt: Qui multum non abūdauit:& qui modicum,non minorauit.Grad.E cce ſacerdos magnus, qui ī diebus ſuis placuit deo.℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi.A lleluia,alleluia.℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundū ordinem Melchiſedech. Alleluia.Euāg. N olite timere puſillus.de cōmuni cōfeſſ.non pont. f: 476.Offert. I nueni Dauid ſeruum meum; oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eum. Secreta. Eccl. 44. Pſal. 88.

S Ancti tui,q̄s dn̄e,nos vbique lætificent: vt,dum eorum merita recolim⁹,patrocinia ſentiamus.Per dn̄m.Cōio. F idelis ſeruus & prudens,quē conſtituit dn̄s ſuper familiam ſuā: vt det illis in tēpore tritici menſuram. Poſtcōmunio. Mat. 24.

P Ræſta,q̄s,ops deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes,intercedente beato Paulino cōfeſſore tuo atque pontifice beneficia potiora ſumamus.Per dn̄m no.

Die 20. ¶In vigilia S.Ioa. Baptiſt. Introitus.

N E timeas Zacharia: exaudita eſt oratio tua, & Eliſabeth vxor tua pariet tibi filium; & vocabis nomen eius Ioannem: & erit magnus

coram domino, & Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex vtero matris ſuæ:& multi in natiuitate eius gaudebunt. ps. Domine in virtute tua lætabitur rex,& ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter. ℣.Gloria patri & filio & ſpiritui ſan. Oratio.

PRæſta, quæſumus,omnipotens deus:vt familia tua per viã ſalutis incedat:& beati Ioannis præcurſoris hortamenta ſectando, ad eũ, quem prædixit, ſecura perueniat, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum vi.

Secunda oratio de Sancta Maria. Concede. tertia Eccleſiæ. vel pro papa. Deus omnium. folio 286.

Lectio Ieremię prophetę.

ca. 1. IN diebus illis. Factum eſt verbũ domini ad me, dicens. Priuſquã te formarem in vtero,noui te:& antequam exires de vulua, ſanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te.Et dixi,a,a,a,domine deus: ecce neſcio loqui,quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me.Noli dicere,puer ſum:quoniam ad omnia q̃ mittam te,ibis:& vniuerſa quæ mãdauero tibi,loqueris. Ne timeas à facie eorum:quia ego tecum ſum, vt eruam te,dicit dominus.Et miſit dominus manum ſuam, & tetigit os meũ:& dixit dominus ad me.Ecce,dedi verba mea in ore tuo:Ecce, conſtitui te hodie ſuper gẽtes,& ſuper regna:vt euellas, & deſtruas, & diſperdas,& diſſipes,& ædifices, & plãtes: Dicit dominus omnipotẽs.

Ioã. 1. Grad. Fuit homo miſſus à deo,cui nomen erat Ioannes. ℣.Hic venit vt teſtimonium perhiberet de lumine, parare domino plebẽ perfectã.

Initium ſancti euangelij, ſecundum Lucam.



FVit in diebus Herodis regis Iudęę, ſacerdos qdam nomine Zacharias de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron,& nomen illius Eliſabeth. Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationib' domini ſine querela: & nõ erat illi filius:eo quod Eliſabeth eſſet ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt aũt:cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuę ante deũ, ſecundũ conſuetudinẽ ſacerdotij, ſorte exiit vt incenſum poneret, ingreſſus in templum domini. Et oĩs multitudo populi erat orans foris hora incenſi. Apparuit aũt illi Angelus domini,ſtãs à dextris altaris incẽſi. Et Zacharias turbatus eſt, vidẽs: & timor irruit ſuper eũ. Ait aũt ad illũ Angelus.Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita eſt deprecatio tua. Et vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium:& vocabis nomẽ eius Ioãnẽ. Et erit tibi gaudium & exultatio:& multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enĩ magnus corã dño:vinũ, & ſicerã nõ bibet.Et Spiritu ſancto replebitur,adhuc ex vtero matris ſuę: & multos filiorũ Iſrael conuertet ad dñm deum ipſorũ.Et ipſe pręcedet ante illũ ĩ ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrũ in filios, & incredulos ad prudẽtiam iuſtorũ, ca. 1.

parare domino plebem perfectam.
Offer. Gloria & honore coronaſti
eum: & cõſtituiſti eum ſuper ope-
ra manuum tuarum domine. Secr.
MVnera domine oblata ſancti
fica: & intercedẽte beato Ioã
ne Baptiſta, nos per hęc à peccato-
noſtrorũ maculis emunda. Per do.
Pſ.20 Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalu
tari tuo, gloriã & magnum decorẽ
impones ſuper eum dñe. Poſtcõio.
BEati Ioannis Baptiſtę nos domi
ne præclara comitetur oratio:
& quem venturum eſſe prædixit,
poſcat nobis fore placatum domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum fi.
Die 24. ¶ In Natiui. S. Ioannis Bapt. Intr.
DE vẽtre matris meę vo-
cauit me dominus no-
mine meo: & poſuit
os meũ, vt gladiũ acu-
tum: & ſub tegumẽto
manus ſuæ protexit me: & poſuit
me quaſi ſagittam electam. Pſal.
Pſ.91 Bonum eſt confiteri domino, &
pſallere nomini tuo altiſſime. ℣.
Gloria patri, & filio. Oratio.
DEus, qui præſentem diem ho-
norabilem nobis in beati Ioã-
nis Natiuitate feciſti: da ppl'is tuis
ſpiritualium gratiam gaudiorum:
& omnium fidelium mentes dirige
in viam ſalutis ęternę. Per dominũ.
Lectio Iſaię prophetę.
c.49 HAec dicit dominus. Audite in
ſulę, & attendite populi de lõ
ge. Dominus ab vtero vocauit me:
de vẽtre matris meę, recordatus eſt
nominis mei. Et poſuit os meũ qua
ſi gladium acutũ. In vmbra manus
ſuę protexit me: & poſuit me quaſi
ſagittã electam. In pharetra ſua ab-
ſcondit me: & dixit mihi. Seruus
meus es tu Iſrael: quia in te gloria
bor. Et nunc hęc dicit dñs, formãs
me ex vtero ſeruũ ſibi. Dedi te in lu
cẽ gentiũ: vt ſis ſalus mea vſq; ad ex
tremũ terrę. Reges videbunt, & cõ-
ſurgent principes, & adorabũt do-
minũ deũ tuũ, & ſanctũ Iſrael, qui
elegit te. Grad. Priuſquã te forma- Ier.1
rẽ in vtero, noui te: & antequã exi-
res de vẽtre, ſanctificaui te. ℣. Miſit
dñs manũ ſuã, & tetigit os meũ: &
dixit mihi. Alľa, alľa. ℣. Tu puer ꝓ Lu.1
pheta altiſſimi vocaberis: præibis
ante dñm parare vias eius. Alleluia.
Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Lucam.



ELiſabet i- ca.1.
pletũ eſt
tẽpus pariẽdi
& peperit fi-
liũ. Et audie-
runt vicini &
cognati eius,
quia magnifi
cauit dñs miſericordiã ſuã cũ illa:
& cõgratulabãtur ei. Et factum eſt,
in die octauo venerũt circũcidere
puerũ: & vocabant eũ nomine pa-
tris ſui, Zachariã. Et reſpondẽs ma-
ter eius, dixit. Nequaquã, ſed voca-
bitur Ioãnes. Et dixerũt ad illũ: quia
nemo eſt in cognatione tua, qui vo
cetur hoc nomine. Innuebant aũt
patri eius, quẽ vellet vocari eum. Et
poſtulãs pugillarẽ, ſcripſit, dicẽs. Ioã
nes eſt nomen eius. Et mirati ſunt
vniuerſi. Apertũ eſt autẽ illico os
eius, & lingua ei⁹: & loquebatur, be
nedicens deũ. Et factus eſt timor ſu
per omnes vicinos eorũ: & ſup om
nia montana Iudęę diuulgabãtur

omnia verba hęc. Et poſuerũt oẽs qui audierant, in corde ſuo, dicẽtes. Quis putas, puer iſte erit? Etem manus dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu Sancto, & prophetauit, dicẽs, Benedictꝰ Dñs deus Iſrael: quia viſitauit & fecit redẽptionẽ plebis ſuę. nõ dicitur Credo: niſi venerit i dñica: aut infra octauam corporis Chriſti: vel in eccleſia propria: ſed in octaua dicitur, propter octauam apoſtolorũ.

Pſ.91 Offerto. Iuſtus, vt palma, florebit: ſicut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

Tua domine muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatẽ honore debito celebrantes: qui ſaluatorẽ mundi, & cecinit affuturum, & adeſſe monſtrauit, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ tuum. Qui tecum vi. Communio.

Lu.1 Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: pręibis enim ante faciem domini, parare vias eius. Poſtcõio.

Sumat eccleſia tua deꝰ beati Ioãnis Baptiſtæ generatione lætitiã: per quẽ ſuæ regenerationis cognouit auctorem dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui te.

Infra octauam ſancti Ioannis Baptiſtę, & in ipſo die octa. fit idẽ officiũ quod in die. Sed infra octauã, poſt orationẽ diei, dr̃ ſecũda Oratio de S. Maria. Concede. tertia cõtra perſecutores Eccleſiæ. vel pro Papa.

¶In feſto ſanctorum martyrũ Ioannis & Pauli. Introitus.

Multę tribulationes iuſtorum: & de his omnibus liberauit eos dominus: dominus cuſtodit omnia oſſa eorũ: vnum ex his nõ conteretur. Pſal. Benedicam Dominũ Pſ.33
in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria pa. Oratio.

Quæſumus, oĩps deus: vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat, quę de beatorũ martyrũ Ioãnis & Pauli glorificatione procedit: quos eadẽ fides & paſſio, vere fecit eſſe germanos. Per domi. Secunda oratio de ſancto Ioanne, tertia de ſancta Maria, Concede. Epiſtola. Hi ſunt viri miſericordię. vt in octaua apoſtolorum Petri &
Pauli. folio 409. Graduale. Ecce Pſal. 132
quam bonum, & quam iucundũ, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguẽtũ in capite, quod deſcẽdit in barbã barbã Aarõ. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Chriſtũ ſecuta eſt, inclyta tenens regna cęleſtia. Alleluia. Euangeliũ. Attendite à fermento phariſęorum. de communi plurimorum mart. fol. 469. Offer. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniã tu domine benedices iuſto: domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ, coronaſti nos. Secreta.

Hoſtias tibi, domine, ſanctorũ martyrum tuorum Ioãnis & Pauli dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominũ noſtrum. Cõio. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, deus tẽtauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos: & quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcõmunio.

Sumpſimus domine ſanctorum martyrum tuorum Ioannis &

Pauli ſolennia celebrantes ſacramē ta cæleſtia: pręſta q̄ſumus: vt, quod temporaliter gerimus, ęternis gaudiis conſequamur. Per dominum.

¶ Si ſequens feſtum ſancti Leonis venerit in dominica, trāſfertur poſt octauam apoſtolorum: & Miſſa dicitur de dominica cum cōmemoratione Sācti Ioānis: & vigilia Apoſtolorum fit in ſabbato: Quocunq; vero alio die venerit, fit de feſto cū commemoratione ſancti Ioannis, & vigiliæ. In eccleſiis autem collegiatis dicuntur duæ miſſæ: vna de feſto, cum commemorat. ſancti Ioannis, & ſanctæ Mariæ: alia de vigilia cum comm. S. Mariæ. Concede. & Eccleſiæ. vel pro Papa.

Die 28. ¶ In feſto S. Leonis Papæ & confeſſo. Miſſa. Sacerdotes tui. de communi folio 471. preter orationem quæ dicitur vt infrà. Oratio.

DEus, qui beatum Leonem pontificem tuum ſanctorum tuorum meritis coęquaſti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius feſta percolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per domi. Secreta.

ANnue nobis, quęſumus dn̄e: vt, interceſſione beati Leonis hæc nobis proſit oblatio: quā immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum. Poſtcommunio.

DEus, q animæ famuli tui Leonis æternæ beatitudinis præmia contuliſti: concede propitius: vt, qui peccatorum noſtrorum pōdere premimur, eius apud te precibus, ſubleuemur. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuū.

¶ In vigilia apoſtolorum Petri, & Pauli. Introitus. Die 28.

DIcit dominus Petro, cū eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum. Pſalmus. Cęli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Glīa patri, & filio, & ſpiritui ſancto. nō dicitur Gloria ī excelſis Deo. Orō. Pſal. 18.

PRæſta, quæſumus omnipotens deus: vt nullis nos permittas perturbationibꝰ cōcuti, quos ī apoſtolicæ confeſſionis petra ſolidaſti. Per. Secunda oratio de S. Maria Tertia Eccleſiæ. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuę, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Specioſa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in tēplum. Is cum vidiſſet Petrū & Ioānem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit. Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperās ſe aliquid accepturū ab eis. Petrus autē dixit. Argentū & aurum non eſt mihi: quod autē habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Et apprehenſa manu eius dextera, alleua- ca. 3.

uit eũ: & protinus cõſolidatę ſunt baſes eius, & plãtæ. Et exiliens ſtetit, & ambulabat, & intrauit cũ illis in templũ ambulans, & exiliens, & laudãs deum. Et vidit omnis populus eum ambulãtem, & laudantẽ deũ. Cognoſcebant autem illum, quoniam ipſe erat qui ad eleemoſynã ſedebat ad Specioſam portam templi: & repleti ſunt omnes ſtupore & extaſi, in eo quod contigerat illi.

Pſal. 18. Grad. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. ℣. Cęli enarrant gloriam dei: & manuum eius annunciat firmamentum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



c. 21. IN illo tempore: Dixit Ieſus Simoni Petro. Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioãnes diligis me? Ait illi, Etiã dñe, tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me: & dixit ei. Dñe tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amẽ, amẽ dico tibi: cũ eſſes iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cũ autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit ſignificãs qua morte eſſet clarificaturus deũ. Offer.

Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta. Pſal. 138.

MVnus populi tui, q̃s dñe, apoſtolica interceſſione ſanctifica: noſq; à peccatorũ noſtrorũ maculis emũda. Per. Cõio. Simõ Ioãnis diligis me plus his? Dñe, tu oĩa noſti: tu ſcis dñe, q͂a amo te. Poſtc. Ioã. 21.

QVos cęleſti dñe alimento ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per.

¶In feſto apoſtolorum Petri & Pauli. Introitus. Die 29.

NVnc ſcio vere, quia miſit Dominus angelum ſuum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebi Iudęorum. Pſal. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã, & reſurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 138.

DEus, qui hodiernam diẽ apoſtolorum tuorũ Petri & Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſiæ tuę, eorum in omnibus ſequi pręceptum: per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum no.

Et non fit commemorat. de ſancto Paulo, quia oratio eſt cõmunis: nec octaue Sancti Ioannis Baptiſtę.

Lectio Actuum Apoſtolorum. Act. 12.

IN diebus illis: Miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudęis, appoſuit vt apprehenderet & Petrum (Erant autem dies Azymorum.) Quẽ cũ apprehendiſſet, miſit in carcerem: tradẽs quatuor quaternionibus mi

litum cuſtodiendum : volens poſt paſcha producere eum populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio aũt fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. Cum autem producturus eũ eſſet Herodes, ĩ ipſa nocte erat Petr⁹ dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtiũ cuſtodiebant carcerẽ. Et ecce Angelus domini aſtitit: & lumẽ refulſit ĩ habitaculo. Percuſſoque latere Petri, excitauit eũ, dicens. Surge velociter. Et ceciderũt cathenę de manib⁹ ei⁹. Dixit autem angelus ad eũ. Pręcingere, & calceate caligas tuas. Et fecit ſic: & dixit illi. Circũda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eũ: & neſciebat, quia verum eſt quod fiebat per angelum. Exiſtimabat autẽ ſe viſum videre. Tranſeuntes autem primã, & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream, quę ducit ad ciuitatem: quæ vltro aperta eſt eis. Et exeuntes, proceſſerunt vicum vnũ: & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit. Nunc ſcio vere, quia miſit dominus angelum ſuum: & eripuit me de manu Herodis, & de oĩ expectatione plebis Iudæorum. Graduale. Conſti- Pſal. 44.
tues eos principes ſuper omnẽ terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi con- Mat. 16.
fitebũtur tibi. Alleluia, alla. ℣. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum. c. 16.

IN illo tẽpore: Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens. Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptiſtam: alij autem Eliam: alij vero Ieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei. Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam: & portę inferi nòn preualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Credo. Offert. Pſal. 44.
Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie, & generatione. Secreta.

HOſtias domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio: per quã nos expiari tribuas, & defendi. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti deus per omnia ſæcula ſæculorũ. Amẽ. Prefatio de apoſtolis. folio 254. & dicitur per totam octauam. Communio. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Poſtcommunio.

QVos cęleſti domine alimento ſatiaſti: apſtolicis interceſſionib⁹

ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Die 30.

¶ **In Commemoratione Sancti Pauli.** Introitus.

SCio, cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diẽ,
Pſal. 138. iuſtus iudex. Pſal. Domine ꝓbaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ meam, & reſurrectionẽ meã. ℣. Gloria. Oratio.

DEus qui multitudinem gẽtiũ, beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis, quęſumus: vt cuius natalitia colim⁹, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominum noſtrum Ieſum. Et fit commemo. de beato Petro. Oratio.

DEus, qui beato Petro apoſtolo tuo, collatis clauibus regni cæleſtis, animas ligandi, atque ſoluendi pontificium tradidiſti: concede: vt interceſſionis eius auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis. Deinde fit cõme. S. Ioan. præter quam in eccleſia propria ſancti Pauli. Oratio. Deus qui præſentem diem. fo. 400. Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

ca. 1. FRatres: Notum vobis facio euãgelium, quod euangelizatũ eſt à me, quia nõ eſt ſm hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti. Audiſtis enim conuerſationẽ meã aliquãdo in Iudaiſmo: quoniã ſupra modum perſequebar eccleſiam dei, & expugnabam illã: & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos, in genere meo: abundantius ęmulator exiſtẽs paternarum mearum traditionũ. Cum autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meę, & vocauit per gratiam ſuã, vt reuelaret filium ſuũ in me, vt euãgelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & ſanguini: Neque veni Ieroſolymã ad anteceſſores meos apoſtolos: ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. Deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam videre Petrum: & manſi apud eũ dieb⁹ quindecim. Aliũ autem Apoſtolorũ vidi neminem: niſi Iacobum fratrẽ domini. Quę autẽ ſcribo vobis ęcce corã deo, quia
non mentior. Grad. Qui operatus Gal. 2.
eſt Petro in apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter gẽtes: & cognouerũt gratiam dei, quæ data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet. Alľa, alľa. ℣. Sancte Paule apoſtole, prędicator veritatis, & doctor gentiũ intercede pro nobis. Alľa.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum. c. 10.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ecce, ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes: & ſimplices ſicut columbæ. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: & ad præſides & reges ducemini propter me, in teſti-

monium

monium illis & gentibus. Cum au
tē tradent vos, nolite cogitare quo
modo, aut quid loquamini. Dabi-
tur enim vobis in illa hora quid lo
quamini. Non enim vos eſtis qui
loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri,
qui loquitur in vobis. Tradet autē
frater fratrem in mortem: & pater
filium. Et inſurgent filij in parētes,
& morte eos afficient. Et eritis odio
omnibus hominibus propter no-
men meum. Qui autem perſeuera-
uerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
Pſal. 138. dicitur Credo. Offertorium. Mihi
autem nimis honorificati ſunt ami
ci tui deus: nimis confortatus eſt
principatus eorum. Secreta.
APoſtoli tui Pauli precibus do-
mine, plebis tuæ dona ſanctifica: vt, quæ tibi tuo grata ſunt in-
ſtituto, gratiora fiāt patrocinio ſup
plicantis. Per dominum noſtrum.
Pro beato Petro. Secreta.
ECcleſiæ tuę, quęſumus domi-
ne, preces & hoſtias beati Petri
apoſtoli tui commendet oratio: vt
quod pro illius gloria celebramus,
nobis proſit ad veniam. Per domi.
Pro ſancto Ioanne. Secreta.
Tua dn̄e. Prefatio de ap̄lis. f. 254.
Mat. 19. Cōio. Amen dico vobis: quod vos
qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis
me, centuplum accipietis, & vitam
ęternam poſſidebitis. Poſtcōio.
PErceptis domine ſacramentis,
beatis Apoſtolis interuenienti-
bus deprecamur: vt, quæ pro illo-
rum celebrata ſunt gloria, nobis
proficiant ad medelam. Per domi.
Pro beato Petro. Poſtcommunio.
LAetificet nos domine munus
oblatum: vt ſicut in apoſtolo
tuo Petro te mirabilem prędicamꝰ:
ſic per illum tuæ ſumamus indul-
gentiæ largitatem. Per dominum
noſtrū Ieſum. Pro ſancto Ioanne.
Poſtcommunio. Sumat eccleſia.

FESTA IVLII.

¶ In octaua S. Ioannis Baptiſtę dicit̄ die 1.
Miſſa vt in die cū cōmemoratione
Apoſtolorū vt ſup. & ī ea dr̄ Credo.
¶ In feſto Viſitationis beatæ Mariæ die 2.
virginis. Introitus.



SAlue ſancta parēs, enixa puerpe
ra regem: qui celū, terrāq; regit in ſęcula ſæculorū.
Pſal. Eructa- Pſal. 44.
uit cor meū verbū bonū: dico ego
opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.
FAmulis tuis, q̄ſumus dn̄e, cęle-
ſtis gratiæ munus impertire: vt,
quibus beatæ virginis partus extitit
ſalutis exordium, Viſitationis eius
votiua ſolennitas, pacis tribuat in-
crementum. Per dominum noſtrū.
Pro commemoratione ſanctorum
apoſtolorū Petri & Pauli. Oratio.
Deus qui hodiernā diē. ſup. f. 403.
Pro comme. ſanctorum martyrū
Proceſſi & Martiniani. Orati.
DEus, qui nos ſanctorum mar-
tyrum tuorū Proceſſi, & Mar-
tiniani glorioſis confeſſionibus cir-
cundas, & protegis: da nobis, & eo-
rum imitatione proficere, & inter-
ceſſione gaudere. Per dominum.
Lectio libri Sapientię.
ECce iſte venit ſaliens in monti-
bus, tranſiliens colles. Similis

eſt dilectus meus capreę, hinnuloq; ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietē noſtrum, reſpiciens per feneſtram, proſpiciens per cācellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surgę, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iā enim hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit. Flores apparuerūt ī terra noſtra, tēpus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: vineę florentes dederunt odorē ſuum. Surge propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni: colūba mea, in foraminibus petræ, in cauerna macerię, oſtende mihi faciē tuā: ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quē totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Felix es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 1.



IN illo tēpore: Exurgens Maria, abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatē Iuda: & intrauit ī domū Zachariæ, & ſalutauit Eliſabet. Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Marię Eliſabet: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabet: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructꝰ ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribꝰ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quę credidiſti: quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. dicitur Credo. Offertorium. Beata es virgo Maria, quæ omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, & in ęternū permanes virgo. Secreta.

VNigeniti tui dñe nobis ſuccurrat humanitas: vt qui natus de Virgine, matris integritatem nō minuit, ſed ſacrauit: in Viſitationis eius ſolenniis noſtris nos piaculis exuens, oblationem noſtram ſibi faciat acceptam Ieſus Chriſtus Dominus noſter. Qui tecum viuit, & reg.

Pro comme. apoſtolorum. Secreta. Hoſtias domine. folio 404.

Pro commemor. ſanctorum mart. Proceſſi & Martiniani. Secreta.

SVſcipe dñe preces & munera: q̄, vt tuo ſint digna cōſpectu, ſanctorū tuorū p̄cibꝰ adiuuemur. Per.

Communio. Beata viſcera Mariæ virginis: quæ portauerunt æterni patris filium. Poſtcommunio.

SVmpſimus dñe celebritatis annuę votiua ſacramenta: pręſta, quęſumus: vt temporalis vitę nobis remedia præbeant, & æternæ. Per.

Pro cōm. apoſt. Poſtcommunio. Quos cæleſti domine. folio 404.

Pro cōm. ſanctorum mart. Proceſſi & Martiniani. Poſtcommunio

Corporis ſacri, & precioſi ſanguinis repleti libamine quæſumus domine Deus noſter: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redēptione capiamus. Per eundem do.

¶ Infra octa. ſanctorum apoſtolorū Petri & Pauli. Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ eſt principatus eorū. Pſalmus. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meā & reſurrectionē meā. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Pſal. 138.

Deus qui hodiernam diem apoſtolorum tuorum Petri & Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſię tuæ, eorum in omnibus ſequi præceptum: per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum no.

Secunda oratio de ſancta Maria: tertia Eccleſiæ. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apoſtolorum. ca. 5.

In diebus illis: Per manus apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentiū in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis, & in grabatis: vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquā illorū & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autē & multitudo vicinarum ciuitatū Ieruſalem: afferētes ęgros, & vexatos à ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Graduale. Conſtitues eos principes ſuper omnē terram: memores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Alleluia. Euāg. Ecce nos reliquimus omnia. de communi Abbatum. folio 478. dicitur Credo. Offertorium. In omnem terrā exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta. Pſal. 44. Pſal. 18.

Hoſtias domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio, per quā nos expiari tribuas, & defendi. Aliæ ſecretę. Tua domine, & Protege vel Oblatis q̄s. Pręfatio de apoſt. vt ſuprà. folio 254. Communio. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommunio. Mat. 19.

Quos celeſti dn̄e alimento ſatiaſti, apoſtolicis interceſſionib⁹ ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum. Alię poſtcōmuniones. Sumptis domine, & Quęſumus domine, vel Hęc nos.

¶ In octaua apoſtolorum Petri & Pauli. Introitus. Die 6.

Sapientiam ſanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſęculum ſęculi. Pſal. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus cuius dextera beatum Petrum ambulantē in fluctibus

ne mergeretur,erexit:& coapoſtolū
eius Paulum tertio naufragantem,
de profundo pelagi liberauit: exau-
di nos propitius,& concede:vt am-
borum meritis,æternitatis gloriam
conſequamur. Qui viuis & reg.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 44. HI ſunt viri miſericordię, quo-
rum iuſtitię obliuionē nō ac-
ceperunt. Cum ſemine eorū perma
nent bona: hæreditas ſancta nepo-
tes eorum. Et in teſtamētis ſtetit ſe-
mē eorū:& filij eorum propter eos
in æternum manent. Generatio eo-
rū,& gloria eorū, non derelinque-
tur. Corpora eorū in pace ſepulta
ſunt:& nomina eorū viuent in ſę-
cula: Sapientiam eorū narrent om
Sa. 3. nes populi:& laudem eorū pronū-
ciet omnis eccleſia ſanctorū. Grad.
Iuſtorum animæ ī manu dei ſunt,
& non tanget illos tormentum ma
Luc. 22. litię. ℣. Viſi ſunt oculis inſipiētiū
mori: illi aūt ſunt in pace. Alla,al
leluia. ℣. Vos eſtis, qui permanſi-
ſtis mecum in tentationibus meis:
& ego diſpono vobis regnum, vt ſe
deatis ſuper thronos,iudicātes duo
decim tribus Iſrael. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Mattheum.



c.14. IN illo tēpo-
re: Iuſſit Ie-
ſus diſcipulos
aſcendere ī na-
uiculā,& p̄cede
re eū trās fretū,
donec dimitte-
ret turbas, aſcē-
dit ī montē ſo-
lus orare. Veſpere aūt facto,ſol⁹ erat
ibi. Nauicula aūt in medio mari ia-
ctabatur fluctib⁹. Erat enī cōtrarius
vētus. Quarta aūt vigilia noctis, ve-
nit ad eos,ambulās ſupra mare. Et
videntes eum ſupra mare ambulā-
tē,turbati ſunt,dicentes: q̄a phātaſ-
ma eſt. Et præ timore clamauerūt.
Statimq; locutus eſt eis Ieſus, dicēs.
Habete fiduciam:ego ſum,nolite ti
mere. Rn̄dens aūt Petrus, dixit. Do-
mine,ſi tu es:iube, me venire ad te
ſuper aquas. At ipſe ait. Veni. Et de-
ſcendens Petrus de nauicula,ambu
labat ſuper aquam,vt veniret ad Ie-
ſum. Videns vero vētum validū, ti-
muit. Et cum cępiſſet mergi,clama
uit dicens. Dn̄e,ſaluū me fac. Et cō-
tinuo extendēs Ieſus manū appre-
hēdit eum: & ait illi. Modicę fidei,
quare dubitaſti? Et cū aſcendiſſet ī
nauiculā,ceſſauit vētus. Qui aūt in
nauicula erāt, venerūt, & adoraue-
runt eū,dicentes. Vere filius dei es.
dicitur Credo. Offert. Exultabunt
ſancti in gloria,lætabuntur in cubi Pſal. 149.
libus ſuis: exaltationes dei in fauci-
bus eorum. Secreta.

OFferimus tibi domine preces,
& munera:quæ, vt tuo ſint di
gna conſpectu, apoſtolorum tuo-
rum Petri & Pauli precibus adiuue
mur. Per dominum noſtrum. Præ-
fatio de apoſtolis. folio 254. Cōio. Sa. 3.
Iuſtorum animę ī manu dei ſunt,
& non tanget illos tormentū mali-
tiæ: viſi ſunt oculis inſipientiū mo
ri:illi aūt ſunt in pace. Poſtcōio.

PRotege domine populum tuū:
& apoſtolorum tuorum Petri,
& Pauli patrocinio confidentē per
petua defenſione cōſerua. Per do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtū.

¶ In feſto ſanctorū martyrū Septē Die 10.

fr.. trum, ac Rufinę & Secundę virginum, & martyrum. Introi.
Pſal. 112. Laudate pueri dominũ, laudate nomen domini: qui habitare facit ſterilẽ in domo matrem filiorũ lætantẽ. Pſal. Sit nomen domini benedictum, ex hoc, nũc,& uſq; ĩ ſclm. ℣. Glia. Oratio.

PRęſta quæſumus, omnipotens deus: vt qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiam⁹. Per. Epiſt. Mulierem fortem. de cõi nec virg. nec
Pſal. 123. mart. fol. 484. Gradu. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cęlum & terram. Alla, alla. ℣. Hæc eſt vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna cęleſtia. Alleluia. Seq. S. euang. ſm Matth.



c. 12. IN illo tẽpore. Loquente Ieſu ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabãt foris quærẽtes loq ei. Dixit autẽ ei quidã. Ecce mater tua & fratres tui foris ſtat quærentes te. At ipſe reſpõdẽs dicẽti ſibi, ait. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manũ ſuã in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicũq; enĩ fecerit volũtatẽ patris mei q in cælis eſt: ipſe me⁹
Pſal. 123. frater, & ſoror, & mater eſt. Offer.

Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venãtiũ: laqueus contrit⁹ eſt, & nos liberati ſum⁹. Secre.

SAcrificijs preſentibus q̃s dñe, intende placatus: & intercedentibus ſanctis tuis, deuotioni noſtrę proficiãt, & ſaluti. Per dñm. Cõio.

Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt: ipſe meus Matt. 12.
frater, & ſoror, & mater eſt, dicit dominus. Poſtcommunio.

QVęſumus omnipotens deus: vt intercedentibus ſanctis tuis, illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Pij papæ & martyris Miſſa, Die 11.
Statuit ei dominus. vt in communi vnius mart. pontifi. fol. 470.

¶ Sanctorum martyrum Naboris Die 12.
& Felicis, dicitur Miſſa. Intret in conſpectu tuo. De communi plurimo. mar. fol. 464. preter orationem, quę dicitur vt infrà. Oratio.

PRęſta, quęſumus domine: vt ſicut nos ſanctorum martyrum tuorum Naboris & Felicis natalitia celebranda non deſerunt: ita iugiter ſuffragijs comitentur. Per dominũ. Secreta.

MVnera plebis tuę, quęſumus dñe: ſanctorum martyrum tuorũ Naboris & Felicis fiant grata ſuffragijs: & quorum triũphis tuo nomini offerũtur, ipſorũ digna pficiãtur & meritis. Per do. Poſtcõio.

NAtalitijs ſanctorũ tuorũ, quęſumus dñe, & ſacramenti munere vegetati: bonis, quibus per tuã gratiam nunc fouemur, perfruamur æternis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Die 13. ¶In feſto ſancti Anacleti Papę, & marty. Miſſa. S acerdotes Dei. de cõmuni vnius mart. pont. fo. 457.

Die 4. ¶In feſto ſancti Bonauenturæ epiſcopi & confeſſoris. Introitus.

SAcerdotes tui domine induant iuſtitiam:& ſãcti tui exultent: propter Dauid ſeruũ tuũ, non auertas faciem Chriſti tui. Pſal. 131. Memẽto dñe Dauid,& oĩs manſuetudinis ei⁹. ℣. Glo. Oratio.

EXaudi quæſum⁹ dñe, preces noſtras: quas in beati Bonauenturę confeſſoris tui atque pontificis ſolemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab oĩbus nos abſolue peccatis. Per d. Epiſt. T eſtificor coram deo. de cõi doctorum. Pſal. 36. fol. 473. Graduale. O s iuſti meditabitur ſapiẽtiã:& lingua ei⁹ loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipſius: & non ſupplãtabuntur greſſus eius. A lľa alľa. ℣. Pſal. 109. Iurauit dominus, & non pęnitebit eum: tu es ſacerdos in æternũ, ſm ordinẽ Melchiſedech. Alľa. Euangelium. H omo quidã peregre. de cõi confeſſ. põt. fo. 470. Offert. Pſal. 88. V eritas mea, & miſericordia mea cũ ipſo: & in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secre.

SAncti Bonauenturæ confeſſoris tui atque pontificis, quæſumus domine, annua ſolennitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illũ beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per dominum noſtrum. Communio. Mat. 24. B eatus ſeruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcommunio.

DEus, fideliũ remunerator animarum: preſta, vt beati Bonauenturæ confeſſoris tui, atque pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus, indulgentiam conſequamur. Per.

¶Sancti Alexij confeſſoris. Introi. Die 17.

OS iuſti meditabitur ſapiẽtiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. Pſal. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio. Pſal. 36.

DEus, qui nos beati Alexij confeſſoris tui annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per. Lectio Epiſtolæ btĩ Pauli apoſtoli ad Timoth.

CAriſſime. Eſt quęſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundũ: haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur: his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitũ & perditionem. Radix enim oĩum malorum, eſt cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide: & inſeruerũt ſe doloribus multis. Tu autem ò homo dei, hæc fuge, ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonũ certamẽ fidei: apprehende vitam æternam.

Graduale. Iuſtus, vt palma flore-
bit: ſicut cedrus libani, multiplica-
bitur in domo domini. ℣. Ad an-
nunciandum mane miſericordiā
tuam, & veritatē tuā per noctem.
Iac. 1. Allā, allā. ℣. Beatus vir qui ſuffert
tentationē: quoniam cum proba-
tus fuerit, accipiet coronā vitæ. Al-
leluia. Euang. Ecce nos reliquimꝰ
Pſal. 88. omnia. de cōmuni Abbatū. f.491.
Offert. Veritas mea & miſericor-
dia mea cum ipſo: & in noīe meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.
LAudis tibi domine hoſtias im-
molamus, ī tuorū commemo-
ratione ſanctorū: quibꝰ nos & præ-
ſentibus exui malis confidimus, &
Mat. 24. futuris. Per do. Cōio. Beatus ſer-
uus, quē cum venerit dn̄s inuenerit
vigilātē: amē dico vobis, ſuper oīa
bona ſua conſtituet eū. Poſtcōio.
REfecti cibo potuq; cœleſti, deꝰ
noſter, te ſupplices exoramus:
vt in cuius hęc commemoratione
percepimus, eius muniamur & pre
cibus. Per dominum noſtrum.
¶ Sanctę Simphoroſæ, cum ſeptem
Die 17. filiis martyribus, Introitus.
CLamauerūt iuſti, & do
minus exaudiuit eos:
& ex omnibus tribula-
tionibus eorum libera
Pſal. 33. uit eos. ps. Benedicam
dominum in omni tēpore: ſemper
laus eiꝰ ī ore meo. ℣. Gloria. Orō.
DEus, qui nos concedis ſancto-
rum martyrum tuorum Sym-
phoroſæ & filiorum eius natalitia
colere, da nobis in ęterna beatitu-
dine de eorū ſocietate gaudere. Per
dominum noſtrum Ieſum Chriſtū
filium tuum. Epiſtola. Sancti per
fidem vicerunt regna, de commu-
ni plurimorū martyrum. fol. 468. Pſal. 132.
Grad. Ecce quam bonū, & quam
iucundum habitare fratres in vnū.
℣. Sicut vnguentum ī capite, quod
deſcendit in barbam barbā Aaron.
Alleluia, allā. ℣. Hæc eſt vera fra-
ternitas, quæ vicit mundi crimina:
Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens
regna cæleſtia. Alleluia. Euāg. At-
tendite à fermento phariſæorum.
de eodē cōi. f. 469. Offert. Lætami- Pſal. 31.
ni in dn̄o: & exultate iuſti: & gloria-
mini omnes recti corde. Secreta.
MVnera tibi domine noſtrę de
uotionis offerimus: quę & p
tuorū tibi grata ſint honore iuſto-
rum, & nobis ſalutaria te miſerāte
reddantur. Per dominum noſtrū.
Cōio. Quicunque fecerit volunta- Mat. 12.
tē patris mei qui in cœlis eſt: ipſe
meus frater, & ſoror, & mater eſt, di
cit dominus. Poſtcommunio.
PRæſta nobis, quęſumus domi-
ne, intercedentibus ſanctis mar
tyribꝰ tuis Symphoroſa & filiis eiꝰ:
vt quæ ore contingimus, pura mē
te capiamus. Per dominum noſtrū
Ieſum Chriſtum filium tuum, &c.
¶ Sanctæ Margaritæ virginis & mar Die 20.
tyris. Miſſa. Me expectauerunt. de
communi virginum & mar. f. 479.
¶ Sanctæ Praxedis virg. Introitus. Die 21.
LOquebar de teſtimo-
niis tuis in conſpectu
regum, & non confun
debar, & meditabar
in mandatis tuis, quæ
dilexi nimis. ps. Beati immaculati Pſal. 118.
in via: qui ambulant in lege do-
mini. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpi-
ritui ſancto. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatę Praxedis virginis tuæ feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominũ. **Epiſtola.** De virginibus præceptum domini non habeo, de communi virginum. f. 480.
Pſal. 44. **Grad.** Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus tuus oleo lætitiæ. Alla, alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intende proſpere, procede, & regna, Alleluia. **Euangelium.** Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. de eodẽ cõmuni. fol. 480. **Offertorium.** Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in æternum, & in ſæculum ſæculi. **Secreta.**

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per do. **Cõio.**
Mat. 13. Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærẽti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita, dedit omnia ſua, & comparauit eam. Poſtcommunio.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius, q̃s, interuentione nos refoue, cuius ſolẽnia celebramus. Per dominum noſtrũ.

¶ In feſto S. Mariæ Magd. Introit⁹.

ME expectauerũt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: oĩs cõſummationis vidi finẽ: latũ mandatũ tuũ nimis.
Pſal. 118. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

BEatę Mariæ Magdalenæ, q̃s domine, ſuffragiis adiuuemur: cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis reſuſcitaſti. Qui vi. &c.

Lectio libri Sapientię.

SVrgam, & circuibo ciuitatem: p vicos & plateas quęram, quẽ diligit anima mea. Quæſiui illum: & non inueni. Inuenerũt me vigiles, qui cuſtodiũt ciuitatem. Num quẽ diligit anima mea, vidiſtis? Paululũ cum pertranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illũ in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meę. Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruosq; camporũ: ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: vt ſignaculum ſup brachium tuũ: quia fortis eſt vt mors, dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarũ. Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere caritatẽ: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtãtiam domus ſuæ pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eã. **Grad.** Dilexiſti iuſtitiã: Pſal. 44.
& odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitię. Alleluia, alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in æternum: **Alla.** Euangelium. Rogabat Ieſum quidam phariſæus. in feria v Dominicæ paſſionis. fol. 152. Credo. Offertoriũ. Filiæ regũ in honore tuo: aſtitit regina à dextris tuis ĩ veſtitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

Cãt. 3.

MVnera noſtra, quæſumus domine, beatę Marię Magdalenę glorioſa merita tibi reddāt accepta, cuius oblationis obſequiū vnigenitus filius tuus clementer ſuſcepit impenſum. Qui te. Cōio. Feci
Pſal. 118. iudicium & iuſtitiam domine: nō calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mādata tua dirigebar, oēm viā iniquitatis odio habui. Poſtcōio.

SVmpto, q̄s domine, vnico ac ſalutari remedio, corpore ſcilicet, & precioſo ſanguine tuo, ab oībus malis, ſanctę Marię Magdalenæ patrociniis eruamur. Qui viuis &c.

Die 23. ¶ In feſto S. Apollinaris epiſcopi & martyris. Introitus.

SAcerdotes Dei benedicite dominum, ſancti & humiles corde lau-
Da. 3 date Deum. ps. Benedicite oīa opera domini domino, laudate & ſuperexaltate eū in ſecula. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, fidelium remunerator animarum, quiq; hunc diem beati Apollinaris ſacerdotis tui martyrio conſecraſti: tribue quęſum⁹ nobis famulis tuis: vt cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus eius indulgentiam conſequamur. Per dominum noſtrum &c.

Lectio epiſtolę beati Petri Apſi.

1. pe. 5. CAriſſimi: Seniores qui in vobis ſunt obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum, qui & eius quę in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator. Paſcite qui in vobis eſt gregem dei: prouidentes nō coacte, ſed ſpontanee ſecūdū deū: neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie: neque vt dominātes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps paſtorū, percipietis immarceſcibilem glorię coronam. Similiter adoleſcētes ſubditi eſtote ſenioribus: Omnes autē inuicem humilitatem inſinuate: Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aūt dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore viſitationis: omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eādem paſſionē ei quę in mundo eſt veſtrę fraternitati fieri. De⁹ aūt omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuā gloriā in Chriſto Ieſu, modicū paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq;. Ipſi gloria, & imperiū in ſecula ſeculorum. Amen. Grad. Inueni Da Pſal. 88.
uid ſeruum meū, oleo ſancto meo vnxi eū, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meū confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō nocebit ei. Allā, allā. ℣. Iurauit dn̄s Pſal. 109.
& non penitebit eū: tu es ſacerdos ī æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tēpore: Facta eſt contētio c. 22
inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis Ieſus. Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatē habēt ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt ī

vobis,

vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nã qs maior eſt: qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem ĩ medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Vos aũt eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Offertorium. Veritas
Pſal. 88. mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

RESpice domine propitius ſuper hæc munera: quę pro beati ſacerdotis & martyris tui Apollinaris cõmemoratione deferimus, & pro noſtris offenſionibus immolamus. Per. Cõio. Domine quinque
Mat. 24. talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium dñi tui. Poſtcõio.

TVa ſancta ſumentes, q̃s domine: vt beati Apollinaris nos foueãt continuata pręſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cõceſſeris adiuuari. Per.
Die 24. ¶Miſſa vigilię ſancti Iacobi dicatur de cõi ĩ vigil. vnius apoſtoli. f. 455. Et pro cõmemor. S. Chriſtinæ virg. & martyris, dicitur oratio. Indulgẽtiã. cum ſua ſecreta, & poſtcõio. de cõmuni virgin. & mart. fol. 480. Tertia de ſancta Maria. Concede. folio 492.
Die 25. ¶Si feſtum ſancti Iacobi venerit feria ij. de vigilia fit commemo. in Miſſa ſancti Apollinaris, & de ſancta Chriſtina in Dominica.

¶In feſto ſancti Iacobi Apoſtoli. Introitus.
Die. 25.

MIhi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. ps. Domine pro
Psal. 138. bati me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã & reſurrectionẽ meã. ℣. Gloria. Oratio.

ESto domine plebi tuæ ſanctificator & cuſtos: vt, apoſtoli tui Iacobi munita pręſidiis, & conuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat. Per dominum noſtrũ In miſſis priuatis pro commemo. ſancti Chriſtophori martyris, oratio. Præſta quæſumus omnipotẽs. de cõmuni vnius mart. folio 459. In miſſa ſolenni nulla commemoratio fit de eodem.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Puto, quod de⁹ nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tan- 1. c. 4
quã morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos aũt prudẽtes in Chriſto. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſum⁹, & colaphis cędimur, & inſtabiles ſum⁹, & laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur, & benedicimus. Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: Blaſphemamur, & obſecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omniũ

periplema vſque adhuc. Non vt cõ
fundã vos hęc ſcribo: ſed vt filios
meos cariſſimos moneo. Nã ſi de-
cem milia pędagogorum habeatis
in Chriſto: ſed non multos patres.
Nam in Chriſto Ieſu per Euange-
Pſal. 44. lium ego vos genui. **Grad.** Conſti-
tues eos principes ſuper omnem ter
ram: memores erunt nominis tui
domine. ℣. Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filij, propterea populi cõ-
fitebuntur tibi. Allꝉa, allꝉa. ℣. Ego
vos elegi de mundo, vt eatis & fru-
ctum afferatis, & fructus veſter ma-
neat: Alleluia. Euang. Acceſſit ad
Ieſum mater filiorum Zebedęi. vt
ſupra in feſto S. Ioannis ante por-
tam Latinam. folio 390. dicitur
Pſal. 18. Credo. Offert. In omnem terram
exiuit ſonus eorum, & in fines or-
bis terrę verba eorum. Secreta.

Oblationes populi tui, q̃s domi
ne, beati Apoſtoli tui Iacobi
paſſio beata cõciliet, & quę noſtris
non apta ſunt meritis, fiãt tibi pla-
cita eius deprecatione. Per. Prçfatio
de apoſt. folio 254. Communio.
Mat. 15. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis
ſuper ſedes, iudicantes duodecim
tribus Iſrael. Poſtcommunio.

Beati Apoſtoli tui Iacobi, quęſu
mus domine, interceſſione nos
adiuua: pro cuius feſtiuitate perce-
pimus tua ſancta lętantes. Per do.

Die 27. ¶ Sãcti Pãtaleonis mart. Miſſa. Lęta
bit iuſtus. de cõi vnius mart. f. 459.

Die 28. ¶ In feſto ſanctorum Nazarij, Cel-
ſi, & Victoris martyris, & Innocen
tij Papę, & confeſſ. Miſſa. Intret
in conſpectu. folio 464. cum Epiſt.
Reddidit deus mercedem. fol. 467.
de cõi plurimorum mar. pręter ora
tiones, quæ dicũtur vt infrà. Oratio.

Sanctorum tuorũ nos Pſal. 63.
domine Nazarij, Celſi,
Victoris, & Innocentij
confeſſio beata com-
muniat: & fragilitati
noſtrę ſubſidiũ dignãter exoret. Per
dominum noſtrum. Secreta.

Concede nobis ops deus: vt his
muneribus, quæ pro ſanctorũ
tuorum Nazarij, Celſi, Victoris, &
Innocentij honore deferimus, & te
placemus exhibitis, & nos viuifice-
mur acceptis. Per dominum no-
ſtrũ Ieſum Chriſtũ. Poſtcõmunio.

Sanctorum Nazarij, Celſi, Vi-
ctoris, & Innocentij domine in
terceſſione placatus: præſta quęſu-
mus: vt quod temporali celebra-
mus actione, perpetua ſaluatione
capiamus. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto S. Marthę virg. Introitus. Die 29.
Dilexiſti iuſtitiam, & odi-
ſti iniquitatem: propte-
rea vnxit te deus, deus
tuus oleo lætitiæ præ cõ-
ſortibus tuis. Pſal. Eru- Pſal. 44.
ctauit cor meum verbum bonum:
dico ego opera mea regi. ℣. Gloria
patri, & filio, & Spir. Oratio.

Exaudi nos deꝰ ſalutaris noſter:
vt, ſicut de beatæ Marthę virgi-
nis feſtiuitate gaudemus, ita pię de-
uotionis erudiamur affectu. Per do
minum noſtrum. Pro commemo-
ratio. ſanctorũ mar. Felicis, Simpli-
cij, Fauſtini, & Beatricis. Oratio.

Præſta, q̃s domine, vt ſicut popu
lus Chriſtianus martyrum tuo-
rũ Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Bea-
tricis temporali ſolẽnitate congau-
det, ita perfruatur æterna: & quod

votis celebrat, comprehendat effe-
ctu. Tertia oratio. A cunctis. f. 511.
Epiſtola. Qui gloriatur, in domino
glorietur. de cōi virginum fol. 481.
Pſal. 44. Gradu. Specie tua & pulcritudine
tua: intende, proſpere procede, &
regna. ℣. Propter veritatem, & mā-
ſuetudinem, & iuſtitiam, & dedu-
cet te mirabiliter dextera tua. All'a,
alleluia. ℣. Adducentur regi virgi-
nes poſt eam, proxime eius afferen-
tur tibi in lætitia, Alleluia. Euang.
Intrauit Ieſus in quoddā caſtellū.
vt in feſto Aſſump. B. Mariæ. f. 427.
Offert. Filiæ regum in honore tuo:
aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu
deaurato circūdata varietate. Secre.

ACcepta tibi ſit domine ſacra-
tæ plebis oblatio, pro tuorum
honore ſanctorum: quorum ſe me
ritis percepiſſe de tribulatione co-
gnoſcit auxilium. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtū. Pro com-
memoratione ſanctorum. Secreta.

HOſtias tibi domine pro ſancto-
rum martyrum tuorum Feli-
cis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis,
commemoratione deferimus, ſup-
pliciter deprecantes: vt indulgentiā
nobis pariter conferant & ſalutem.
Mat. 25. Cōio. Quinq; prudentes virgines
acceperūt oleum in vaſis ſuis cum
lāpadib⁹: media autē nocte clamor
factus eſt, ecce ſponſus venit, exite
obuiā Chriſto domino. Poſtcōio.

SAtiaſti domine familiam tuam
muneribus ſacris: cius q̄s, ſem-
per interuētione nos refoue, cuius
ſolennia celebramus. Per do. Pro
commemo. ſanctorum. Poſtcōio.

PRæſta, quæſumus oīps Deus: vt
ſanctorum martyrum tuorum
Felicis, Smplicij, Fauſtini, & Beatri
cis cæleſtibus myſteriis celebrata ſo
lennitas, indulgentiam nobis tuæ
propitiationis acquirat. Per do.

¶ Sanctorum martyrum Abdon & Sennen. Introitus. Die 20.

INtret in cōſpectu tuo
domine gemitus com-
peditorum: redde vi-
cinis noſtris ſeptuplū
in ſinu eorum: vindi-
ca ſanguinem ſanctorum tuorum,
qui effuſus eſt. Pſal. Deus venerūt Pſal. 78.
gentes in hæreditatem tuam: pol-
luerunt templum ſanctum tuum:
poſuerunt Ieruſalem in pomorum
cuſtodiam. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus qui ſanctis tuis Abdon &
Sennen in hāc gloriam veniē-
di copioſum munus gratiæ cōtuli-
ſti: da famulis tuis ſuorū veniā pec-
catorum: ſanctorū tuorū vt intercedē
tibus meritis, ab oībus mereamur
aduerſitatibus liberari. Per domi.
Epiſtola. Exhibeamus noſmetip-
ſos. de cōmuni plurim. mart. 467.
Grad. Glorioſus deus ī ſanctis ſuis: Ex. 15.
mirabilis in maieſtate: faciens pro-
digia. ℣. Dextera tua domine glori
ficata eſt in virtute: dextera manus
tua confregit inimicos. Alleluia, al Sa. 3.
leluia. ℣. Iuſtorum animæ in ma-
nu dei ſunt: & non tanget illos tor-
mentum malitiæ: Alleluia. Euang.
Videns Ieſus turbas. de eodē com-
muni. fol. 468. Offer. Mirabilis de⁹ Pſal. 67.
in ſanctis ſuis deus Iſrael ipſe dabit
virtutem & fortitudinē plebi ſuæ:
benedictus deus. Secreta.

HAec hoſtia, quæſumus domi-
ne, quam in ſanctorum mar-
tyrum tuorum natalitiis recenſen-

tes

tes offerimus, & vincula noſtrę prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per. Cõio.

Pſal. 19. P oſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ : ſecundum magnitudinem brachij tui, poſſide filios morte punitorum. Poſtcommunio.

P Er huius domine operationem myſterij, & vitia noſtra purgentur, & intercedentibus ſanctis tuis Abdon, & Sennen, iuſta deſideria compleantur. Per dominũ noſtrũ.

FESTA AVGVSTI.

Die 1 ¶In feſto S. Petri ad vincula. Introi.



N Vnc ſcio vere, quia miſit Dominus angelũ ſuũ: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Pſal. 138. Pſal. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionẽ meam. ℣. Gloria. Oratio.

D Eus, qui beatum Petrum apoſtolum, à vinculis abſolutum, illæſum abire feciſti: noſtrorum, quæſumus, abſolue vincula peccatorum: & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Deinde ſit Commemoratio de ſancto Paulo. Oratio.

D Eus qui multitudinem gentium, beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis, quæſumus, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus.

Pro comme. ſanctorum martyrum Machabæorum. Oratio.

F Raterna nos domine martyrũ tuorum corona lętificet: quæ, & fidei noſtræ præbeat incrementa virtutũ, & multiplici uos ſuffragio conſoletur. Per d. Epiſt. M iſit Herodes rex manus. vt in feſto apoſtolorum Petri & Pauli. folio 403.

Graduale. C onſtitues eos principes ſuper omnem terram : memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Pſal. 44. Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubente deo terrarum Petre catenas: qui facis vt pateant cæleſtia regna beatis, Alleluia. Euangel. V enit Ieſus in partes Ceſareę Philippi. ibidem vbi epiſtola, Et dicit C redo. Offert.

C onſtitues eos principes ſuper omnem terram : memores erunt nominis tui domine in omni progenie & generatione. Secreta.

O Blatũ tibi dñe ſacrificiũ, intercedente beato Petro apło tuo, viuificet nos ſemp, & muniat. Per d.

Pro ſancto Paulo. Secreta.

A Poſtoli tui Pauli precibus domine plebis tuæ dona ſanctifica: vt quę tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis. Pro comme. ſanctorum martyrum Machabæorum. Secre.

I Terata myſteria domine, pro ſanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota mẽte tractemus: quibus præſidium nobis creſcat, & gaudium. Per do. Præfatio de apoſtolis. f. 254. Cõio. T u es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Poſtcõm. Mat. 16.

CORporis ſacri, & precioſi ſanguinis repleti libamine, quæſumus domine de⁹ noſter: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redẽptione capiamus. Per dominum. Pro ſancto Paulo. Poſtcommunio.

PErceptis domine ſacramentis, beatis apoſtolis interueniẽtibus deprecamur: vt quę pro illorum celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam.. Pro cõme. ſanctorum Machabęorum. Poſtcõio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens deus: vt, quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo ſectemur. Per dominum noſtrum.

Die 2. ¶ Sancti Stephani Papę, mar. Intr.

SAcerdotes eius induãt ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabũt.
Pſal. 131. Pſalmus Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Orõ.

DEus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudemus. Per dominum no.

Lectio Actuum apoſtolorum.

Act. 20. IN diebus illis. A Mileto Paulus mittens Epheſum: vocauit maiores natu eccleſię. Qui cum veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis. Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens dño cũ omni humilitate & lacrymis, & tẽtationibus quę mihi acciderunt ex inſidiis Iudęorũ, quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium, quominus anunciarẽ vobis, & docerem vos publice, & per domos teſtificans Iudęis, atque gentilibus in deum pęnitentiã, & fidẽ in dñm noſtrum Ieſum Chriſtum.

Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui ĩ diebus ſuis placuit deo. Eccl. 44. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legẽ excelſi. Alła, alła. ℣. Tu es ſacerdos in ęternũ, ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, Alleluia. Euangeliũ. Si quis vult venire poſt me. de cõmuni vnius mart. poſt f. 419. Offer.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: man⁹ enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta. Pſal. 88.

MVnera tibi dñe dicata ſanctifica: & intercedẽte beato Stephano martyre tuo atq; pontifice, per eadẽ nos placatus intende. Per dominum noſtrum. Communio.

Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Poſtcommunio. Mat. 25.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

¶ In Inuentione ſancti Stephani protomartyris, ad miſſa omnia dicantur de natali eius. folio 58. & vbi dicitur in orõne Natalitia celebramus. dicatur Inuentionem celebramus. At vbi dicitur in oratione Natalitia, dicatur. Inuentionem Die 3.

Die 4. ¶In feſto ſancti Dominici con-
feſſoris. Introitus.
OS iuſti meditabitur ſa-
pientiam : & lingua
eius loquetur iudiciũ:
Pſal. lex dei eius in corde
36. ipſius. ps. Noli ęmula
ri in malignãtibus, ne-
que zelaueris facientes iniquitatẽ.
℣. Gloria patri, & filio. Oratio.
DEus, qui eccleſiam tuam, beati
Dominici confeſſoris tui illu-
minare dignatus es meritis & do-
ctrinis, concede: vt, eius interceſſio-
ne, temporalibus nõ deſtituatur au
xilijs, & ſpiritualibus ſemper profi-
ciat incrementis. Per. Epiſt. Teſtifi
cor coram deo de cõmuni docto-
Pſal. rum. fol. 473. Grad. Iuſtus vt pal-
9.. ma florebit : ſicut cedrus Libani,
multiplicabitur in domo Domini.
℣. Ad annunciandum mane miſe-
ricordiam tuã, & veritatem tuã per
noctem. Alleluia, allu'a. ℣. Iuſtꝰ ger-
minabit ſicut Lilium: & florebit in
æternum ante dominũ. Alleluia.
Euang. Sint lumbi veſtri pręcincti.
de cõmuni cõfeſſ. non pont. f. 475.
Pſal. Offer. Veritas mea, & miſericordia
88. mea cum ipſo : & in nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.
MVnera tibi dñe dicata ſancti-
fica: vt meritis beati Domini
ci confeſſoris tui, nobis proficiant
Mat. ad medelam. Per do. Cõio. Fidelis
24. ſeruus & prudẽs, quem conſtituit
dñs ſuper familiã ſuam, vt det illis ĩ
tẽpore tritici mẽſuram. Poſtcõio.
COncede, q̃s op̃s deus : vt q̃ pec-
catorũ noſtrorũ pondere pre
mimur, beati Dñici confeſſoris tui
patrocinio ſubleuemur. Per domi.

¶In dedicatione Sanctę Marię ad Die
Niues. Miſſa Salue ſancta parens. 5.
vt in miſſis votiuis beatæ M. virg. à
Pẽtec. vſq; ad Aduẽ. f. 499. Et dicit
Credo Præfa. de S. Maria. fol. 252. die 6.
¶In feſto Trãſfi. D. N. Ieſu Xpi. Intr.
ILluxerunt coruſcatio-
nes tuę orbi terrę : cõ-
mota eſt, & cõtremuit
terra. ps. Quã dilecta Pſal.
tabernacula tua domi 83.
ne virtutum: concupiſcit, & deficit
anima mea ĩ atria domini. ℣. Glo-
ria patri & filio. Oratio.
DEus, qui fidei ſacramenta ĩ vni
geniti tui glorioſa Trãſfigura-
tione, patrũ teſtimonio roboraſti:
& adoptionem filiorũ p̃fectã voce
delapſa in nube lucida, mirabiliter
præſignaſti : concede propitius : vt
ipſius regis gloriæ nos cohęredes
efficias, & eiuſdem gloriæ tribuas
eſſe conſortes. Per dominum no.
Pro cõme. ſanctorum marty. Xiſti,
Feliciſſimi, & Agapiti. Oratio.
DEus, q̃ nos concedis ſanctorũ
martyrũ tuorũ Xiſti, Feliciſſi-
mi, & Agapiti natalitia colere : da
nobis in æterna beatitudine de eo-
rum ſocietate gaudere. Per dñm.
Lectio ep̃lę beati Petri Apoſtoli.
CAriſſimi: Nõ indoctas fabulas 2.c.1
ſecuti, notã fecimus vobis dñi
noſtri Ieſu Chriſti virtutem & p̃ſen
tiã: ſed ſpeculatores facti illius ma-
gnitudinis. Accipiens enĩ à deo pa-
tre honorẽ & gloriã, voce ad eũ de
lapſa huiuſmodi à magnifica glo-
ria, Hic eſt filius meus dilectus, in
quo mihi complacui, ipſum audi-
te. Et hanc vocem nos audiuimꝰ de
cœlo allatam : cum eſſemus cum

ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorem propheticum ſermonē: cui bene facitis attendentes, quaſi lucernę lucenti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat, & lucifer oria
Pſal. 44. tur in cordibus veſtris. Gradu. Speciosus forma præ filiis hominum: diffuſa eſt gratia ī labiis tuis. ℣. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opa mea regi. Alla, alla. ℣. Cādor lucis ęternę: ſpeculū ſine macula, & imago bonitatis illius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

c. 17.



IN illo tēpore: Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannē fratrē eiꝰ: & duxit illos in montē excelſum ſcorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplēduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias, cum eo loquentes. Reſpondens autem Petrus, dixit ad Ieſum. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si vis, faciamꝰ hic tria tabernacula: tibi vnū, Moyſi vnū, & Elię vnum. Adhuc eo loquēte, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicēs. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderūt in faciē ſuā: & timuerunt valde. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitq; eis. Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte, pręcepit eis Ieſus, dicens. Nemini dixeritis viſionē: donec filius hominis à mor
tuis reſurgat. dicitur Credo. Offer- Pſal.
torium. Gloria & diuitię in domo 111.
eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſæculi: alleluia. Secreta.

OBlata, q̄s, dn̄e munera, glorioſa vnigeniti tui Trāsfiguratione ſanctifica: noſq; à peccatorū maculis, ſplēdoribus ipſius illuſtrationis emunda. Per d. Pro ſanctis Secreta.

MVnera tibi domine noſtræ deuotionis offerimꝰ: quę & pro tuorū tibi grata ſint honore iuſtorū: & nobis ſalutaria te miſerante reddātur. Per. Prętatio de natiuit. dn̄i. f.236. Cōio. Viſionē quā vidi- Mat.
ſtis nemini dixeritis: donec à mor- 17.
tuis reſurgat filius hoīs. Poſtcōio.

PRęſta, queſumus, oṗs deus: vt, ſacroſancta Transfigurationis myſteria, quę ſolenni celebramus officio, purificatę mentis intelligētia conſequamur. Per dominum. Pro ſanctis. Poſtcommunio.

PRęſta nobis, q̄s dn̄e, intercedētibus ſanctis tuis Xiſto, Feliciſſimo, & Agapito: vt, quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

¶ Sancti Donati Epi, & mar. Introi. die 7.

SAcerdotes Dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum. Pſal. Benedicite oīa opera domini domino: laudate, & ſuperexaltate eū in ſæcula. ℣. Gloria. Oratio.

DEus tuorum gloria ſacerdotū, pſta quæſumus: vt ſancti martyris tui & epi Donati, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per.

Epiſt. Omne gaudium exiſtimate.
de cõi vnius mar. fol. 460. Gradua.
Pſal. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam: &
36. lingua ei⁹ loquetur iudiciũ. ℣. Lex
dei eius in corde ipſius: & non ſup-
plãtabuntur greſſus eius. Alleluia,
alleluia. ℣. Iuſtus non conturbabi-
tur: quia dominus firmat manum
eius, alleluia. Euang. Videte, & vi-
gilate. de cõi confeſſorũ põt. f. 473.
Pſal. Offer. Inueni Dauid ſeruum meũ:
88. oleo ſancto meo vnxi eum: manus
enim mea auxiliabitur ei: & bra-
chiũ meum confortabit eum. Secr.

Præſta, queſum⁹ domine: vt ſan
cti martyris tui, & epiſcopi Do-
nati interceſſione, quem ad laudẽ
nominis tui dicatis muneribus ho-
noramus, piæ nobis fructus deuo-
tionis accreſcat. Per do. Cõmunio.
Mat. Fidelis ſeruus & prudens: quem cõ
24. ſtituit dominus ſuper familiã ſuã:
vt det illis in tempore tritici men-
ſuram. Poſtcommunio.

Omnipotẽs, & miſericors deus,
qui nos ſacramentorum tuo-
rũ & participes efficis & miniſtros:
præſta quæſumus: vt intercedente
beato Donato martyre tuo atque
põtifice, eiuſdẽ proficiamus & fidei
conſortio, & digno ſeruitio. Per d.

Die ¶In feſto Sanctorum martyrũ Cy-
8. riaci, Largi, & Smaragdi. Introitus.

Timete dominũ omnes
ſancti eius: quoniam
nihil deeſt timentibus
eum: diuites eguerunt,
& eſurierunt: inqui-
rentes autem dominũ
nõ deficient omni bono. Pſalmus.
Pſal. Benedicam dominum in omni tẽ-
33. pore: ſemper laus eius in ore meo.

℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum
martyrum tuorum Cyriaci,
Largi, & Smaragdi ſolennitate læ-
tificas: concede propitius: vt quo-
rum natalitia colimus, virtutẽ quo
que paſſionis imitemur. Per domi.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Theſſalonicenſes. 1.c.

Fratres: Gratias agimus Deo ſi-
ne intermiſſione: quoniã cũ ac-
cepiſſetis à nobis verbũ audit⁹ dei,
accepiſtis illud non vt verbũ homi
nũ, ſed ſicut eſt vere verbũ dei: qui
operatur in vobis, qui crediditis.
Vos enim imitatores facti eſtis fra-
tres, eccleſiarũ Dei, quæ ſunt in Iu-
dæa, in Chriſto Ieſu: quia eadẽ paſſi
eſtis & vos à contribulibus veſtris,
ſicut & ipſi à Iudæis: qui & dominũ
occiderunt Ieſum, & prophetas, &
nos perſecuti ſunt: & deo non pla-
cent: & omnibus hominibus aduer
ſantur: prohibentes nos gentibus
loqui, vt ſalui fiant: vt impleant pec
cata ſua ſemper. Peruenit enim ira
dei ſuper illos vſq; in finem. Grad. Pſal
Timete dñm omnes ſancti eius:
quoniam nihil deeſt timẽtibus eũ.
℣. Inquirentes autem dominum,
non deficient omni bono. Alleluia, Sa.
alleluia. ℣. Fulgebunt iuſti: &
tanquam ſcintillę in arũdineto di-
ſcurrent in æternum. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Marcum.

In illo tempore: Dixit Ieſus di- c.1
ſcipulis ſuis. Euntes in mũdum
vniuerſum, prædicate euange-
lium omni creaturæ. Qui credide-
rit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.
Qui vero non crediderit: condem-

nabitur.

nabitur. Signa autem eos qui credi
derint,hæc ſequentur. In noīe meo
dęmonia eiicient, linguis loquētur
nouis: ſerpentes tollēt:&,ſi mortiſe
rū quid biberint, non eis nocebit:
ſuper ęgros manus imponent,& be
ne habebunt. Offert. Lętamini in
ſal. 1. domino & exultate iuſti: & gloria-
mini omnes recti corde. Secreta.

ACcepta ſit in conſpectu tuo
domine noſtra deuotio:& eo-
rum nobis fiat ſupplicatione ſalu-
taris: pro quorum ſolennitate de-
Mar. 6. fertur. Per do. Communio. Signa
autem eos, qui in me credunt, hæc
ſequentur: dæmonia eijcient, ſu-
per ægros manus imponent, & be-
ne habebunt. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris
ſacri, quęſumus domine deus
noſter:vt quorum exequimur cul-
tum ſentiamus effectum. Per do.

Die 9. ¶ In vigilia Sancti Laurentij
martyris. Introitus.

DIſperſit, dedit pauperi-
bus: iuſtitia eius manet
in ſæculum ſæculi: cor-
nu eius exaltabitur in
Pſal. 111. gloria. Pſal. Beatus vir qui timet
dominum: in mandatis eius volet
nimis. ℣. Gloria patri. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationi-
b⁹ noſtris:& interceſſione bea
ti Laurentij martyris tui, cuius prę
uenimus feſtiuitatem, perpetuā no
bis miſericordiā benignus impen-
de. Per, Pro commemoratione ſan
cti Romani martyris. Oratio.

PRæſta, q̄s omnipotens deus: vt,
intercedente beato Romano
martyre tuo, & à cunctis aduerſi-
tatibus liberemur in corpore, & à
prauis cogitationibus mundemur
in mente. Tertia oratio de ſancta
maria. Concede. folio 499.

¶ Si feſtū ſancti Laurentij venerit fe
ria ij. de vigilia fit cōmemoratio in
ſabbato,& de S. Romano in dñica.
Vbi aūt fuerit ecclesia collegiata,in
ſabbato dicatur etiā miſſa de vigil.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 51. COnfitebor tibi Dñe rex, & col-
laudabo te deū ſaluatorē meū.
Confitebor nomini tuo: quoniam
adiutor,& protector factus es mihi,
& liberaſti corpus meū à perditio-
ne: à laqueo linguę iniquę, & à la-
biis operātium mendaciū:& in cō-
ſpectu perſequentium factus es mi-
hi adiutor: & liberaſti me ſecundū
multitudinē miſericordię noīs tuis
à rugientibus pręparatis ad eſcā, de
manibus quærentiū aīam meā, &
de portis tribulationū quę circūde-
derūt me:à preſſura flāmę quę cir-
cūdedit me, & in medio ignis non
ſum ęſtuatus. De altitudine ventris
inferi:& à lingua coinquinata,& à
verbo mendacij: à rege iniquo:& à
lingua iniuſta. Laudabit vſque ad
mortē anima mea dñm: qm̄ eruis
ſuſtinētes te:& liberas eos de manu
anguſtiæ dñe deus noſter. Gradua. Pſal. 111.
Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtī-
tia eius manet ī ſęculum ſęculi. ℣.
Potens in terra erit ſemē eius, gene-
ratio rectorū benedicetur. Euang.
Si quis vult venire poſt me. de cō-
muni vnius mart. folio 458. Offer.
Oratio mea munda eſt: & ideo pe
to, vt detur locus voci meæ in cę-
lo, quia ibi eſt iudex meus, & con-
ſcius meus: in excelſo aſcendat ad
dominū deprecatio mea. Secreta.

HOſtias dñe, quas tibi offerim⁹, propitius ſuſcipe: & intercedēte beato Laurētio marty. tuo, vincula peccatorū noſtrorū abſolue. Per.

Pro ſancto Romano. Secreta.

ACcepta ſit ī cōſpectu tuo dñe noſtra deuotio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutis, pro cuius ſolēnitate defertur. Tertia de S. Maria. Cōio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuam, & ſequatur me. Poſtcōio.

Mat. 16.

DA, q̄s, domine deus noſter: vt, ſicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dominum no.

Pro ſancto Romano. Poſtcōio.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus, dñe deus noſter: vt ſancti Romani martyris tui, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Tertia de S. Maria.

Die 10. ¶ In feſto S. Laurentij mar. Introi.

COnfeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas & magnificētia ī ſanctificatione ei⁹.

Pſal. 95. Pſal. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria. Oratio.

DA nobis, q̄ſumus omnipotens deus, vitiorum noſtrorum flāmas extinguere: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per dominum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2. c. 9 FRatres: Qui parce ſeminat: parce & metet. Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarē enim datorem diligit deus: Potens eſt autē deus omnē gratiam abūdare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiā habentes, abūdetis in omne opus bonū: ſicut ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducādū pręſtabit. Et multiplicabit ſemē veſtrum: & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtrę. Grad. Probaſti domine cor meum: & viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas. Alla, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt: qui per ſignum Crucis cæcos illuminauit, Alleluia. Euang. Niſi granum frumenti. vt in communi mar. f. 461. non dicitur Credo. niſi in eccleſia propria, & niſi venerit in dñica. Offer. Cōfeſſio & pulchritudo in cōſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius. Secreta. Pſal. 16. Pſal. 95.

ACcipe, quęſum⁹ domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concede. Per do. Communio.

Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Poſtcommunio. Ioā 12.

SAcro munere ſatiati, ſupplices te domine deprecamur: vt, quod debitæ ſeruitutis celebramus officio: intercedente beato Laurentio martyre tuo, ſaluationis tuæ ſentiamus augmentum. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filiū tuū.

Infra octauã S. Laurẽtij fit idẽ officiũ qđ in die:& poſt orationẽ diei dr̃ oratio de feſto ſimplici occurrente : tertia de S. Maria. Concede.

Die 11. ¶ Pro comme. ſanctorum martyrũ Tiburtij & Suſannæ. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorũ Tiburtij, & Suſannæ nos dñe foueant continuata pręſidia : quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxiliis cõceſſeris adiuuari. Tertia orõ de S.Maria: Concede, niſi venerit ĩ dñica: tũc enim tertia oratio erit de ſctĩs. Secr.

ADeſto domine precibus populi tui : adeſto muneribus : vt q̃ ſacris ſunt oblata myſteriis, tuorum tibi placeant interceſſione ſanctorum. Per do. Poſtcommunio.

SVmpſimus domine pignus redemptionis ęternæ: quod ſit nobis, quæſumus, interuenięntibus ſanctis martyribus tuis, vitæ præſentis auxilium pariter,& futuræ. Per do.

Die 12. ¶ Pro cõme. S. Claræ virg. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter : vt, ſicut de beatæ Clarę virginis feſtiuitate gaudemus : ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Tertia oratio de Sancta Maria. Concede. Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Poſtcõmunio.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris : eius, quęſumus, interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per do

Die 13. Pro commemoratione ſanctorum mar. Hippolyti,& Caſſiani. Oratio.

DA, quæſum' omnipotens de': vt beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & Caſſiani venerãda ſolennitas, & deuotionẽ nobis augeat,& ſalutem. Tertia oratio de S. Maria. Concede. Secreta.

REſpice domine munera populi tui ſanctorum feſtiuitate votiua:& tuæ teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutem. Poſtcõio.

SAcramentorum tuorum domine communio ſumpta nos ſaluet:& ĩ tuæ veritatis luce cõfirmet.

¶ In vigilia Aſſumptionis B. Mariæ virginis. Introitus. Die 14.

VVltum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines poſt eam : proximæ eius adducẽtur tibi in lętitia & exultatione. ps. Eructauit cor meũ verbum bonum : dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. non dicitur Gloria in excelſis. Oratio. Pſal. 44.

DEus, qui virginalem aulã beatæ Mariæ virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quæſumus : vt ſua nos defenſione munitos, iocundos facias ſuæ intereſſe feſtiuitati. Qui viuis & reg.

Pro cõm. ſancti Laurentij. Oratio. Da nobis. ſupra fol. 424. Deinde pro ſancto Euſebio confeſſ. Oratio.

DEus, qui nos beati Euſebij cõfeſſoris tui annua ſolennitate lętificas : concede propitius : vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ.

Lectio libri Sapientiæ.

EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris : & flores mei,

fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctę ſpei. In me omnis gratia viæ, & veritatis: in me omnis ſpes vitę, & virtutis. Trãſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: & hæreditas mea ſuper mel & fauum. Memoria mea in generatione ſęculorũ. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audiunt me, nõ confundẽtur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidãt me, vitam æternã habebunt. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris inuẽta es mater Saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 11. IN illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiũt illud. Offert. Beata es virgo Maria, quę omniũ portaſti creatorẽ, genuiſti q te fecit, & ĩ ęternũ permanes virgo. Secreta.

MVnera noſtra, Domine, apud clementiam tuam dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de præſenti ſæculo tranſtuliſti, vt pro peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Pro ſancto Laurentio. Secreta. A cunctis. ſuprà. folio 423. Pro commnę. S. Euſebij. Secreta.

LAudis tibi domine hoſtias immolamus, in tuorum commemoratione ſanctorum: quib⁹ nos, & præſentibus exui malis cõfidim⁹, & futuris. Per dominum. Pręfatio cõis. fol. 256. Cõio. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerũt ęterni patris filium. Poſtcõmunio.

COncede miſericors deus fragilitati noſtræ præſidium: vt qui ſanctæ dei genitricis feſtiuitatẽ præuenim⁹, interceſſionis eius auxilio, à noſtris iniquitatib⁹ reſurgam⁹. Per eundẽ dominum. Pro ſancto Laurentio. Poſtcõmunio. Sacro munere. ſuprà. folio 424. Pro commem ſancti Euſebij. Poſtcommunio.

REfecti cibo potuq; cœleſti, de⁹ noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hæc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum &c.

¶In Aſſumptione beatæ Marię Virginis. Introitus. Dic 15.

GAudeamus omnes in domino, diem feſtum celebrantes ſub honore B. Marię virginis, de cui⁹ Aſſumptione gaudent Angeli: & collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Psa 44.
℣. Gloria patri & filio. Oratio

FAmulorum tuorum, quęſum⁹ domine, delictis ignoſce: vt, qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eũdem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum &c.

Eccl. 24.

Lectio libri Sapientię.

IN omnibus requiem quęſiui, & in hæreditate domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium: & q creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi. In Iacob inhabita: & in Iſrael hęreditare: & in electis meis mitte radices. Et ſic in Sion firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei, hęreditas illius: & in plenitudine ſanctorum detētio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in mōte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades: & quaſi plātatio roſæ in Iericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis: & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis, ſicut cinamomum, & balſamū aromatizans, odorem dedi. Quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatē odoris. Grad. Propter veritatem, & mā ſuetudinem, & iuſtitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā: qa cōcupiuit rex ſpeciem tuam. Alla, alla. ℣. Aſſumpta eſt Maria ī cęlū, gaudet exercitus angelorum, alla.

Pſal. 44.

Seq. ſancti euāg. ſecūdum Lucam.

c. 10.



IN illo tēp ore. Intrauit Ieſus in quoddā caſtellū: & mulier quedā Martha nomine, excepit illū in domū ſuā. Et huic erat ſoror nomine Maria: quę etiā ſedens ſecus pedes domini, audiebat verbū illius. Martha aūt ſatagebat circa frequens miniſterium. Quæ ſtetit, & ait. Dn̄e, nō eſt tibi curę quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et reſpondēs dixit illis dn̄s. Martha Martha, ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnū eſt neceſſariū. Maria optimam partem elegit, quę nō auferetur ab ea. dicitur Credo. Offert. Aſſumpta eſt Maria ī cœlū: gaudēt angeli, collaudantes benedicunt dn̄m, Alleluia. Secreta.

Luc. 10.

SVbueniat domine plebi tuę dei genitricis oratio: quam etſi pro conditione carnis migraſſe cognoſcimus, in cęleſti gloria apud te pro nobis intercedere ſentiamꝰ. Per eū.

Præfatio de beata Maria. fol. 252.

Cōmunio. Optimam partem elegit ſibi Maria: quę nō auferetur ab ea in æternum. Poſtcōmunio.

MEnſę cęleſtis participes effecti: imploramus clemētiā tuam dn̄e deus noſter: vt, qui aſſumptionem dei genitricis colimus, à cunctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur. Per eundem.

¶ Infra oct. Aſſumptio. B. virginis, & in eius oct. fit idem officiū quod ī die. Et infra oct. poſt orationē dici dicitur oratio de Spiritu ſancto. Deus qui corda fid. 491. tertia Eccleſiæ. vel pro Papa. Et nō fit de feſto, niſi fuerit duplex, vel ſemidupl. De ſimplici autē fit tātū cōmemo.

¶ In octaua Sancti Laurentij. Intr. Die 17.

PRobaſti domine cor meū, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuēta in me iniquitas. Pſal.

Pſal. 16. Exaudi domine iuſtitiam meam, intende deprecationem meam. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

EXcita domine in Eccleſia tua ſpiritum, cui beatus Laurẽtius leuita ſeruiuit: vt, eodem nos repleti, ſtudeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit. Per. Et fit commemora. de octaua Aſſumptionis Beatę Mariæ. Epiſtol. Pſ. 8. Qui parce ſeminat. vt in feſto eiuſdem. Grad. Gloria & honore coronaſti eum. ℣. Et conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurẽtius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cęcos illuminauit, Alleluia. Euang. Niſi granum frumenti, vt in eius feſto. Et dicit Credo. Pſal. 20. Offert. In virtute tua domine lætabitur iuſtus, & ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Secreta

SAcrificium noſtrum tibi domine: quæſumus, beati Laurentij precatio ſancta conciliet: vt cuius honore ſolenniter exhibetur, eiꝰ meritis efficiatur acceptum. Per dñm. Mat. 16. Cõio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Poſtcõio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos donis cœleſtibus ſatiaſti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione cuſtodias. Per dominũ no.

¶ Pro cõme. S. Agapiti mart. Ora.

LAetetur eccleſia tua deus beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragiis: atque eius precibus glorioſis, & deuota permaneat, & ſecura conſiſtat. Tertia de Spiritu ſancto. Deus qui corda fidelium. fol.491. Secreta.

SVſcipe domine munera, quæ in eius tibi ſolennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Poſtcommunio.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius queſumꝰ ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus.

¶ In feſto Sancti Bernardi Abbatis. Die 20. Miſſa. Os iuſti medita. de cõi vnius Abbatis. fol.430. Epiſt. Iuſtus cor ſuũ tra. in cõmuni doctorũ. f.474. fit cõmemoratio de octaua Aſſumptionis B. Mariæ: & dicitur Credo.

¶ In octaua aſſumptionis Beatę Mariæ miſſa: vt in die, cum commemoratio. ſctõrũ marty. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani. Oratio. Die 22.

AVxilium tuum nobis domine quæſumus, placatus impende: & intercedentibus beatis martyribꝰ tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, dexterã ſuper nos tuę propitiationis extende. Per do. Secreta.

ACcepta tibi ſit Domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per do. Poſtcõio.

DIuini muneris largitate ſatiati, quæſumus domine deus noſter: vt intercedentibus ſanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, in eius ſemper participatione viuamus. Per dñm.

¶ Miſſa vigiliæ S. Bartholomęi dicatur de communi vnius apoſtoli, Ego autem. fol.429. Sequens feſtũ Sancti Bartholomæi celebretur ſe- Die 23. vel 24.

cundum conſuetudinem locorum vel 24 vel 25 Auguſti. Romæ autē celebratur 25 cū cōmemoratione
Die S. Ludouici: in miſſis tm̄ priuatis.

24. vel 25. ¶In feſto S. Bartholomæi apoſtoli. Introitus.

MIhi autem nimis honorati ſunt amici tui deꝰ, nimis confortatus eſt
Pſal. 138. principatus eorum. ps. Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: ꝗ huius diei venerandam ſanctamque lætitiam, in beati apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti: da eccleſiæ tuę, quæſumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per dominum &c.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1. ca. 12. FRatres: Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de mēbro. Et quoſdā ꝗdē poſuit deus in eccleſia, primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deĩde virtutes, exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes ſermonū. Nunquid oēs apoſtoli? nunquid oēs prophetę? nūquid oēs doctores? nūꝗd oēs virtutes? nūquid oēs gratiā hn̄t curationū? nūquid oēs linguis loquūtur? nūꝗd oēs interpretātur? Aemulamini autē chariſmata meliora.

Pſal. 44. Grad. Conſtitues eos principes ſup̄ oēm terrā: memores erunt noīs tui dn̄e. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Te glorioſus apoſtolorum chorus laudat domine, Alleluia.

Seq. ſancti euang. ſecundum Lucā.



IN illo tempore: Exiit Ieſus in montem orare: & erat pnoctās in oratione dei. Et cū dies factꝰ eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apl'os noīauit: Simonē, quē cognominauit Petrū, & Andreā fratrē eius: Iacobū, & Ioannē, Philippum, & Bartholomęū, Matthæum, & Thomā, Iacobū Alphæi, & Simonē qui vocatur Zelotes, & Iudā Iacobi, & Iudā Iſcarioten, ꝗ fuit proditor. Et deſcēdens cū illis, ſtetit in loco cāpeſtri, & turba diſcipulorū eius, & multitudo copioſa plebis ab oī Iudæa & Ieruſalē: & Maritima, & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eū, & ſanarentur à lāguoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibꝰ immūdis curabātur. Et oīs turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & ſanabat oēs. dr̄ Credo. Offert. ca. 6.

Mihi aūt nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta. Pſal. 138.

BEati Apoſtoli tui domine Bartholomęi ſolemnia recenſentes, q̄s: vt eius auxilio tua beneficia capiamꝰ, pro quo tibi hoſtias laudis immolamꝰ. Per do. Præfatio de Apoſtolis. fol. 254. Cōio. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael, dicit dominus. Poſtcommunio. Mat. 19.

SVmptum domine pignus redēptionis æternę, ſit nobis, quæſumus, interueniente beato Bartholomęo apoſtolo tuo, vitæ pſentis auxi
Die lium pariter & futuræ. Per dñm.
25. ¶ Sancti Ludouici conf. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapiētiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex
Pſal. dei eius in corde ipſius.
36. Ps. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris faciētes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus, qui beatum Ludouicum confeſſorem tuum de terreno regno ad cęleſtis regni gloriā tranſtuliſti: eius, quæſumꝰ, meritis & interceſſione, regis omniū Ieſu Chriſti filij tui nos cohæredes efficias. Qui te. Epiſt. Iuſtum deduxit dominus. de communi vnius mar. nō pōtif. fol. 459. Grad. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani, multiplicabitur in domo Domini.
Ioã. ℣. Ad annunciandum mane miſe-
1. ricordiam tuam, & veritatem tuā per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationē: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, Alleluia, Euangeliū. Homo quidam nobilis, de cōi cō-
Pſal. feſſ. non pont. fol. 477. Offertoriū.
88. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PRæſta, quæſumus, omnipotens deus: vt ſicut beatus Ludouicus cōfeſſor tuus, ſpretis mūdi oblectamentis, ſoli regi Chriſto placere ſtuduit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per eundem dñm noſtrū.

Cōmunio. Beatus ſeruus quem cū venerit dominus, inuenerit vigilantē: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. Poſtcōio.

DEus, qui beatum confeſſorem tuum Ludouicum mirificaſti in terris, q̄s: vt, quem ī cęlis glorioſum feciſti, eccleſię tuę cōſtituas defenſorem. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Zepherini Papę & marty. Miſſa Sacerdotes Dei. de communi vnius mart. pontificis. fol. 457. præter orōnē quæ dr̄ vt infra. Oro.

PRęſta, q̄s, omnipotens deus, vt beati Zepherini martyris tui atque pontificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrum. Secreta.

MVnera tibi dn̄e dicata ſanctifica, & intercedente beato Zepherino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum. Poſtcōmunio.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedēte beato Zepherino martyre tuo atque pontifice, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum.

¶ In feſto S. Auguſt. epi & cōfeſſ. ac doctoris eccleſiæ. Introitus.

IN medio eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: ſtolā glorię induit eum. Ps. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ADeſto ſupplicationibꝰ noſtris omnipotens deus: & quibus

fidu-

fiducíam ſperandę pietatis indulges, intercedente beato Auguſtino confeſſore tuo atque pontifice, cõſuetæ miſericordię tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum.

Pro comme. S. Hermetis mar. Oro.

DEus, qui beatũ Hermetẽ martyrem tuum virtute cõſtantię in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per. Epiſt.

Teſtificor coram Deo. folio 466.

Mat. 36. Grad. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabũtur greſſus ei⁹. Alľa, alľa. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Alľa. Euang. Vos eſtis ſal terræ. de eodem communi. fol. 474. dicitur Credo.

Pſal. 91. Offert. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus, quæ in Libano eſt multiplicabitur. Secreta.

SAncti confeſſoris tui Auguſtini nobis, domine, pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgentiã ſemper obtineat. Per dominũ noſtrũ.

Pro ſancto Hermete. Secreta.

SAcrificium tibi domine laudis offerimus in tuorũ commemoratione ſanctorum: da quæſumus: vt, quod illis contulit ad gloriam, nobis pſit ad ſalutẽ. Per dominũ.

Mat. 24. Coio. Fidelis ſeruus & prudẽs, quẽ conſtituit dominus ſuper familiã ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

VT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus confeſſor tuus Auguſtinus & pontifex, quæſumus, pcator accedat. Per do.

Pro ſancto Hermete. Poſtcoio.

REpleti benedictione cœleſti, qs clementiam tuam: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per dominum noſtrũ.

¶ In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtę. Introitus. Die 29.

LOquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non cõfundebar: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Ps. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio. Pſal. 91.

SAncti Ioannis Baptiſtæ, pręcurſoris & martyris tui, quęſumus domine, veneranda feſtiuitas, ſalutaris auxilij, nobis præſtet effectum. Qui viuis & reg.

Pro commemoratione Sanctæ Sabinę mart. Oratio.

DEus, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiã in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti, cõcede propitius: vt beatæ Sabinæ martyris tuę, cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum &c.

Lectio Ieremiæ prophetæ.

IN diebus illis: Factum eſt verbũ dñi ad me, dicens. Accinge lumbos tuos, & ſurge: & loquere ad Iuda oĩa, quæ ego pcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorũ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferreã, & in murum æreum ſuper omnẽ terram regibus Iuda, principibus eius, & ſacerdotib⁹, & omni popu- ca. 1.

lo terræ. Et bellabunt aduerſum te: & non preualebunt, quia ego tecū ſum, ait dñs, vt liberem te. Gradu.
Pſal. 91. Iuſtus, vt palma florebit, ſicut cedr⁹ Libani multiplicabitur ī domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiā tuam, & veritatē tuā per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Iu-
Eccl. 45. ſtus germinabit ſicut Lilium: & florebit in ęternū ante dñm, alleluia.
ca. 6. Seq. ſancti euang. ſecundū Marcū.



IN illo tempore. Miſit Herodes, ac tenuit Ioannē, & vinxit eū in carcerem propter Herodiadem vxorē Philippi fratris ſui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eū, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eū virū iuſtū & ſanctū: & cuſtodiebat eū: & audito eo multa faciebat, & libēter eū audiebat. Et cū dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cęnā fecit principibus, & tribunis, & primis Galilęę. Cūq; introiſſet filia ipſi⁹ Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recūbentibus: rex ait puellę. Pete a me quod vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. Quę cū exiſſet: dixit matri ſuę. Quid petā? At illa dixit. Caput Ioānis Baptiſtę. Cūq; introiſſet ſtatim cū feſtinatione ad regē: petiuit, dicens. Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtę. Et cōtriſtatus eſt rex, propter iuſiurandū: & propter ſimul diſcūbētes, noluit eam cōtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eum in carcere: & attulit caput ei⁹ in diſco, & dedit illud puellę: & puella dedit matri ſuę. Quo audito: diſcipuli ei⁹ venerunt, & tulerūt corpus eius: & poſuerūt illud ī monumēto. Offer.
In virtute tua domine lætabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei. Secreta. Pſal. 20.

MVnera, quę tibi, domine pro ſancti martyris tui Ioānis Baptiſtæ paſſione deferimus, quæſumus, vt eius obtentu nobis proficiant ad ſalutem. Per dominum.
Pro comme. S. Sabinę. Secreta.

HOſtias tibi dñe beatæ Sabinæ martyris tui dicatas meritis benignus aſſume: & ad perpetuū nobis tribue peruenire ſubſidiū. Per.
Cōio. Poſuiſti dñe in capite eius coronā de lapide precioſo. Poſtc. Pſal. 20.

COnferat nobis dñe S. Ioā. Baptiſtę vtraq; ſolennitas: vt & magnifica ſacramenta quæ ſumpſim⁹ ſignificata veneremur, & in nobis potius edita gaudeamus. Per.. Pro comme. S. Sabinę. Poſtcōmunio.

DIuini muneris largitate ſatiati, q̄ſumus domine deus noſter: vt intercedēte beata Sabina martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per. ¶ Sanctorū Felicis, & Adaucti mart. Intr. Die 30.

SApientiam ſanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet Eccleſia: ne-

Pſal. 32. mina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

MAieſtatem tuam domine ſupplices exoramus: vt ſicut nos iugiter ſanctorum tuorum cōmemoratione lætificas, ita ſemper ſupplicatione defendas. Per dominū. Epiſt. Reddit deus iuſtis mercedē. de cōmuni pluri. martyrum. f. 467. Sa. 3.

Grad. Iuſtorū animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentū malitiæ. ℣. Viſi ſunt oculi inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Alleluia: alleluia. ℣. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent in ęternum, Alleluia. Euang. Qui vos audit. de cōmuni plurimorū martyrum f. 469.

Pſal. 31. Offertoriū. Lętamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HOſtias domine plebis tuę intēde: & quas in honore ſanctorum tuorum deuota mente celebrant, proficere ſibi ſentiant ad ſalutem. Per dominū. Communio.

Lu. 12. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Poſtcommunio.

REpleti domine muneribus ſacris, q̄s: vt, intercedentibus ſanctis tuis, in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus. Per domi.

FESTA SEPTEMB.

die 1. ¶ Sancti Egidij Abbatis. Miſſa. Os iuſti medit. vt in communi Abbatum. folio 474. cum commemoratione ſanctorum martyrum duodecim Fratrum. Oratio.



FRaterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quæ, & fidei noſtræ prębeat incrementa virtutum, & multiplici nos ſuffragio cōſoletur. Per dominum. Secreta.

ITerata myſteria dn̄e, pro ſanctorum martyrum tuorum cōmemoratione, deuota mēte tractem⁹: quibus nobis pręſidium creſcat, & gaudium. Per d. Poſtcommunio.

PRęſta q̄s op̄s deus: vt quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiēdo ſectemur. Per dominū.

¶ In Natiuitate ſanctę Marię Virginis. Introitus. Die 8.

SAlue ſanctā parens, enixa puerpera regē: qui cęlum terramque regit in ſęcula ſęculorum. Pſal. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 44.

FAmulis tuis, quęſum⁹ domine, cęleſtis gratię munus impertire: vt, quibus beatę virginis partus extitit ſalutis exordium, Natiuitatis eius votiua ſolennitas, pacis tribuat incrementum. Per dominum no.

In miſſis priuatis ꝓ cōme. S. Adriani mart. Oratio. Pręſta quęſumus oīpotens. de cōi vnius mart. f. 460.

Lectio libri Sapientiæ.

DOminus poſſedit me in initio viarū ſuarū, antequā quicquā faceret à principio. Ab æterno ordi-

nata ſunt, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi: & ego iam concepta eram. Necdũ fontes aquarum eruperant: necdũ montes graui mole conſtiterãt. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram nõ fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando pręparabat cælos, aderã. Quãdo certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quãdo ęthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum ſuum: & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo erã cuncta componens. Et delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ, eſſe cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes: & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me: & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit inueniet vitã, & hauriet ſalutem à domino. Gradu. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę ſine tactu pudoris, inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, ĩ tua ſe clauſit viſcera, factus homo. Alleluia, allſa. ℣. Felix es ſacra virgo Maria, & omnĩ laude digniſſima: quia ex te ort⁹ eſt ſol iuſtitiæ. Allſa.

Initium S. euang. ſm Matthæum.

ca. 1. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob aũt genuit Iudã, & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autẽ genuit Eſron. Eſron autem genuit Arã. Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſon. Naaſon autẽ genuit Salmon. Salmõ autẽ genuit Booz de Raab. Booz autẽ genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid regẽ. Dauid autẽ rex genuit Salomonẽ, ex ea quæ fuit Vrię. Salomon autẽ genuit Roboam. Roboam autẽ genuit Abiã. Abias autẽ genuit Aſa. Aſa autẽ genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Iorã. Iorã autẽ genuit Oziam. Ozias autẽ genuit Ioathan. Ioathã autem genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezechiã. Ezechias autem genuit Manaſſem. Manaſſes autẽ genuit Amon. Amon autẽ genuit Ioſiam. Ioſias autẽ genuit Iechoniã, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Et poſt tranſmigrationẽ Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autẽ genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſt⁹. Credo. **Offertorium.** Beata es virgo Maria: quæ omnium portaſti creatorem, genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes virgo. **Secreta.**

Vnigeniti tui domine nobis ſuc-

currat

currat humanitas: vt qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit: in Natiuitatis eius ſolenniis noſtris nos piaculis exuens, oblationem noſtram ſibi faciat acceptam Ieſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecũ. Prefatio de beata virgine. fol. 252. Communio. Beata viſcera Mariæ virginis, quæ portauerũt æterni patris filiũ.

Poſtcommunio.

SVmpſimus domine celebritatis annuæ votiua ſacramenta: præſta q̃ſumus: vt tẽporalis vitæ nobis remedia præbeant, & æternę. Per. Infra octauã Natiuitatis beatæ Mariæ, & in die octaua dicitur miſſa ſicut in die, ſed infra octauã dicitur ſecunda oratio de Spiritu ſancto. Deus qui corda fideliũ. ſolio 491. & tertia Eccleſiæ. vel pro Papa. Deus omnium fidelium. fol. 491. & nõ fit de feſto, niſi fuerit duplex. vel ſemiduplex. De ſimplici autem

Die 9. fit tantum commemoratio.

¶ Pro cõmemoratione ſancti Gorgonij martyris. Oratio.

SAnctus tuus domine Gorgonius ſua nos interceſſione lætificet: & pia faciat ſolennitate gaudere. Tertia oratio de Spiritu ſancto. Deus qui corda fidelium. folio 491. niſi venerit in dominica: tunc enim tertia oratio erit pro ſanctis. Secreta.

GRata tibi ſit domine noſtræ ſeruitutis oblatio: pro qua ſanctus Gorgonius martyr interuentor exiſtat. Poſtcommunio.

FAmiliam tuam deus ſuauitas ęterna contingat, & vegetet: quę in martyre tuo Gorgonio, Chriſti filij tui bono iugiter odore paſcatur. Die 11. ¶ Pro comme. ſanctorũ mart. Proti, & Hyacinthi. Oratio.

BEatorum martyrũ tuorum Proti, & Hyacinthi nos domine foueat precioſa confeſſio: & pia iugiter interceſſio tueatur. Tertia orõ de Spiritu S. Sec.

PRo ſanctorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi cõmemoratione, munera tibi dñe quæ debemus exoluimus: præſta q̃s: vt remedium nobis perpetuæ ſalutis operentur. Poſtcommunio.

VT percepta nos dñe tua ſancta purificent: beatorũ martyrũ tuorũ Proti, & Hyacinthi, q̃ſumus, imploret oratio. Die 14. ¶ In Exaltatione ſanctæ Crucis. Introitus.

NOs autẽ gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra: per quẽ ſaluati, & liberati ſumus. Pſal. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: Pſal. 66. illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos hodierna die Exaltationis ſanctæ Crucis annua ſolennitate lætificas: præſta quęſumus: vt cuius myſteriũ in terra cognouimus, eius redemptionis premia in cęlo mereamur. Per eundẽ. Et fit comme. de Natiuitate ſanctę Marię. Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

FRatres: Chriſtus factus eſt pro ca. 2. nobis obediens vſque ad mor-

tem : mortem autem Crucis. Propter quod & deus exaltauit illum : & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen:vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium, terreſtrium,& infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus ĩ gloria eſt dei pa
Phil. 2. tris. Grad. Chriſtus factus eſt ꝓ nobis obediens vſque ad mortẽ:mortẽ aũt Crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum:& dedit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomẽ. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignũ, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cœlorum,& dominum. Allꝉa.

c.12. Sequẽtia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tẽpore: dixit Ieſus turbis Iudęorũ. Nũc iudicium eſt mundi : nũc princeps huius mũdi eiicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad me ipſum. Hoc autẽ dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpõdit ei turba,Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternũ. Et quomodo tu dicis,oportet exaltari filiũ hominis Et quis eſt iſte filius hoĩs? Dixit ergo eis Ieſus,Adhuc modicũ lumen in vobis eſt. Ambulate,dum lucẽ habetis:vt non tenebrę vos cõprehẽdant. Et qui ambulat in tenebris,neſcit quo vadat. Dum lucẽ habetis,credite in lucẽ, vt filij lucis ſitis. dicitur Credo. Offert. Protege dñe plebem tuam per ſignũ ſanctæ Crucis, ab inſidiis inimicorũ omnium:vt tibi gratã exhibeamus ſeruitutẽ,& acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum, Alleluia. Secreta.

IEſu Chriſti Dñi noſtri corpore & ſanguine ſaginandi, per quẽ Crucis eſt ſanctificatum vexillũ, q̃s domine deus noſter :.vt ſicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius glorię ſalutaris potiamur effectu. Per eũd. Præfa. de Cruce. f.259. Cõiõ. Per ſignũ crucis de inimicis noſtris libera nos deꝰ noſter. Poſtc.

ADeſto nobis dñe deus noſter : & quos ſanctæ Crucis lętari feciſti honore, eius quoque perpetuis defende ſubſidiis. Per dominũ.

¶In octaua Natiuita. Beatę Mariæ, Die
Miſſa vt in die,cum comme. Sancti 15.
Nicomedis martyris. Oratio.

ADeſto Domine populo tuo : vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara ſuſcipiens, ad impetrãdam miſericordiam tuam ſemper eius patrociniis adiuuetur. Per dominum noſtrum. Secreta.

SVſcipe domine munera propitius oblata, quæ maieſtati tuæ, beati Nicomedis martyris tui commendet oratio. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. Qui tecum vi. Poſtcommunio.

PVrificent nos Domine ſacramẽta quæ ſumpſimus : & intercedẽtę beato Nicomede martyre tuo, à cũctis efficiãt vitiis abſolutos. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

¶In feſto ſanctorum Pontificum Die
& martyrum Cornelij, & Cypria- 16.
ni. Miſſa. Intret in conſpectu tuo,

de cõmuni plurimorũ mart. f. 464. cum cõme. aliarum martyrũ, vt infra, niſi fuerit dñica: quia tunc cõmemoratio ſequẽs fit ĩ dñica, & feſtũ prędictũ transfertur in ij. feriã.

¶ Pro commemoratione ſanctorũ martyrum Euphemię, Lucię, & Geminiani. Oratio.

PReſta domine precibus noſtris cum exultatione prouẽtum: vt quorum diem paſſionis annua deuotione recolimus, etiam fidei conſtantiam ſubſequamur. Tertia oratio. A cũctis. folio 511. Secreta.

VOta populi tui, quæſumus domine, propitiatus intende: & quorũ nos tribuis ſolennia celebrare, fac gaudere ſuffragiis. Poſtcõio.

EXaudi domine preces noſtras: & ſanctorum martyrũ tuorum Euphemię, Lucię, & Geminiani, quorum feſta ſolenniter celebramus, continuis foueamur auxiliis.

Die 20. ¶ In vigilia S. Matthęi apoſtoli & euangeliſtę. Introitus.

EGo autem ſicut oliua ſanctificaui ĩ domo domini: ſperaui in miſericordia dei mei: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt ante conſpectum ſanctorum tuorum. Pſalm⁹. Pſal. 51. Quid gloriaris in malitia qui potẽs es in iniquitate? ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DA, q̃ſumus omnipotens deus: vt, beati Matthęi apoſtoli tui & euangeliſtę, quam præuenimus, veneranda ſolennitas, & deuotionẽ nobis augeat, & ſalutem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Deinde fit cõm. ſanctorum martyrũ Euſtachij & ſociorum. Oratio. Deus qui nos concedis. cum ſua ſecreta, & Poſtcommunio. vt in cõi plur. mart. f. 465. Tertia oratio de ſancta Maria. Concede. niſi feſtum S. Matthęi venerit in feria ij. quia tunc de ſanctis cõme. fit in dñica, & ſabbato fit de vigilia, cum oratione de S. Maria, & Eccleſiæ. folio 513. vel pro Papa. fol. eod. Epiſt. Benedictio Domini ſuper caput iuſti. vt in cõmuni in vigilia vnius Apoſtoli. f. 455. Grad. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciãdum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctẽ.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Vidit Ieſus publicanum, nomine Leui, ſedentem ad telonium, & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publicanorũ, & aliorum qui cum illis erant diſcumbentes. Et murmurabant phariſęi & ſcribę eorum, dicentes ad diſcipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et reſpondens Ieſus, dixit ad illos. Non egẽt qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pęnitẽtiã. Offer. Gloria & honore coronaſti eum: & cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ domine. Secr. Pſ. 8.

APoſtolicę reuerentię culmen offerimus tibi ſacris myſteriis imbuendum, præſta quæſumus domine:

mine: vt beati apoſtoli tui & euãgeliſtæ Matthæi ſuffragiis, cuius natalitia preuenimus, hęc plebs tua ſemper & ſua vota depromat, & deſiderata percipiat. Per do. Cõmunio.

Pſal. 20. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, & magnum decorẽ impones ſuper eũ domine. Poſtcõ.

SAncti apoſtoli tui & euãgeliſtę Matthęi, q̃s, domine ſupplicatione placatus, & veniã nobis tribue, & remedia ſempiterna cõcede. Per.

Die 21. ¶ In feſto ſancti Matthęi apoſtoli & euangeliſtę. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eiꝰ loquetur iudicium: lex dei eius ĩ corde ipſius.

Pſal. 36. Pſal. Noli ęmulari in malignãtibus, neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. ℣. Gloria. Oratio.

BEati Apoſtoli, & Euangeliſtæ Matthęi domine precibus adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Per. Epiſt. Similitudo vultus quat. vt ſupra in feſto ſancti Marci Euangeliſtæ. fol. 384. Gradu.

Pſal. 111. Beatus vir qui timet dominum: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Te glorioſus apoſtolorũ chorus laudat domine, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

Ca. 9. IN illo tempore. Vidit Ieſus hominem ſedentẽ in telonio, Matthæum nomine: & ait illi. Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eũ. Et factum eſt: diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, diſcumbebãt cũ Ieſu & diſcipulis eius. Et videntes phariſæi dicebãt diſcipulis eiꝰ. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Ieſus audiens, ait. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Euntes autem, diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, & nõ ſacrificiũ. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Credo. Offertoriũ. Pſal. 20.

Poſuiſti domine in capite eius coronã de lapide precioſo: vitã petiit à te, & tribuiſti ei. Alleluia. Secreta.

SVpplicationibꝰ apoſtolicis beati Matthęi euangeliſtę, quęſumꝰ domine, eccleſię tuæ commendetur oblatio: cuius magnificis prędicationibus eruditur. Per dominũ. Præfatio de apoſtolis. f. 254. Cõio.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnũ decorẽ impones ſuper eũ domine. Poſtcõio. Pſal. 20.

PErceptis domine ſacramentis, beato Matthæo Apoſtolo tuo & euangeliſta interueniente, deprecamur: vt, quę pro eius celebrata ſunt gloria, nobis proficiãt ad medelam. Per dominum noſtrum.

Die 22. ¶ Sanctorum martyrum Mauritij & ſociorum eius Miſſa. Intret in conſpectu tuo. folio 464. cum epiſtola. Reſpondit vnus de ſenioribus. de communi plurimorũ martyrum. folio 468. præter orationẽ quę dicitur, vt infrà. Oratio.

ANnue, quæſumus, omnipotens deus: vt ſanctorũ martyrum tuorum Mauritij & ſociorum eius, nos lætificet feſtiua ſolennitas: vt quorum ſuffragiis nitimur, eorum na-

talitiis gloriemur. Per do. Secreta.

RESpice, queſumus domine, munera, quæ in ſanctorum martyrum tuorum Mauritij & ſociorũ eius commemoratione deferimus: & præſta: vt quorum honore ſunt grata, eorum nobis fiant interceſſione perpetua. Poſtcommunio.

COeleſtibus refecti ſacramentis, & gaudiis, ſupplices te rogamus domine: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecũ.

Die 25. ¶In feſto ſancti Lini Papæ, & martyris, Miſſa. Sacerdotes tui de cõmuni vnius marty. pontifi. fo. 471. cum commemoratione Sanctæ Teclę virgi. & marty. vt infra: niſi fuerit dominica: quia tunc cõmemoratio ſequens fit in dñica, & feſtum predictũ trãsfertur in ſecũdã feriã.

¶Pro Commemoratione S Teclæ virginis & martyris. Oratio.

DA, quæſumus op̃s deus: vt, qui beatæ Teclæ virginis & martyris tuæ natalitia colimꝰ, & annua ſolẽnitate lętemur, & tãtę fidei proficiamus exẽplo. Tertia orõ, A cunctis. Secr.

SVſcipe domine munera, quę in beatæ Teclæ virginis & martyris tuę ſolennitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari.

Poſtcommunio.

AVxilietur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata Tecla virgine, & martyre tua, ſempiterna faciãt protectione gaudere. Die 26. ¶Sanctorum marty. Cypriani & Iuſtinæ, Miſſa. Salus autem iuſto. de cõmuni plurimorũ martyrum. folio 466. præter orationẽ, quæ dicitur vt infra. Oratio.

BEatorum martyrum tuorũ Cypriani & Iuſtinę nos domine foueant continuata præſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concefferis adiuuari. Per dominum noſtrum. Secreta.

MVnera tibi domine noſtrę deuotionis offerimꝰ: quę & pro tuorum grata ſint honore iuſtorũ, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per do. Poſtcommunio.

PReſta nobis, q̃s domine, intercedentibus ſanctis tuis Cypriano, & Iuſtina: vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per do.

¶In feſto ſanctorũ martyrum Coſmę, & Damiani. Introitus. Die 27.

SApientiam ſanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſęculum ſęculi. Pſalmus. Exultate iuſti Psal. 32. in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

PReſta, q̃ſumus, op̃s Deus: vt, qui ſanctorũ martyrũ tuorum Coſmæ, & Damiani natalitia colimꝰ, à cunctis malis imminentibus eorũ interceſſionibus liberemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Epiſt. Iuſti autẽ in perpetuum. de communi pluri. mart. f. 465. Grad. Clamauerũt iuſti, & dominꝰ exaudiuit eos: Psal. 33. & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc eſt vera

frater-

fraternitas: quæ vicit mundi crimi-
na, Chriſtum ſecuta eſt, inclyta te-
nens regna cæleſtia, alleluia. Euang.
Pſ. 5. Deſcendens Ieſus de monte. de eo-
dem cõi. folio 465. Offert. Gloria-
buntur in te omnes, qui diligunt
nomen tuum: quoniã tu dñe bene
dices iuſto: dñe, vt ſcuto bonę vo-
luntatis tuę, coronaſti nos. Secreta.

SAnctorum tuorum nobis do-
mine pia non deſit oratio: quæ
& munera noſtra conciliet, & tuã
Pſal. 78. nobis indulgentiam ſemper obti-
neat. Per d. Cõmunio. Poſuerunt
mortalia ſeruorum ſuorũ domine
eſcas volatilibus cæli: carnes ſancto-
rum tuorum beſtiis terrę: ſecundũ
magnitudinem brachij tui poſſide
filios morte punitorum. Poſtcõio.

PRotegat, quęſumus, domine,
populum tuum, & participatio
cæleſtis indulta conuiuij, & depre-
catio collata ſanctorum. Per domi.

Die 29. ¶ In feſto Dedicationis ſancti Mi-
chaelis Archangeli. Introitus.

BEnedicite Dñm omnes
angeli eius, potẽtes vir-
tute, q̃ facitis verbum
eius, ad audiendã vocẽ
Pſal. 102. ſermonũ ei⁹. Pſals. Be-
nedic anima mea domino, & om-
nia quę intra me ſunt nomini ſan-
cto eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui miro ordine, angelo-
rum miniſteria, hominumq́;
diſpenſas: concede propitius: vt
quibus tibi miniſtrantibus in cælo
ſemper aſſiſtitur, ab his ĩ terra vita
noſtra muniatur. Per dominum.

ca. 1. Lectio libri Apocalyp. B. Ioã. Apoſt.

IN diebus illis. Significauit deus
quæ oportet fieri cito, loquens
per angelum ſuum ſeruo ſuo Ioan-
ni: qui teſtimonium perhibuit ver-
bo dei, & teſtimonium Ieſu Chri-
ſti, quęcunque vidit. Beatus qui le-
git & audit verba prophetiæ huius:
& ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt.
Tempus enim prope eſt. Ioannes
ſeptem eccleſiis, quæ ſunt in Aſia,
gratia vobis & pax ab eo qui eſt, &
qui erat, & qui venturus eſt: & à ſe-
ptẽ ſpiritibus, qui in cõſpectu Thro
ni eius ſunt: & à Ieſu Chriſto, qui
eſt teſtis fidelis, primogenitus mor-
tuorũ, & princeps regum terrę: qui
dilexit nos, & lauit nos à peccatis
noſtris in ſanguine ſuo. Grad. Be- Pſal. 10.
nedicite dñm omnes angeli ei⁹, po-
tẽtes virtute, qui facitis verbũ eius.
℣. Benedic anima mea dñm, & om
nia interiora mea nomẽ ſanctũ ei⁹.
Alła, alła. ℣. Sãcte Michael archã-
gele defende nos in pręlio: vt nõ pe
reamus in tremendo iudicio. Alła.
In Apparitione S. Michaelis men-
ſe Maij, omiſſo graduali additur ſe-
quens. ℣. Concuſſum eſt mare, &
contremuit terra, vbi archangelus
Michael deſcendit de cælo, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Mattheum.



IN illo tẽpore: c. 18.
Acceſſerũt di-
ſcipuli ad Ieſũ,
dicẽtes. Quis, pu
tas, maior eſt in
regno cęlorum?
Et aduocans Ie-
ſus paruulũ, ſta-
tuit eũ ĩ medio
eorũ, & dixit. Amẽ dico vobis: niſi
cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut
paruuli: non intrabitis in regnum

cœlorum. Quicunque ergo humi-
liauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic
maior eſt ĩ regno cœlorum. Et qui
ſuſceperit vnum paruulum talem
in nomine meo: me ſuſcipit. Qui
autem ſcandalizauerit vnũ de puſil
lis iſtis qui in me credunt: expedit
ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in
collo eius, & demergatur in ꝓfun-
dum maris. Vę mundo à ſcandalis.
Neceſſe eſt enim vt veniant ſcanda-
la: verũtamen væ homini illi, per
quem ſcandalum venit. Si autem
manus tua vel pes tuus ſcandalizat
te, abſcinde eũ, & proiice abs te. Bo
num eſt tibi ad vitam ingredi debi
lem vel claudum, quam duas manꝰ
vel duos pedes habentem mitti in
ignem æternum. Et, ſi oculus tuus
ſcandalizat te: erue eum, & proiice
abs te. Bonum eſt tibi cum vno ocu
lo in vitam intrare, quã duos ocu-
los habentem mitti in gehennam
ignis. Videte ne contemnatis vnum
ex his puſillis. Dico enim vobis: q̃a
angeli eorum ſemper vident faciẽ
patris mei, qui in cœlis eſt. Credo.
Offert. Stetit angelus iuxta arã tem
pli, habens thuribulum aureum in
manu ſua: & data ſunt ei incenſa
multa: & aſcendit fumus aromatũ
in conſpectu dei, Alleluia. Secreta.

HOſtias tibi domine laudis offe
rimus, ſuppliciter deprecãtes:
vt eaſdem angelico pro nobis inter
cedente ſuffragio, & placatus acci-
pias, & ad ſalutem noſtram proue-
Da. 3 nire concedas. Per do. Cõio. Bene-
dicite omnes angeli domini Domi
nũ: hymnũ dicite, & ſuperexaltate
eũ in ſæcula. Poſtcõmunio.

BEati archãgeli tui Michaelis in-
terceſſione ſuffulti, ſupplices te do-
mine deprecamur: vt quod ore pro
ſequimur, cõtingamus & mẽte. Per. Die

¶ In feſto S. Hieronymi pſby. cõfeſ- 30.
ſoris & doctoris eccleſiæ. Introitus.

IN medio eccleſię ape-
ruit os eius, & impleuit
eum dñs ſpiritu ſapiẽ-
tię & intellectꝰ, ſtolam
glorię induit eum. Pſ. Pſal.
Bonum eſt cõfiteri dño, & pſallere 91.
nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria pa
tri & filio, & ſpiritui ſancto. Oro.

DEus, qui eccleſię tuæ in exponẽ
dis ſacris ſcripturis beatũ Hie-
ronymum confeſſorem tuũ, docto
rẽ maximũ, prouidere dignatus es,
præſta, q̃s, vt eius ſuffragantibꝰ meri-
tis, quod ore ſimul & opere docuit,
te adiuuãte exercere valeamus. Per
dñm. Epiſt. Teſtificor corã deo. de
cõi doct. f. 473. Grad. Os iuſti me- Pſal.
ditabitur ſapientiam: & lingua eius 36.
loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius
in corde ipſius: & nõ ſupplantabũ-
tur greſſus eiꝰ. Alleluia, all'a. ℣. A-
mauit eũ dominus: & ornauit eũ:
ſtolam glorię induit eum. Alleluia.
Euangelium. Vos eſtis ſal terræ. de
eodẽ cõiſ. fo. 474. & dicitur Credo.
Offert. Iuſtus, vt palma florebit: ſi- Pſal.
cut cedrus, quæ in Libano eſt, mul- 91.
tiplicabitur. Secreta.

DOnis cœleſtibus, q̃s dñe, libera
nos tribue mente inſeruire: vt
munera quæ deferimus, intercedẽ-
te beato Hieronymo cõfeſſore tuo,
& medelam nobis operẽtur, & glo-
riam. Per dominum. Communio.
Fidelis ſeruus & prudẽs, quem cõ- Mat.
ſtituit dominus ſuper familiã ſuã: 24.
vt det illis in tempore tritici men-

ſuram. Poſtcommunio.

REpleti alimonia cœleſti, quęſumus domine: vt interueniente btõ Hieronymo confeſſore tuo, miſericordię tuæ gratiam conſequi mereamur. Per dominum noſtrũ.

FESTA OCTOBR.

¶Sancti Remigij Epiſcopi, & Confeſſoris, Miſſa. Statuit ei dominus. de cõmuni cõfeſſorũ põtifi. f.470.

die4. ¶In feſto S. Frãciſci cõfeſſ. Introit⁹.



MIhi aũt abſit gloriari, niſi in cruce Dñi noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ mihi mũdus crucifixus
Pſal. 14. eſt, & ego mũdo. ps. Voce mea ad dñm clamaui, voce mea ad dñm deprecatus ſum. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui eccleſiã tuã beati Frãciſci meritis fœtu nouę prolis amplificas: tribue nobis, ex ei⁹ imitatione terrena deſpicere, & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per dominum no.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

Ga.6. FRatres: Mihi aũt abſit gloriari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt; & ego mundo. In Chriſto enĩ Ieſu neq; circũciſio aliqd valet, neq; pputiũ: ſed noua creatura. Et quicũq; hanc regulã ſecuti fuerint: pax ſup illos, & miſericordia, & ſup Iſrael dei. De cetero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enĩ ſtigmata dñi Ieſu in corpore meo porto. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cũ ſpiritu ve
ſtro fratres. Amẽ. Grad. Os iuſti me Pſal. 36.
ditabitur ſapientiã, & lingua ei⁹ loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipſius: & nõ ſupplãtabũtur greſſus ei⁹. Alla, alla. ℣. Frãciſcus pauper & humilis, cælũ diues ingredit̃, hymnis cœleſtib⁹ honoratur, Alla. Euang. Confiteor tibi pater. de cõmuni plurimorum marty. fol.469.
Offert. Veritas mea, & miſericor- Pſal. 88.
dia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

MVnera tibi dñe dicata ſanctifica: & intercedẽte btõ Frãciſco, ab omni nos culparũ labe purifica. Per. Cõio. Fidelis ſeruus &
prudẽs, quẽ conſtituit dominus ſu- Mat. 24.
per familiam ſuam: vt det illis in tẽpore tritici menſuram. Poſtcõio.

ECcleſiam tuã, qs, dñe gratia cęleſtis amplificet: quã, beati Franciſci illuminare voluiſti glorioſis meritis, & exemplis. Per dominum.

¶Sancti Marci Papæ & cõfeſſ. Intr. die7.

SAcerdotes tui dñe induãt iuſtitiã: & ſancti tui exultẽt: propter Dauid ſeruũ tuũ nõ auertas faciẽ Chri
ſti tui. ps. Memento domine Da- Pſal. 131.
uid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

EXaudi domine preces noſtras, & intercedẽte beato Marco cõfeſſore tuo atq; pontifice, ſupplicationes noſtras placatus intẽde. Per.

Pro cõme. ſctõrũ mar. Sergij, Bac-

chi, Marcelli, & Apuleij. Oratio.

SAnctorum martyrū tuorū nos dn̄e Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij, beata merita proſequātur: & tuo ſemper faciant amore feruē-tes. Per. Epiſt. Plures facti ſunt ſacerdotes. de communi confeſſorū
Pſal. 131. pontificū. fol. 471. Grad. Sacerdotes eius induant ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dn̄s, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternū, ſm ordinem Melchiſedech, Alla. Euang. Vigilate, q̄a neſcitis. de eodem communi. fol. 471. Offerto.
Pſal. 88. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorū honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum.

Pro ſanct[illegible] ſecreta.

MAieſtatem tuam nobis dn̄e, q̄s, hęc hoſtia reddat immolanda placatā, tuorū digna poſtulatione ſanctorū. Per do. Cōio.
Mat. 24. Beat⁹ ſeruus, quē cū venerit dn̄s, īuenerit vigilātē: amē dico vobis, ſup̄ oīa bona ſua cōſtituet eū. Poſtcōio.

DA, q̄s domine, fidelibus populis, ſanctorū tuorū ſemper veneratione lætari, & eorū perpetua ſupplicatione muniri. Per dominū.

Pro ſanctis. Poſtcommunio.

SAcramētis domine muniamur acceptis: & ſanctorum martyrū tuorum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij interceſſione, contra omnes nequitias irruentes, armis cœleſtibus protegamur. Per dominum.

¶ In feſto ſanctorum martyrū Dionyſij, Ruſtici, & Eleutheri. Introitus. die 9.

SApiētiam ſanctorum narrent populi, & laudes eorum nunciet Eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſęculum ſæculi. p̄s. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri & filio. Oratio. Pſal. 32.

DEus, qui hodierna die beatum Dionyſium martyrem tuum atque pontificem, virtute cōſtantiæ ī paſſione roboraſti: quique illi ad prędicandū gentibus gloriam tuā, Ruſticū, & Eleutherū ſociare dignatus es: tribue nobis, q̄s, eorum imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per dominū no.

Lectio Actuum Apoſtolorum. c. 17.

IN diebus illis. Stans Paulus ī medio Areopagi, ait, Viri Athenienſes, per oīa quaſi ſuperſtitioſos vos video. Præteriens enim, & videns ſimulacra veſtra, inueni & arā ī qua ſcriptū erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundū & oīa quę in eo ſunt: hic cœli, & terrę cū ſit dn̄s, non in manufactis templis habitat, nec manib⁹ humanis colit̃, indigēs aliquo, cū ipſe det oīb⁹ vitā & inſpirationē & omnia: fecitq́; ex vno omne genus hominū inhabitare ſuper vniuerſam faciē terrę, definiēs ſtatuta tēpora & terminos habitationis eorū: q̄rere deū ſi forte attrectēt eum, aut in-

tieniant, quãuis nõ lõge ſit ab vno-
quoque noſtrum. In ipſo enim vi-
uimus & mouemur & ſum⁹, ſicut
& quidam veſtrorum poetarũ dixe
runt: Ipſius enim & genus ſumus.
Genus ergo cũ ſimus dei, non debe
mus æſtimare auro & argento, aut
lapidi, ſculpturę artis, & cogitatio-
nis hominis, diuinum eſſe ſimilę. Et
tempora quidẽ huius ignorãtiæ de-
ſpiciens deus, nunc annũciat homi
nibus, vt oẽs vbique pœnitentiam
agant: eo quod ſtatuit diem in quo
iudicaturus eſt orbem in æquitate,
in viro in quo ſtatuit, fidem præbẽs
omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.
Cum audiſſent aũt reſurrectionem
mortuorum, quidam quidem irri-
debant, quidam vero dixerunt. Au-
diemus te de hoc iterũ. Sic Paulus
exiuit de medio eorũ. Quidam ve-
ro viri adhærentes ei, crediderunt:
in quibus & Dionyſius Areopagi-
Pſal. ta, & mulier nomine Damaris, &
123. alij cum eis. Grad. Anima noſtra
ſicut paſſer erepta eſt de laqueo ve-
nantium. ℣. Laqueus cõtritus eſt,
& nos liberati ſumus: adiutorium
noſtrum in nomine domini, qui fe
cit cœlum & terrã. Alla, alla. ℣.
Iuſti epulentur, & exultent in cõſpe
ctu dei, & delectentur in lætitia, alle
luia. Euang. Deſcendens Ieſus, de
Pſal. communi pluri. marty. folio 465.
149 Offert. Exultabunt ſancti in gloria:
lętabuntur in cubilibus ſuis: exul-
tationes dei in faucibus eorum,
alleluia. Secreta.
Oblata tibi domine munera po
puli tui, pro honore ſanctorũ mar
tyrum tuorum Dionyſij, Ruſtici,
& Eleutheri, ſuſcipe ꝓpitius quę-
ſumus: & eorum nos interceſſione
ſanctifica. Per dominum. Cõio.
Dico autem vobis amicis meis: ne Luc.
terreamini ab his, qui vos perſe- 12.
quuntur. Poſtcommunio.
Sumptis domine ſacramẽtis, qſ.
vt intercedentibus beatis marty
rib⁹ tuis Dionyſio, Ruſtico, & Eleu-
thero, ad redemptionis ęternæ pro-
ficiamus augmẽtum. Per dominũ.

¶ In feſto ſancti Calliſti papæ, Die
& martyris. Introitus. 14.

Sacerdotes Dei benedi
cite dominũ: ſancti &
humiles corde laudate
deum. pſ. Benedicite Da. 3
omnia opera domini
dño, laudate, & ſuperexaltate eum
in ſęcula. ℣. Gloria patri. Oratio.
Deus, qui nos cõſpicis ex noſtra
infirmitate deficere: ad amo-
rem tuum nos miſericorditer per
ſanctorum tuorum exempla reſtau
ra. Per do. Epiſt. Omnis pontifex.
de communi cõfeſſ. pont. fol. 472.
Grad. Inueni Dauid ſeruum meũ:
oleo ſancto meo vnxi eum: manus
enim mea auxiliabitur ei: & bra-
chium meũ confortabit eũ. ℣. Ni-
hil proficiet inimicus in eo, & filius
iniquitatis non nocebit ei. Alla, al
leluia. ℣. Amauit eum dñs, & orna
uit eũ, ſtolam glorię induit eũ, alla.
Euangelium. Si quis venit de com-
muni marty. pontificum. fol. 457.
Offert. Veritas mea, & miſericor-
dia mea, cũ ipſo: & in nomine meo Pſal.
exaltabitur cornu eius. Secreta. 88.
Myſtica nobis domine proſit
oblatio: quæ nos, & à reati-
bus noſtris expediat, & perpetua ſal
uatione confirmet. Per dominum.

Mat. 24. Cõio. Beatus ſeruus,quem cum ve
nerit dominus, inuenerit vigilantẽ:
amen dico vobis, ſuper omnia bo-
na ſua conſtituet eum. Poſtcõio.

QVæſumus omnipotens deus:
vt reatum noſtrum munera ſa
cra purificent: & recte viuendi no-
bis operentur effectum. Per domi.

Die 18. ¶ In feſto S. Lucę euang. Introitus.

MIhi autem nimis hono-
rati ſunt amici tui de⁹:
nimis confortatus eſt
principatus eorũ. Pſalm.
Pſal. 138. Domine probaſti me,
& cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſ
ſionem meam & reſurrectionem
meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

INterueniat pro nobis,quęſumus
domine, ſanctus tuus Lucas euã
geliſta: qui crucis mortificationem
iugiter in ſuo corpore pro tui no-
minis honore portauit. Per domi.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Corinthios.

2.c.8 FRatres: Gratias ago Deo, qui
dedit eandem ſolicitudinẽ pro
vobis in corde Titi, quoniam ex-
hortationem quidem ſuſcepit: ſed
cum ſolicitior eſſet, ſua voluntate
profectus eſt ad vos. Miſimus etiam
cum illo fratrem noſtrũ, cuius laus
eſt in euãgelio per omnes eccleſias.
Non ſolum autem: ſed & ordina-
tus eſt ab eccleſiis comes peregrina
tionis noſtræ, in hanc gratiam quæ
miniſtratur à nobis ad domini glo
riam, & deſtinatam volũtatem no-
ſtram. Deuitantes hoc, nequis nos
vituperet in hac plenitudine, quæ
miniſtratur à nobis in Domini glo
riam. Prouidemus enim bona: nõ
ſolum coram deo, ſed etiam corã
hominibus. Miſimus autem cum
illis & fratrem noſtrum, quem pro
bauimus in multis ſępe ſolicitum
eſſe: nũc autem multo ſolicitiorẽ:
confidentia multa in vos, ſiue pro
Tito qui eſt ſocius meus, & in vo-
bis adiutor: ſiue fratres noſtri, apo
ſtoli eccleſiarũ, gloria Chriſti. Oſtẽ
ſionem ergo quæ eſt caritatis veſtrę
& noſtrę glorię pro vobis, in illos
oſtẽdite in facie eccleſiarũ. Gradu.

In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ: Pſal. 18.
& in fines orbis terrę verba eorum.
℣. Cæli enarrant gloriã dei: & ope-
ra manuũ eius annunciat firmamẽ
tum. Allꝉa, allꝉa. ℣. Ego vos elegi de Ioã. 15.
mundo, vt eatis, & fructũ afferatis:
& fructus veſter maneat: Alleluia.
Seq. ſancti euangelij ſm Lucam.



IN illo tpe: c. 10.
Deſignauit
Dñs & alios ſe-
ptuagĩta duos:
& miſit illos bi-
nos ante faciẽ
ſuã, in omnem
ciuitatẽ & lo-
cũ quo erat ipſe
vẽturus. Et dicebat illis. Meſſis qui-
dẽ multa: operarij autẽ pauci. Ro-
gate ergo dominum meſſis, vt mit-
tat operarios in meſſem ſuam. Ite:
ecce ego mitto vos ſicut agnos in-
ter lupos. Nolite portare ſacculũ,
neque peram, neque calceamen-
ta: & neminem per viam ſalutaue-
ritis. In quamcunque domum in-
traueritis, primum dicite: Pax huic
domui. Et, ſi ibi fuerit filius pa-
cis, requieſcet ſuper illum pax ve-
ſtra: ſin autem, ad vos reuertetur.
In eadem autem domo manete:

edentes,& bibentes, quę apud illos ſunt. Dignus eſt enī operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quācūque ciuitatem intraueritis,& ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis:& curate infirmos q ī illa ſunt: & dicite illis. Appropinquauit in vos regnum Dei. Credo. Offerto.
Pſal. 138. Mihi autē nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

DOnis cœleſtibus da nobis,quæſumus domine,libera tibi mēte ſeruire:vt munera,quę deferim⁹, interueniente beato euāgeliſta tuo Luca,& medelam nobis operētur, & gloriam. Per dominū. Præfatio de apoſtolis fol.254. Communio.
Mat. 19. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcommunio.

PRęſta, quæſumus, omnipotēs deus, vt, quod de ſancto altari tuo accepimus, precibus beati euāgeliſtę tui Lucę, ſanctificet animas noſtras: per quod tuti eſſe poſſimus.Per dominum noſtrum &c.

Die 21. ¶Sancti Hilarionis Abbatis Miſſa. Os iuſti meditabitur. de communi vnius Abbatis. folio 474.
Et pro commemoratione Sanctę Vrſulæ & ſociarum.Oratio.Da nobis qs dn̄e ſctārū virginū & marty. vt in cōi pluri. virginū & m̄. f.481.
Die 23. ¶Sāctorū marty. Chryſanthi & Dariæ.Miſſa.Intret in conſpectu tuo. de cōi pluri.mart. fol.464. excepta oratione q̄ dicitur,vt infra. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum, domine, Chryſanthi & Dariæ, quæſumus, adſit nobis oratio: vt quos veneramur obſequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium.Per do. Secreta.

POpuli tui, quæſumus domine, tibi grata ſit hoſtia:quæ in natalitiis ſanctorum martyrum tuorū Chryſanthi & Dariæ ſolēniter immolatur.Per do. Poſtcommunio.

MYſticis domine repleti ſum⁹ votis,& gaudiis: pręſta, quæſumus: vt interceſſionibus ſanctorum martyrum tuorum Chryſanthi & Darię,quę tēporaliter agim⁹, ſpiritualiter conſequamur. Per do.
¶Sancti Euariſti papę & martyris, Miſſa. Statuit ei dominus. de communi vnius marty.pont. fol.456. Die 26.
¶In vigilia Apoſtolorum Simonis,& Iudæ. Introitus. Die 27.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus compeditorū:redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorum tuorum, q effuſus eſt. ps. Deus venerunt gētes in hęreditatē tuā:polluerūt tēplū ſanctum tuū: poſuerūt Ieruſalē in pomorū cuſtodiam. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 77.

COncede, qs ops deus: vt ſicut Apoſtolorum tuorum Simonis,& Iudę glorioſa natalitia pręuenimus: ſic, ad tua beneficia pmerēda,maieſtatē tuā pro nobis ipſi pręueniant.Per dominū. Secunda oratio de Sācta Maria. Concede. tertia Eccle. vel pro Papa.f.513. Epiſt. Spectaculum facti ſumus. de communi confeſſ.non pontifi. fol.475.
Grad. Vindica domine ſanguinē ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Pſal. 78.
℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum

tuorum domine eſcas volatilib⁹ cœ
li: carnes ſanctorum tuorum beſtiis
terræ. Euang. Ego ſum vitis vera. vt
Pſal. 149. in cõi mart. tẽpore paſchali. f.462.
Offert. Exultabunt ſancti in gloria,
lętabuntur in cubilibus ſuis: exalta-
tiones dei ĩ faucibus eorũ. Secreta.
MVneribus noſtris domine ſan-
ctorum apoſtolorum tuorũ
Simonis, & Iudæ feſta præcedimus,
te ſuppliciter deprecantes: vt, quę
cõſcientię noſtræ prępediuntur ob
ſtaculis, illorũ meritis grata reddan
Pſal. 78. tur. Per do. Alia ſecreta. Tua dñe.
tertia. Protege. vel Oblatis. f.512.
Cõmunio. Poſuerunt mortalia ſer
uorum tuorum domine eſcas vola
tilibus cœli: carnes ſanctorum tuo-
rum beſtiis terræ: ſecundũ magni-
tudinem brachij tui poſſide filios
morte punitorum. Poſtcõmunio.
SVmpto domine ſacramẽto ſup
pliciter deprecamur: vt, interce-
dẽtibus beatis Apoſtolis tuis Simo-
ne, & Iuda, quod temporaliter geri
mus, ad vitam capiam⁹ ęternã. Per.
Secunda poſtcõio. Sũptis dñe. ter-
tia. Quęſumus. vel Hæc nos. f.512.
Die 28. ¶In feſto Apoſtolorum Simonis,
& Iudæ. Introitus.
Mihi autem nimis hono-
rati ſunt amici tui de⁹:
nimis confortatus eſt
Pſal. 138. principatus eorum. ps.
Domine ꝓbaſti me &
cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſio
nem meam & reſurrectionẽ meã.
℣. Gloria patri, & filio. Oratio.
DEus, qui nos per beatos apo-
ſtolos tuos Simonem, & Iudã
ad agnitionem tui nominis venire
tribuiſti: da nobis, eorum gloriam
ſempiternam, & proficiendo cele-
brare, & celebrando proficere. Per
dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ
filium tuum. Qui tecum viuit &c.
Lectio epiſtolæ beati Pauli apo-
ſtoli ad Epheſios. ca. 4.
FRatres: Vnicuique noſtrum da-
ta eſt gratia ſecundum menſu-
ram donationis Chriſti. Propter qđ
dicit. Aſcendens in altum, captiuã
duxit captiuitatem: dedit dona ho-
minibus. Quod autem aſcendit: qd
eſt niſi quia & deſcendit primum
in inferiores partes terrę? Qui deſcẽ
dit, ipſe eſt & qui aſcẽdit ſuper om-
nes cœlos, vt impleret omnia. Et
ipſe dedit quoſdam quidem apo-
ſtolos: quoſdam autem prophe-
tas: alios vero euãgeliſtas: alios au
tem paſtores, & doctores, ad con-
ſummationem ſanctorum, in opus
miniſterij, in ędificationem Cor-
poris Chriſti: donec occurramus
omnes in vnitatem fidei, & agnitio
nis filij dei, in virum perfectum, in
menſuram ętatis plenitudinis Chri
ſti. Grad. Conſtitues eos principes Pſal. 44.
ſuper omnem terram: memores
erunt nominis tui domine. ℣. Pro
patribus tuis nati ſunt tibi filij: pro-
pterea populi confitebuntur tibi.
Alleluia, alleluia. ℣. Nimis hono-
rati ſunt amici tui deus: nimis con
fortatus eſt principatus eorũ. Alla.
Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.
IN illo tempore: Dixit Ieſus di- ca. 15.
ſcipulis ſuis. Hęc mando vobis,
vt diligatis inuicem. Si mundus
vos odit: ſcitote, quia me prio-
rem vobis odio habuit. Si de mun
do fuiſſetis, mundus quod ſuum

erat diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mūdus. Mementote ſermonis mei, quē ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior dn̄o ſuo. Si me perſecuti ſunt: & vos perſequentur. Si ſermonem meū ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Sed hęc omnia facient vobis ꝓpter nomen meum: quia neſciunt eū qui miſit me. Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem: peccatum nō haberent. Nunc autem excuſationē non habent de peccato ſuo. Qui me odit: & patrem meum odit. Si opera non feciſſem ī eis, quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nūc autem & viderunt & oderūt, & me & patrem meum. Sed vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt. Quia odio habuerunt me gra-
Pſal. 18. tis. dicitur Credo. Offert. In oēm terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

GLoriam domine ſanctorum apoſtolorum tuorum perpetuam venerantes, quæſumus: vt eā ſacris myſteriis expiati, dignius celebremus. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū filiū tuū. Præfatio de apoſtolis. fol. 254. Cōmunio. Vos
Mat. 19. qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Poſtcommunio.

PErceptis dn̄e ſacramentis ſuppliciter exoramus: vt intercedētibus beatis apoſtolis tuis Simone & Iuda: quæ pro illorum veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuū. Qui tecum viuit & regnat &c.

¶In vigil. omnium ſanctorū. Intr. Die 31.

IVdicant ſancti gētes, & dominātur populis: & regnabit dominus deus illorū ī perpetuum. ps. Exultate Pſal. 32. iuſti ī domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

DOmine deus noſter, multiplica ſuper nos gratiam tuam: & quorū prȩuenimus glorioſa ſolennia: tribue ſubſequi ī ſancta ꝓmiſſione lætitiam. Per. Secunda oratio de Spiritu ſancto. Deus qui corda. tertia Eccleſię tuæ. vel pro Papa. Deus omnium fideliū. folio 512.

Lectio libri Apoc. B. Ioan. Apli.

IN dieb' illis: Ecce ego Ioānes vidi ca. 5. in medio throni & quatuor animaliū, & in medio ſeniorū, agnum ſtantem tāquam occiſum, habētē cornua ſeptē, & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptē ſpiritus dei, miſſi in oēm terrā. Et venit, & accepit librum de dextera ſedentis in throno. Et cum aperuiſſet librū: quatuor aīalia & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt corā agno: habentes ſinguli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorū: quę ſunt orationes ſanctorū. Et cātabāt canticum nouū, dicentes. Dignus es dn̄e accipere librum: & ſoluere ſignacula eius: qm̄ occiſus es: & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione: & feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram. Et vidi, & audiui vocē angelorū multorū in circuitu throni, & aīalium, & ſeniorum: & erat numerus eorū

millia millium voce magna dicentiũ. Dignus eſt agnus q occiſus eſt, accipere virtutẽ, & diuinitatẽ, & ſapientiã, & fortitudinẽ, & honorẽ, & gliã, & bñdictionẽ, in ſcła ſctorũ.
Pſal. 149. Amẽ. Grad. Exultabũt ſancti ĩ gloria: lętabũtur in cubilib⁹ ſuis. ℣. Cãtate dño cãticum nouũ: laus ei⁹ in eccleſia ſctõrũ. Euãg. Deſcẽdẽs Ieſus de monte. de cõi plur. m. f. 465.
Pſal. 149. Offert. Exultabũt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secr.

Altare tuũ dñe de⁹ munerib⁹ cumulamus oblatis: da qs: vt ad ſalutẽ noſtrã, Oĩum ſctõrũ tuorũ ꝑcatione proficiãt, quorũ ſolennia ventura pręcurrimus. Per domi.
Sa. 3. Cõio. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt, & nõ tãget illos tormẽtũ malitię: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori, illi aũt ſunt ĩ pace. Poſtcõio.

Sacramẽtis dñe & gaudiis optata celebritate expletis, qs: vt eorũ ꝓcibus adiuuemur, quorũ recordationibus exhibentur. Per dominũ.

FESTA NOVEMB.

die 1. ¶ In feſto Omnium Sanctorum. Introitus.



Gaudeam⁹ omnes in Domino, diem feſtũ celebrantes ſub honore sãctorum omnium, de quorũ ſolẽnitate gaudent angeli: & collaudant filiũ dei. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & Spir. &c. Oratio. Pſal. 32.

Omnipotens ſempiterne deus, q nos Omnium ſanctorũ tuorũ merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quæſum⁹, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Apocal. B. Ioã. Apłi.

In diebus illis: Ecce, ego Ioãnes vidi alterũ angelum aſcendentem ab ortu ſolis: habentẽ ſignũ dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datũ eſt nocere terræ, & mari, dicens. Nolite nocere terrę, & mari, neque arborib⁹: quoaduſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorum, centum quadragintaquatuor millia, ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad, duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignati. Ex tribu Nephtalim, duodecim millia ſignati. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati. Ex tribu Simeon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Leui, duodecim millia ſignati. Ex tribu Iſſachar, duodecim millia ſignati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia ſignati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia ſignati. Poſt hæc vidi turbam magnã, quã dinumerare nemo poterat, ex oĩbus gẽtibus, ca. 5.

tribubus, & populis, & linguis, ſtã
tes ante thronum : & in conſpectu
agni, amicti ſtolis albis, & palmæ
in manibus eorum : & clamabant
voce magna, dicentes. Salus deo no
ſtro, qui ſedet ſuper thronum, &
agno. Et oẽs angeli ſtabãt in circui-
tu throni, & ſeniorum, & quatuor
animaliũ:& ceciderunt in cõſpectu
throni in facies ſuas, & adorauerũt
deum, dicentes, Amen. Benedictio,
& claritas, & ſapientia, & gratiarũ
actio, honor, virt⁹, & fortitudo deo
noſtro, in ſęcula ſęculorum. Amẽ.
Pſal. 33. Grad. T imete dominũ omnes ſan
cti eius : quoniam nihil deeſt timẽ-
tibus eum. ℣. Inquirentes autẽ do-
minum, non deficient omni bono.
Mat. 11. A lleluia, alleluia. ℣. Venite ad me
omnes qui laboratis, & onerati
eſtis : & ego reficiam vos. Alleluia.
Euangelium. V idens Ieſus turbas,
de cõi plurimo. martyrum. fo.4[illegible]
Sa. 3. C redo. Offertoriũ. I uſtorum ani-
mę in manu dei ſunt : & non tãget
illos tormentum mortis : viſi ſunt
oculis inſipientium mori, illi au-
tem ſunt in pace. Secreta.
M Vnera tibi domine noſtrę de
uotionis offerimus : quæ &
pro cunctorum tibi grata ſint ho-
nore iuſtorum, & nobis ſalutaria
te miſerante reddantur. Per domi-
num noſtrum. Communio.
Mat. 5. B eati mundo corde, quoniam ipſi
deum videbunt: beati pacifici, quo
niam filij Dei vocabuntur: beati
qui perſecutionem patiuntur pro-
pter iuſtitiam, quoniã ipſorũ eſt re-
gnum cælorum. Poſtcommunio.
D A, quæſumus domine, fideli-
bus populis, Omniũ ſancto-
rum tuorum ſemper veneratione
lætari : & eorum perpetua ſupplica
tione muniri. Per dominum no.
Infra octa. Omniũ Sanctorum, &
in die octaua, Miſſa dicitur ſicut in
die. Sed infra octauã ſecũda oratio.
do Spũ ſancto. D e⁹ qui corda fidel.
tertia E ccleſię tuę. vel pro Papa. De
feſtis duplicibus, & ſemidup. infra
eam occurentibus fit, cum comme
moratione octauæ. De ſimplicibus
autem fit tantum commemoratio.
¶ Secunda die fit Commemoratio die 2.
omnium fidelium defunctorum :
& dicitur Miſſa. R equiẽ ęter. quæ
loco ſuo circa finem Miſſalis habe-
tur. f.520. Si autem ſecũda dies fue-
rit dominica, dicta commemora-
tio defunctorum fit feria ſecunda.
¶ Pro comme. ſanctorum martyrũ die 4.
Vitalis, & Agricolæ. Oratio.
P Ræſta, quæſumus, omnipo-
tens deus: vt, qui ſanctorum
martyrum tuorum Vitalis
& Agricolę ſolẽnia colim⁹,
eorũ apud te interceſſionibus adiu-
uemur. Tertia orõ de Spiritu ſan-
cto, niſi venerit in Dominica, quia
tunc tertia erit de ſanctis. Secreta.
O Blatis, quæſumus, domine pla
care muneribus : & intercedẽ
tibus ſanctis martyribus tuis Vita-
le & Agricola, à cunctis nos defen-
de periculis. Poſtcommunio.
H Aec nos cõmunio dñe purget
à crimine, & intercedentibus
ſanctis martyribus tuis Vitale & A-
gricola, cæleſtis remedij faciat eſſe
conſortes. Per dominum noſtrum.
¶ In die octaua Omnium ſancto- die 8.
rum, dicitur Miſſa, vt in die, cum
commemo. ſanctorum martyrum

Quatuor Coronatorum. Oratio.

PRæſta, quęſumus, ops deus: vt, qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouim⁹: pios apud te ĩ noſtra ĩterceſſione ſentiam⁹. Per. Secr.

BEnedictio tua domine larga deſcendat, quæ & munera noſtra, deprecãtib⁹ ſanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, & nobis ſacramentum redemptionis efficiat. Per dominum noſtrum. Poſtcõio.

COeleſtibus refecti ſacramentis & gaudiis, ſupplices te dñe deprecamur: vt quorũ gloriamur
die 9. triũphis, protegamur auxiliis. Per.

¶In dedicatione baſilicę Saluatoris dr̃ Miſſa. Terribilis eſt locus iſte. de cõi Dedicationis eccleſiæ. f.485. & pro cõm. S. Theodori mart. Oratio.

DEus qui nos beati Theodori martyris tui cõfeſſione glorioſa circũdas & protegis: præſta nobis, ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per dominum. Secreta.

SVſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: & ĩtercedẽte beato Theodoro martyre tuo, per hæc piæ deuotionis officia, ad cęleſtem gloriam tranſeamus. Per domi. Poſtcommunio.

PRęſta nobis, quęſum⁹ domine, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

Die 10. ¶ Sanctorum mart. Tryphonis, Reſpicij, & Nymphę. Introitus.

CLamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Pſal's. Benedicã dominũ in omni tẽpore, ſemper laus eius ĩ ore meo. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

FAc nos, quæſumus domine, ſanctorum martyrũ tuorũ Tryphonis, Reſpicij, & Nymphę ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragiis protectionis tuę dona ſentiamus. Per do.

Epiſto. Non ſunt condignę. de cõi Pſal. 78.
plurimo. martyrum. f.467. Gradu.

VIndica dñe ſanguinem ſanctorũ tuorũ, qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorũ eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorũ tuorum beſtiis terræ. Alleluia, alleluia. ℣. Precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius, alſa. Euange. Attẽdite à ferm. de eodem cõi. fol. 470. Pſal 31.
Offertorium. Lætamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

MVnera tibi domine noſtræ deuotionis offerim⁹: quę & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum: & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per domi. Cõio. Mat. 12.
Quicũq; fecerit volũtatẽ patris mei qui in cęlis eſt: ipſe me⁹ frater & ſoror, & mater eſt, dicit dñs. Poſtcõio.

PRæſta nobis, quęſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Tryphone, Reſpicio, & Nympha: vt quod ore contingim⁹ pura mente capiamus. Per domi.

¶ In feſto S. Martini epiſcopi & cõ Die 11.
feſſoris. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamẽtũ pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas
ĩ ęternũ. Pſal's Memẽ Pſal. 131.
to domine Dauid, & omnis man-

ſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius: vt, interceſſione beati Martini confeſſoris tui atque pontificis, contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum.

Deinde fit commemoratio ſancti Mene martyris. Oratio. Præſta, q̃ſumus omnipotẽs deus: vt, qui btī. Cũ ſua ſecreta, & poſtcõio. vt in cõi vnius mart. f. 459. Epiſt. Ecce ſacer. de cõi confeſſ. pontificum. fol. 470.

Ec. I. 44. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui ĩ diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legem excelſi. Alľa, alľa. ℣. Beatus vir ſanctus Martinus, vrbis Turonis epiſcopus, requieuit: quẽ ſuſceperunt angeli, atq; archangeli, throni, dominationes, & virtutes. Alleluia. Euang. Nemo accendit lucernam. de eodem cõmuni. f. 472.

Pſal. 88. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

DA, miſericors deus: vt, hęc nos ſalutaris oblatio, & à propriis reatibus indeſinẽter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per do.

Mat. 24. Cõio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcõio.

PRæſta, quęſumus, domine deus noſter: vt, cuius feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta, eius nobis ſalutaria interceſſione reddantur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Die 12. ¶ In feſto S. Martini Papę & marty. Miſſa. Sacerdotes dei. de cõmuni vnius martyris Pontificis. fol. 457.

Die 17. ¶ Sancti Gregorij Thaumaturgi epiſcopi, & confeſſoris. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas ĩ æternum. Pſal. Memẽto Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio. Pſal. 131.

DA, quæſumus, omnipotẽs de⁹: vt beati Gregorij confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per dominum no. Epiſt. Ecce ſacer. de communi cõfeſſ. pontificum. fol. 470. Grad. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legẽ excelſi. Alleluia, alľa. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluia. Eccl. 44.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum. c. 11.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Habete fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti, tollere & mitte re in mare, & nõ hęſitauerit in corde ſuo: ſed crediderit, quia quodcũque dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quęcũq; orãtes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt vobis. Offer. Inueni Dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto meo vnxi eũ: man⁹ enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meũ confortabit eũ. Secr. Pſal. 88.

SAncti tui, quæſumus Domine, nos vbique lætificent: vt dum eorum merita recolimus: patrocinia ſentiamus. Per do. Cōmunio.
Mat. 24. Fidelis ſeruus & prudens, quem cō ſtituit dominus ſuper familiā ſuā: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcommunio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens deus: vt, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Gregorio confeſſore tuo atque pontifice, beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrū.

Die 18. ¶In Dedicatione Baſilicę ſanctorū Apoſtolorum Petri, & Pauli, Miſſa. Terribilis eſt, de cōi dedcationis eccleſiæ. f.487.
Die 19. ¶Sancti Pontiani Papæ, & martyris, Miſſa. Statuit ei dominus, de cōi vnius mar. pōt. f.456.

Die 22. ¶In feſto ſanctæ Cecilię virginis & martyris. Introitus.

LOquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regū, & non cōfundebar: & meditabar in mādatis tuis, quę dilexi nimis.
Pſal 118. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui nos annua beatæ Ceciliæ virginis, & martyris tuæ ſolennitate lætificas: da, vt quā veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. Per dominum no. Epiſto. Domine Deus meus, de cōi virg. & mart. fol. 480. Gradu. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuam: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Specie tua & pulcritudine tua, intende, proſpere procede, & regna. Alleluia, alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperūt oleum in vaſis ſuis cum lāpadibus: media autē nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam Chriſto Domino; Alleluia. Euāg. Simile eſt regnū celorū decē virg. de eod. cōi. f. eodē. Offer. Afferentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi. Secre.

HAec hoſtia, domine, placationis & laudis, quæſumus: vt, intercedente beata Cæcilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos ſemper efficiat. Per dominum no.
Cōio. Confundātur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerūt in me: Pſal. 118.
ego autem in mandatis tuis exercebor: & meditabor in tuis iuſtificationibus, vt nō cōfundar. Poſtcōio.

SAtiaſti Domine familiam tuā muneribus ſacris: eius q̄ſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶In feſto Sancti Clementis Papę & martyris. Introitus. Die 23.

DIcit dominus, ſermones mei, quos dedi in os tuum, non deficiēt de ore tuo: & munera tua accepta erūt ſuper altare meum. Pſal. Beatus vir qui Pſal. 111.
timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque pōtificis ſolennitate lætificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione Sanctæ Felicitatis martyris. Oratio.

PRæſta, q̄s, omnipotens deus: vt beatæ Felicitatis martyris tuæ ſolennia recēſentes, meritis ipſius protegamur, & precibus. Tertia oratio. A cunctis. folio 511. Epiſt. Imitatores mei eſtote. vt in Dominica xxiij. poſt Pentecoſten. folio 353.
Pſal. 109. Gradua. Iurauit dominus, & non pænitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Alleluia, alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos, quē coronauit dominus. Alleluia. Euangeliū. Vigilate, quia neſcitis. de communi confeſſ. pont. fo. 471.
Pſal. 88. Offert. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

MVnera tibi dn̄e oblata ſanctifica: & intercedēte beato Clemente martyre tuo atque pontifice, per hæc nos à peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per do. Pro cōme. Sanctæ Felicitatis. Secre.

VOta populi tui domine propitiatus intende: & cuius nos tribuis ſolennia celebrare, fac gau-
Mat. 24. dere ſuffragiis. Communio. Beat⁹ ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem, amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua cōſtituet eum. Poſtcommunio.

COrporis ſacri, & precioſi ſanguinis repleti libamine quęſumus, domine Deus noſter: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque pontifice, certa redemptione capiamus. Per dominum noſtrum.

Pro commemoratione Sanctæ Felicitatis. Poſtcommunio.

SVpplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedētibus ſanctis tuis, & tua in nobis dona multiplices, & tēpora noſtra diſponas.

¶ Sancti Chryſogoni martyris Miſſa. In virtute. de communi vnius martyris. folio 458. præter orationem, quæ dicitur vt infra. Oratio. Die 24.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt, qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcim⁹, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per dominum. Secreta.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus: & intercedēte beato Chryſogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per dominum no. Poſtcommunio.

TVi domine perceptione ſacramenti, & à noſtris mundemur occultis, & ab hoſtium liberemur inſidiis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum. Qui te.

¶ In feſto ſanctę Catherinę virginis Die 25.
& martyris. Introitus.

LOquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar: & meditabar in mādatis tuis, quę dilexi
nimis. Pſalmus. Beati immaculati Pſal. 118.
in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Sinay: & in eodem loco per ſanctos angelos tuos corpus B. Catherinę virginis & martyris tuæ mirabiliter collocaſti: pręſta, quæſum⁹: vt eius me-

ritis & interceſſione, ad montē qui Chriſtus eſt peruenire valeam⁹. Per eundem. Epiſt. Confitebor tibi domine rex. de cōmuni vnius virginis
Pſal. & martyris. fol. 478. Grad. Dilexi-
44. ſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te de⁹, deus tu⁹, oleo lætitiæ. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines poſt eā: proximę eius afferētur tibi in lætitia, Alla Euang. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. de eodem cōi. fol. 479. Offerto. Afferentur regi virgines poſt eam, proximę eius afferentur tibi. Secreta.

SVſcipe domine munera, quæ ī beatę Catherinę virginis, & martyris tuę ſolennitatę deferimus: cui⁹ nos confidimus patrocinio liberari. Per do. Cōio. Confundantur ſu Pſal. 118.
perbi: quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, & meditabor in tuis iuſtificationibus, vt non cōfundar. Poſtcommunio.

AVxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata Catherina virgine & martyre tua, ſempiterna faciāt protectione gaudere. Per dominum noſtrū.

¶In feſto ſancti Petri Alexandrini Die
Epiſcopi & martyris. Miſſa. Statuit 26.
ei dominus. de communi vnius martyris. folio 456.

COMMVNE SANCTORVM.

¶In vigilia vnius Apoſtoli. Introitus.



EGo autē ſicut oliua fructificaui in domo domini: ſperaui in miſericordia Dei mei: & expectabo nomē tuum: quoniam bonū eſt ante conſpectum ſanctorum tuorū.
Pſal. Pſal. Quid gloriaris in malitia, qui
51. potens es in iniquitate ℣. Gloria patri, & filio, & Spir. Oratio.

DA, q̄ſumus ops Deus: vt beati N. apoſtoli tui, quam præuenimus venerāda ſolēnitas, & deuotionē nobis augeat, & ſalutē. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecū viuit & reg.

Lectio libri Sapientiæ.

BEnedictio Domini ſuper caput Eccl.
iuſti. Ideo dedit illi domin⁹ hæ 44. &
reditatem, & diuiſit ei partem in 45.
tribubus duodecim: & inuenit gratiam in cōſpectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eū in conſpectu regū, & oſtendit illi gloriā ſuā. In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Et dedit illi corā pręcepta: & legē vitæ & diſciplinæ: & excelſum fecit illū. Statuit illi teſtamentū ęternū: & circūcinxit eū zona iuſtitiæ: & in- Pſal.
duit eū dn̄s coronā glīæ. Grad. Iu- 91.
ſtus vt palma florebit, ſicut cedr⁹ Li

bani, multiplicabitur in domo do-
mini. ℣. Ad annunciandum mane
miſericordiam tuam, & veritatem
tuam per noctem.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
4.15. cundum Ioannem.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipu-
lis ſuis. Hoc eſt præceptum meũ:
vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos.
Maiorem hanc dilectionem nemo
habet, vt animam ſuam ponat qs
pro amicis ſuis. Vos amici mei
eſtis: ſi feceritis quæ ego præcipio
vobis. Iam non dicam vos ſeruos:
quia ſeruus neſcit quid faciat dñs
eius. Vos aũt dixi amicos, quia om-
nia quęcũque audiui à patre meo,
nota feci vobis. Non vos me elegi-
ſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos,
vt eatis, & fructum afferatis, & fru-
ctus veſter maneat: vt quodcũq; pe-
tieritis patrem in nomine meo, det
Pſ 8. vobis. Offert. Gloria & honore co-
ronaſti eũ, & cõſtituiſti eũ ſup ope-
ra manuũ tuarum dñe. Secreta.

APoſtolicę reuerentię culmen
offerimus tibi ſacris myſte-
riis imbuendum, preſta quæſumus
domine: vt beati apoſtoli tui N. ſuf
fragiis, cuius natalitia præuenimus,
hęc plebs tua ſemper & ſua vota de
promat, & deſiderata percipiat. Per.
Pſal Cõio. Magna eſt gloria eius in ſalu
20. tari tuo: gloriã, & magnũ decorem
impones ſuper eũ domine. Poſtcõ.

SAncti Apoſtoli tui N. q̃ſumus
domine, ſupplicatione placat⁹,
& veniam nobis tribue, & remedia
ſempiterna concede. Per dominũ.

¶ In Natalitiis Apoſtolorum, &
Euangeliſtarum, omnia vt illis lo-
cis in proprio Sanctorum.

COMMVNE.

vnius mart. Pontificis. Introitus.



STatuit ei do
minus teſta-
mentũ pacis: &
principem fecit
eum: vt ſit illi
ſacerdotij digni
tas ĩ ęternũ. pſ.
Memẽto domi- Pſal.
ne Dauid: & om 131.
nis mãſuetudinis ei⁹. ℣. Gloria pa-
tri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oro.

INfirmitatem noſtrã reſpice om-
nipotens deus; & quia pondus pro
prię actionis grauat, beati N. mar-
tyris tui atque pontificis, interceſ-
ſio glorioſa nos protegat. Per domi.

Lectio epiſtolę beati Iacobi Apoſt.

CAriſſimi: Beatus vir qui ſuf- ca. 1.
fert tentationem: quoniam
cum probatus fuerit, accipiet co-
ronam vitę: quã repromiſit Deus
diligentibus ſe. Nemo cum tenta-
tur, dicat quoniam à deo tentatur.
Deus enim intẽtator malorum eſt:
ipſe autem neminem tentat. Vnuſ-
quiſque vero tentatur à cõcupiſcẽ-
tia ſua abſtractus & illectus. Deinde
concupiſcentia cum cõceperit, pa-
rit peccatum: peccatum vero cum
cõſummatum fuerit, generat mor-
tem. Nolite itaq; errare fratres mei
dilectiſſimi. Omne datum optimũ,
& omne donũ perfectũ deſurſum
eſt deſcendens à patre luminum: a-
pud quem non eſt trãſmutatio, nec
viciſſitudinis obumbratio. Volũ-
tarie enim genuit nos verbo verita-
tis: vt ſimus initium aliquod crea- Pſal.
turę ei⁹. Grad. Inueni Dauid ſeruũ 88.

meum:oleo ſancto meo vnxi eum:
manus enim mea auxiliabitur ei,&
brachium meum cõfortabit eum.
℣.Nihil proficiet inimicus in eo,&
filius iniquitatis nõ nocebit ei. Al-
leluia,alleluia. ℣.Tu es ſacerdos in
ęternum,ſecundum ordinem Mel-
chiſedech. Alleluia. Poſt Septuage-
Pſal. ſimam.Tract⁹. Deſiderium animæ
20. eius tribuiſti ei: & voluntate labio-
rum eius non fraudaſti eũ. ℣.Quo
niam præueniſti eũ in benedictio-
nibus dulcedinis. ℣.Poſuiſti in ca-
pite ei⁹ coronã de lapide precioſo.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Lucam.

c.14. IN illo tempore: Dixit Ieſus tur-
bis. Si qs venit ad me, & nõ odit
patrem ſuum,& matrem,& vxo
rem, & filios, & fratres, & ſorores,
adhuc autem & animam ſuam:nõ
poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui
non baiulat crucem ſuam, & venit
poſt me:non poteſt meus eſſe diſci
pulus.Quis enim ex vobis volẽs tur
rim ędificare, non prius ſedens cõ-
putat ſumptus qui neceſſarij ſunt,
ſi habeat ad perficiendum: ne poſt-
quam poſuerit fundamentũ, & nõ
potuerit perficere,omnes qui vidẽt
incipiant illudere ei,dicentes: quia
hic homo cœpit ædificare, & non
potuit conſummare? Aut quis rex
iturus committere bellum aduer-
ſus alium regem, non ſedens prius
cogitat, ſi poſſit cum decem milli-
bus occurrere ei, qui cũ viginti mil
libus venit ad ſe? Alioquin, adhuc
illo longe agente, legationem mit-
tens,rogat ea quæ pacis ſunt. Sic er-
go omnis ex vobis, qui nõ renũciat
omnibus quæ poſſidet non poteſt
meus eſſe diſcipulus. Offertorium Pſal.
Veritas mea, & miſericordia mea 88.
cum ipſo: & in nomine meo exalta
bitur cornu eius. Secreta.

HOſtias tibi domine, beati N.
martyris tui atq; pontificiș di
catas meritis,benign⁹ aſſume: & ad
perpetuum nobis tribue prouenire
ſubſidium. Per dominum. Cõio. Pſal.
Semel iuraui in ſancto meo, ſemẽ 88.
eius in æternum manebit: & ſedes
eius ſicut ſol in conſpectu meo, &
ſicut luna perfecta in ęternũ: & te-
ſtis in cœlo fidelis. Poſtcõmunio.

REfecti participatione muneris
ſacri,qs dñe de⁹ noſter: vt,bea-
ti N. martyris tui atque pontificis,
cuius exequimur cultum,ſentiam⁹
effectum.Per dominum noſtrum.

¶ De eodẽ cõi alia miſſa. Introitus.

SAcerdotes Dei benedi-
cite dominum: ſancti
& humiles corde lau-
date Deum. ps.Benedi Da.3
cite oĩa opera dñi do-
mino, laudate & ſuperexaltate eũ ĩ
ſęcula. ℣.Gloria patri. Oratio.

DEus qui nos beati N. martyris
tui atque pontificis annua ſo-
lennitate lætificas, concede propi-
tius: vt,cuius natalitia colimus, de
eiuſdem etiam protectione gaudea
mus.Per dominum noſtrum.&c.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Corinthios. 2.c.1

FRatres:Benedictus deus & pater
Domini noſtri Ieſu Chriſti: pa-
ter miſericordiarum & deus totius
conſolationis: qui conſolatur nos
in omni tribulatione noſtra: vt poſ
ſimus & ipſi cõſolari eos qui ĩ om-
ni preſſura ſunt,per exhortationẽ,

qua exhortamur & ipſa à deo. Quoniam ſicut abundāt paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtū abūdat conſolatio noſtra. Siue aūt tribulamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute: ſiue conſolamur, pro veſtra cōſolatione: ſiue exhortamur, pro veſtra exhortatione, & ſalute: quę operatur tolerantiam earūdē paſſionum, quas & nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſciētes quoniam, ſicut ſocij paſſionū eſtis, ſic eritis & conſolationis. In

Pſ. 8. Chriſto Ieſu domino noſtro. Grad. Gloria & honore coronaſti eum. ℣. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarū, domine. Alla, alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos, quē coronauit Dominus, Alleluia.

Pſal. 111. Poſt ſeptuageſimam. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Seq. ſancti euang. ſecūdū Matth.

c. 16. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animā ſuā propter me, inueniet eā. Quid enim ꝓdeſt homini, ſi vniuerſum mūdum lucretur, animę vero ſuę detrimentū patiatur? Aut quam dabit hō commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cū angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meū: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum cōfortabit eum. Pſal. 88. Secreta.

MVnera tibi dñe dicata ſanctifica: & intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per do.

Cōmmunio. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo. Pſal. 20. Poſtcommunio.

HAec nos communio, domine, purget à crimine: & intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice, cœleſtis remedij faciat eſſe cōſortes. Per dominum noſtrum &c.

¶ Epiſtolæ, & euangelia pro pōtifi. & mart. aſſignata legi poſſunt etiā pro marty. non pontifi. Et quæ infra habentur de marty. non pōtifi. etiam pro marty. pontifi. Item pro marty. pontifi. legi poſſunt ep̄lę & euāgelia inferius aſſignata pro con feſſ. pontifi. Epiſtolæ etiam, & euangel. quæ in vna Miſſa de eodem cōmuni ponuntur, dici poſſunt in alijs miſſis de eodem communi.

COMMVNE

Vnius mart. non pontifi. Introitus.



IN virtute tua Domine lętabitur iuſtus: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehemēter: deſiderium animę eius tribuiſti ei. Pſal. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius Pſal. 20.

corona de lapide precioſo. ℣. Gloria patri & filio, & Spir. Oratio.

PRæſta, quęſumus, omnipotens deus: vt, qui beati N. martyris tui, natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum noſtrum &c.

Lectio libri Sapientiæ.

Sa. 10. IVſtum deduxit dominꝰ per vias rectas: & oſtēdit illi regnum dei: & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum ī laboribus, & cōpleuit labores illius. In fraude circūuenientium, illi affuit: & honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit eū ab inimicis, & à ſeductoribꝰ tutauit illum: & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & ſciret, quoniam omniū potentior eſt ſapientia. Hæc, venditum iuſtum non dereliquit: ſed à peccatoribus liberauit eum, deſcenditque cum illo in ſoueam: & in vinculis nō dereliquit eum, donec afferret illi ſceptrum regni, & potētiam aduerſus eos qui eum deprimebant. Et mendaces oſtendit qui maculauerunt eum: & dedit illi claritatem ęternam dn̄s deus noſter.

Pſal. 111. Grad. Beatꝰ vir qui timet dominū: In mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs ī terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. Alľa, alľa. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eiꝰ coronā de lapide precioſo. Alleluia.

Poſt ſeptuageſimā: Tractus. Deſiderium aīæ. vt ſupra ī miſſa martyris pontificis. folio 457.

Seq. ſancti euāg. ſm Matthæum.

c. 10. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari, qa venerim pacē mittere in terrā: nō veni pacē mittere, ſed gladium. Veni enī ſeparare hominē aduerſus patrē ſuū, & filiā aduerſus matrē ſuā: & nurū aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hoīs domeſtici eius. Qui amat patrē aut matrē plus quā me, nō eſt me dignus. Et q amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et q non accipit crucē ſuā, & ſequitur me, nō eſt me dignus. Qui inuenit aīam ſuam, perdet eā: & q perdiderit aīam ſuam propter me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit; & q recipit me, recipit eū q me miſit. Qui recipit prophetā in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et q recipit iuſtū in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicūque dederit vni ex minimis iſtis calicem aquę frigidæ, tantū in nomine diſcipuli: amē dico vobis, non perdet mercedē ſuam. Offert. Pſ. 8.

Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

MVneribus noſtris, q̄s dn̄e, precibusq; ſuſceptis, & cœleſtibus nos mūda myſteriis, & clementer exaudi. Per. Mat. 6.

Cōio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuā, & ſequatur me.

Poſtcommunio.

DA, q̄s dn̄e deus noſter: vt ſicut tuorum cōmemoratione ſanctorū tēporali gratulamur officio, ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

¶ De eod. cōi alia miſſa. Introitus.

LAetabitur iuſtꝰ ī dn̄o, & ſperabit ī eo: & laudabūtur oēs recti corde. Pſal. 31. Pſal. Exaudi deus orationē meam cum

deprecor, à timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria. Oratio.

PReſta, quæſumus, omnipotens deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, & à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum noſtrum &c.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſto-
2.c.2. li ad Timotheum.

CAriſſime. Memor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid ſecundum Euãgelium meum, ĩ quo laboro vſque ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum dei non eſt alligatum. Ideo omnia ſuſtineo ꝓpter electos: vt, & ipſi ſalutẽ conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cũ gloria cœleſti. Tu aũt, aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionẽ, ꝓpoſitũ, fidẽ, lõganimitatẽ, dilectionẽ, patiẽtiã, ꝑſecutiones, paſſiones: qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij, Liſtris: quales perſecutiones ſuſtinui: & ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui volunt pie viuere in Chriſto Ieſu, perſecutiones patiuntur. Grad. Iuſtus cum ceciderit non collidetur, quia dominus ſupponit manum ſuam. ℣. Tota die miſeretur, & cõmodat, & ſe-
Mat. men eius in benedictione erit. Al-
16. leluia, alla. ℣. Qui ſequitur me, nõ ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitę ęternæ. Alla, Poſt Septuageſimam. Tractus. Beatus vir. vt ſupra ĩ miſſa marty. pontiſi. fol. 458.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

c.10. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nihil opertũ quod nõ reueletur: & occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis ĩ tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius eum timete, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe vęneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis, omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere; multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominib⁹: cõfitebor
& ego eum coram patre meo, qui Pſal.
in cœlis eſt. Offert. Poſuiſti dñe in 20.
capite eius coronam de lapide precioſo: vitam petiit à te, & tribuiſti ei, alleluia. Secreta.

ACcepta ſit in cõſpectu tuo domine noſtra deuotio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, ꝓ cuius ſolennitate defertur. Per do.
Cõio. Qui mihi miniſtrat me ſe- Ioã.
quatur: & vbi ſum ego, illic & mini 12.
ſter meus erit. Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, q̃s domine de⁹ noſter: vt beati N. martyris tui, cuius exequimur cultũ, ſentiamus effectũ. Per.

¶ Item alię epiſtolę, & euangelium in communi vnius martyris.

Lectio epiſtolæ beati Iacobi apli. ca. 1.

CAriſſimi. Omne gaudium exiſtimate, cum in tentationes varias incideritis: ſcientes, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat:

vt, ſitis perfecti & integri, in nullo
deficientes. Siquis aũt veſtrum indi
get ſapientia, poſtulet à deo, qui dat
omnibus affluenter, & non impro-
perat: & dabitur ei. Poſtulet autem
in fide nihil hęſitans. Qui enim hæ-
ſitat, ſimilis eſt fluctui maris, q̃a ven
to mouetur & circunfertur. Non er
go exiſtimet homo ille, ꝙ accipiet
aliquid à domino. Vir duplex aĩo,
inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.
Glorietur autem frater humilis in
exaltatione ſua. Diues autem, in hu
militate ſua, q̃m ſicut flos fœni trã-
ſibit: exortus eſt enim ſol cum ar-
dore, & areſcit fœnũ, & flos ei⁹ de-
cidit, & decor vultus eius deperiit:
ita & diues in itineribus ſuis marce
ſcet. Beatus vir qui ſuffert tentatio-
nem: q̃m cum probatus fuerit, acci
piet coronam vitæ: quam repromi-
ſit Deus diligentibus ſe.

1.c.4 Lectio epiſtolæ beati Petri apſti.

CHariſſimi. Cõmunicãtes Chri-
ſti paſſionibus, gaudete: vt, in
reuelatione gloriæ eius gaudeatis e-
xultantes. Si exprobramini in no-
mine Chriſti, beati eritis: q̃m quod
eſt honoris, gloriæ, & virtutis dei, &
qui eſt eius ſpiritus: ſuper vos req̃e-
ſcit. Nemo autem veſtrum patiatur
vt homicida, aut fur, aut maledi-
cus, aut alienorum appetitor. Si au-
tem vt Chriſtianus, non erubeſcat,
glorificet aũt deum ĩ iſto nomine.
Quoniam tempus eſt, vt incipiat iu
dicium à domo dei. Si autem pri-
mum à nobis: quis finis eorum qui
non credunt dei euangelio? Et, ſi iu
ſtus quidem vix ſaluabitur: impius
& peccator vbi parebunt? Itaque &
hi qui patiuntur ſecundum volun-
tatem dei: fideli creatori commen-
dent animas ſuas in benefactis.

**Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.**

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſci- c.12.
pulis ſuis: Amen, amen dico vo-
bis. Niſi granum frumenti cadẽs
in terram, mortuum fuerit: ipſum
ſolum manet. Si autem mortuum
fuerit: multum fructum affert. Qui
amat animam ſuam perdet eã: & q̃
odit animam ſuam in hoc mũdo,
in vitam æternã cuſtodit eã. Si quis
mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi
ego ſum, illic & miniſter me⁹ erit. Si
quis mihi miniſtrauerit, honorifi-
cabit eũ pater meus qui eſt in cęlis.

COMMVNE
marty. tempore Paſchali, ſcilicet à
Dominica in octaua paſchæ, vſque
ad vigiliam Pentecoſtes.

¶ De vno martyre. **Introitus.**



PRotexiſti
me Deus à
conuentu ma-
lignantiũ, alla:
à multitudine
operantiũ ini-
quitatem, alla,
alla. ps. Exaudi pſal. 63.
deus orationẽ
meam, cum deprecor: à timore ini
mici eripe aĩam meam. ℣. Gloria.
Orõnes dñr ꝓpriæ, vel, vt ſup. in cõi
vnius m. extra tẽp⁹ paſch. f.456.457.
& 459. Lectio libri Sapientiæ.

STabunt iuſti in magna conſtan ca. 5.
tia aduerſus eos qui ſe anguſtia-
uerunt, & qui abſtulerunt labores
eorum. Videntes turbabuntur timo
re horribili, & mirabũtur ĩ ſubita-

tione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorũ æſtimabamus inſaniam, & finẽ illorũ ſine honore. Ecce, quomodo cõputati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt. Vel epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Timotheum. Memor eſto. vt ſuprà in cõi vnius mart. extra tẽpus Paſchale fol. 460.
Pſal. 88. Alleluia, all'a, ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorũ. Alleluia, ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide precioſo, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

c. 15. In illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: & pater meus agricola eſt. Omnẽ palmitem, in me non ferentem fructũ, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eũ, vt fructum plus afferat. Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi ĩ me mãſeritis. Ego ſum vitis & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ: q̃a ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ manſerit: mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eũ, & in ignem mittent, & ardet. Si mãſeritis ĩ me, & verba mea in vobis manſerint: quodcũq; volueritis petetis, & fiet vobis. Offert. Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe, & veritatem tuã in eccleſia ſanctorum, alleluia, alleluia. Cõio. Lætabitur iuſtus ĩ dño, & ſperabit in eo, & laudabũtur oẽs recti corde, alleluia, alleluia. Pſal. 88.

¶ Epiſtola & euãg. ſupradictæ miſſæ, dicuntur etiam in ſequẽti miſſa: & quæ in ſequenti habentur, dici poſſunt in ſuperiori.

DE PLVRIBVS martyribus tẽpore Paſchali.

Introitus.



Sancti tui domine benedicent te, gloriam regni tui dicẽt, Alleluia, Pſal. Exaltabo te deus meus rex, & benedicã nomini tuo in ſeculũ, & in ſæculum ſæculi. ℣. Gloria patri. Pſal. 144.

Orationes dicuntur propriæ, vel de communi marty. extra tempus paſchale vt infra. fol. 464. 465. & 466.

Lectio epiſtolæ beati Petri apl'i.

Benedictus Deus, & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incõtaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatã in cœlis in vobis, qui in virtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratã reuelari in tẽpore nouiſſimo: in quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtati in variis tẽtationibꝰ: vt probatio veſtræ fidei multo præ- 1. c. 1

cioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti. Allelu. alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt ſicut lilium, & ſicut odor balſami erunt ante te. Alleluia. ℣. Preciosa in cōſpectu domini, mors ſanctorum eius. Alleluia.

Pſal. 115.

Seq. ſancti euang. ſecundū Ioannē.

c. 15. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū: quia ſine me nihil poteſtis facere. Siquis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eū, & in ignem mittent, & ardet. Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint: quodcūque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus: vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hęc locutus ſum vobis: vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. Offerto.

Pſal. 31. Lætamini in domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Communio.

Pſal. 32. Gaudete iuſti in domino, allu: rectos decet collaudatio, alleluia.

¶ In communi marty. tempore paſchali, alia Epiſtola, & Euangeliū.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioānis Apoſtoli.

c. 19. IN diebus illis. Poſt hæc ego Ioannes audiui quaſi vocem magnam turbarum multarū in cœlo dicentium, Alleluia. Laus & gloria, & virtus Deo noſtro eſt: quia vera & iuſta iudicia ſunt eius quæ iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in proſtitutione ſua: & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorū de manibus eius. Et iterū dixerunt, allu. Et fumus eius aſcendit in ſęcula ſæculorum. Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deū ſedentē ſuper thronum, dicentes: Amen, alleluia. Et vox de throno exiuit, dicēs. Laudem dicite Deo noſtro oēs ſancti eius: & qui timetis eū puſilli & magni. Et audiui quaſi vocē tubę magnę, & ſicut vocem aquarū multarum, & ſicut vocē tonitruorum magnorum, dicentium, Allu: quoniam regnauit dominus deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptię Agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datū eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinū enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dicit mihi. Scribe. Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Seq. ſancti euang. ſm Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos: mundus aūt gaudebit: vos autē contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Mulier cū parit, triſtitiā habet: quia venit hora eius. Cū autē peperit puerū: iam nō meminit preſſurę propter gaudiū, quia natus eſt homo in mundū. Et vos c. 16.

igitur, nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

COMMVNE
plur. mart. extra tp̃s paſch. Introit⁹.



INtret ĩ cõſpectu tuo Domine gemitus cõpeditorꝶ: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinẽ ſanctorum
Pſal. 78. tuorum, qui effuſus eſt. Pſal. Deus venerunt gẽtes in hæreditatem tuã: polluerunt templum ſanctum tuũ: poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri, & filio.

Pro pluribus Pontificibus & martyribus. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum pariterq; pontificum N. & N. nos, quæſumus domine, feſta tueãtur, & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum noſtrũ.

¶Si non fuerint pontifices, dicitur oratio vt in ſequenti Miſſa.

Lectio libri Sapientiæ.

ca. 3. IVſtorũ animę in manu dei ſunt: & nõ tanget illos tormentũ mortis. Viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: & ęſtimata eſt afflictio, exitus illorũ. Et ab itinere iuſto abierũt in exterminiũ: & qđ à nobis eſt iter exterminij, illi autẽ ſunt in pace. Et ſi corã hoĩb⁹ tormẽta paſſi ſunt: ſpes illorũ immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponentur: qm̃ Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe. Tanquã aurũ in fornace probauit illos: & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos: & in tẽpore erit reſpectus illorum. Fulgebũt iuſti, & tanquã ſcintillę in arũdineto diſcurrẽt. Iudicabũt nationes, & dominabũtur populis: & regnabit dñs illorũ ĩ perpetuũ. Grad.

Glorioſus Deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciẽs prodigia. Ex. 15. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt ĩ virtute, dextera manus tua cõfregit inimicos. Alla, alla. ℣. Corpora ſanctorũ in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum viuent in generatione & generationẽ. Alla. Poſt Septuage-
ſimã. Tractus. Qui ſeminãt in lacrymis, in gaudio metent. Pſal. 125. ℣. Eũtes ibãt, & flebant mittẽtes ſemina ſua. ℣. Veniẽtes autẽ veniẽt cũ exultatione, portantes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. c. 12. Cum audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis. Surget gẽs contra gentem, & regnum aduerſus regnum, & terræmotus magni erunt per loca: & peſtilentiæ & fames, terroreſque de cælo & ſigna magna erunt. Sed ante hęc omnia, iniiciẽt vobis manus ſuas, & perſequentur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges & præſides propter nomẽ meũ. Continget autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris nõ prędmeditari quemadmodũ reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui nõ poterũt

reſiſtere & contradicere oẽs aduer-
ſarij veſtri. Trademini autem à pa-
rentibus, & fratribus, & cognatis,
& amicis, & morte afficient ex vo-
bis. Et eritis odio omnibus hoĩbus
ꝑꝑ nomẽ meũ: & capillus de capite
veſtro nõ peribit. In patiẽtia veſtra
poſſidebitis animas veſtras. Offert.
Pſal. 67. Mirabilis deus in ſanctis ſuis, deus
Iſrael: ipſe dabit virtutem & forti-
tudinem plebi ſuæ: benedictus de⁹,
Alleluia. Secreta.

Adeſto domine ſupplicationi-
bus noſtris, quas in ſanctorũ
tuorũ cõmemoratione deferimus:
vt, qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam nõ
habemus, eorum qui tibi placue-
runt meritis adiuuemur. Per do.
Sa. 3. Cõmunio. Et ſi coram hominibus
tormenta paſſi ſunt, Deus tentauit
eos, tanquam aurum in fornace:
probauit eos, & quaſi holocauſta
accepit eos. Poſtcommunio.

Quæſumus domine ſalutaribus
repleti myſteriis: vt quorum
ſolennia celebramus, eorum ora-
tionibus adiuuemur. Per dominũ.

¶ De eod. cõmuni alia miſſa. Intr.

Sapiẽtiam ſanctorum
narrent populi, & lau-
des eorum nunciet ec
cleſia: nomina autem
eorum viuent in ſæcu
Pſal. 32. lum ſæculi. Pſalmus. Exultate iuſti
in domino: rectos decet collauda-
tio. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio.

Deus, qui nos cõcedis ſanctorũ
martyrũ tuorũ N. & N. natali
tia colere: da nobis ĩ ęterna beatitu
dine de eorũ ſocietate gaudere. Per.
Si fuerint pontifices dicatur oratio
pręcedentis miſſę, quod & in ſequẽ
tibus ſeruetur. Lectio libri Sapiẽtię.

Iuſti autem in perpetuum viuẽt: ca. 5.
& apud dominum eſt merces eo
rum: & cogitatio eorum apud altiſ
ſimũ. Ideo accipient regnum deco-
ris, & diadema ſpeciei de manu do
mini: quoniã dextera ſua teget eos,
& brachio ſancto ſuo defendet il-
los. Accipiet armaturã zelus illi⁹, &
armabit creaturam ad vltionẽ ini-
micorum. Induet pro thorace, iuſti
tiam: & accipiet pro galea iudiciũ
certum. Sumet ſcutum inexpugna-
bile, ęquitatem. Grad. Anima no- Pſal.
ſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo 125.
venantiũ. ℣. Laqueus contritus eſt,
& nos liberati ſumus: adiutorium
noſtrum in nomine domini, qui
fecit cælũ & terrã. Allã, allã. ℣. Iu- Eccl.
ſti epulentur, & exultent in conſpe 44.
ctu Dei: & delectentur in lætitia.
¶ Poſt ſeptuageſimã. Tractus Qui
ſeminãt. vt in ꝓcedẽti Miſſa. f. 464.

Seq. ſancti euangelij ſm Lucam.



In illo tempo ca. 6.
re: Deſcendẽs
Ieſus de mõte,
ſtetit in loco cã
peſtri, & turba
diſcipulorũ e-
ius, & multitu-
do copioſa ple-
bis ab omni Iu-
dæa, & Ieruſalem, & Maritima, &
Tyri, & Sidonis, qui venerãt vt au-
dirent eum, & ſanarentur à languo
ribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiri
tibus immundis, curabantur. Et
omnis turba quærebat eum tange-
re: quia virtus de illo exibat, &
ſanabat omnes. Et ipſe eleuatis o-
culis in diſcipulos ſuos, dicebat.

Beati pauperes: quoniam veſtrũ eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis: quoniã ſaturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cũ ſeparauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ veſtrum tanquã malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces veſtra multa eſt ĩ cęlo. Offer. Exultabũt ſancti in gloria, lętabũtur in cubilibus ſuis: exaltationes dei in faucibus eorũ, allA. Secr.

MVnera tibi domine noſtrę deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis ſalutaria te miſerante reddãtur. Per do. Cõmunio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequũtur. Poſtcommunio.

PRæſta nobis, q̃s domine, intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis N. & N. vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per do.

¶ De eod. cõi alia miſſa. Introitus.

SAlus autem iuſtorum à domino: & ꝓtector eorum eſt in tempore tribulationis.
Pſal. 36. Pſalm᷑. Noli ęmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui nos annua ſanctorũ martyrum tuorum N. & N. ſolennitate lætificas, concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per do.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

c. 10. FRatres: Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. Et in altero quidẽ opprobriis & tribulationibus ſpectaculũ facti: in altero autem ſocij taliter cõuerſantiũ effecti. Nam & vinctis compaſſi eſtis: & rapinam bonorũ veſtrorum cũ gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentẽ ſubſtantiam. Nolite itaq; amittere confidentiã veſtram, quæ magnam habet remunerationẽ. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatẽ dei facientes, reportetis promiſſionẽ. Adhuc enim modicũ aliquantulũq;, qui venturus eſt veniet, & non tardabit. Iuſtus autẽ ex
fide viuit. Grad. Clamauerũt iuſti, Pſal. 33.
& dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. ℣. Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabuntur. AllA, allA. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine, alleluia. Poſt ſeptuageſimam. Tractus. Qui ſeminant. vt ſuprà in alia miſſa. folio 464.

Seq. ſancti euãgelij ſm Matthæum. c. 24.

IN illo tẽpore: Sedente Ieſu ſuper montẽ Oliueti, acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius ſecreto, dicentes: Dic nobis, quãdo hæc erunt, & quod ſignũ aduẽtus tui, & cõſummationis ſęculi? Et reſpondens Ieſus, dixit eis. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes, ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent. Audituri enim eſtis pręlia, & opiniones prędiorum. Videte, ne turbemini. Oportet enim hęc fieri: ſed nondũ eſt finis. Cõſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt peſtilẽtiæ, & fames,

& terręmotus per loca. Hæc autem omnia, initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi: & inuicem tradent: & odio habebũt inuicem. Et multi pſeudoprophetæ ſurgent: & ſeducẽt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigeſcet caritas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem: hic
Sa. 3 ſaluus erit. Offer. Iuſtorum animę in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autẽ ſunt in pace, alleluia. Secreta.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus: & intercedẽtibus ſanctis tuis N. & N. à cunctis nos defende periculis. Per dominũ.

Luc. 12. Cõmunio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Poſtcõmunio.

HAec nos communio domine purget à crimine: & intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. & N. cęleſtis remedij faciat eſſe cõſortes, Per dominum noſtrum.

¶ Item aliæ epiſtolæ & euãgelia pro pluribus martyribus.

c. 10. Lectio libri Sapientię.

REddidit deus iuſtis mercedem laborum ſuorum: & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamẽto diei, & in luce ſtellarum per noctem. Trãſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demerſit in mare, & ab altitudine inferorũ eduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum: & decãtauerũt dñe nomẽ ſanctũ tuũ: & victricem manum tuã laudauerunt pariter, Domine deus noſter.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Iuſtificati ex fide pacem ca. 5.
habemus ad deum per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ: per quem & habemus acceſſum per fidẽ in gratiam iſtã, in qua ſtamus & gloriamur, in ſpe glorię filiorũ dei. Nõ ſolum autẽ, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſciẽtes q̃m tribulatio patiẽtiã operatur, patiẽtia autẽ probationẽ, probatio vero ſpẽ, ſpes autẽ non confundit, quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Non ſunt condignę paſ- ca. 8.
ſiones huius temporis, ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationẽ filiorũ dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eũ qui ſubiecit eã in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatẽ glorię filiorũ Dei. Scimus enim ꝙ oĩs creatura ingemiſcit, & parturit vſq; adhuc. Nõ ſolum autẽ illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionẽ filiorũ dei, expectãtes redemptionem corporis noſtri.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Exhibeamus noſmetip- 2.c.6
ſos ſicut dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in ne-

ceſſitatibus,in anguſtiis, ĩ plagis,in carceribus,in ſeditionibus, in laboribus,in vigiliis,in ieiuniis, in caſtitate,in ſcientia,in longanimitate,in ſuauitate,in Spiritu ſancto, in caritate non ficta,in verbo veritatis, in virtute dei, ꝑ arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam:vt ſeductores,& veraces: ſicut qui ignoti,& cogniti:quaſi morientes,& ecce viuimus: vt caſtigati,& non mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes:ſicut egẽtes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebræos.

FRatres: Sancti per fidem vicerũt regna,operati ſunt iuſtitiam: adepti ſunt repromiſſiones: obturauerunt ora leonum: extinxerũt impetum ignis: effugauerunt aciẽ gladij:conualuerũt de infirmitate:fortes facti ſunt ĩ bello: caſtra verterũt exterorum:acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redẽptionẽ,vt meliorẽ inuenirẽt reſurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tẽtati ſunt,in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis:egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terrę. Et hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt: In Chriſto Ieſu domino noſtro.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli.

IN diebus illis: Reſpõdit vnus de ſenioribus,& dixit mihi. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis,qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi,tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt, ꝗ venerũt de tribulatione magna: & lauerũt ſtolas ſuas,& dealbauerunt eas in ſanguinẽ Agni. Ideo ſunt ante thronũ dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius: & qui ſedet in throno,habitabit ſuper illos. Non eſurient,neq; ſitiẽt amplius:nec cadet ſuꝑ illos Sol,neq; vllus ęſtꝰ. Qm̃ Agnus qui in medio throni eſt, reget illos:& deducet eos ad vitæ fontes aquarum:& abſterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum. ca.7.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Videns Ieſus turbas, aſcendit in montem. Et cũ ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos, dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam:qm̃ ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniã ipſi miſericordiam cõſequentur. Beati mũdo corde: qm̃ ipſi deũ videbũt. Beati pacifici:qm̃ filij dei vocabuntur. Beati ꝗ ꝑſecutionẽ patiũtur ꝓpter iuſtitiam: qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorum. Beati eſtis,cum maledixerint vobis homines, & ꝑſecuti vos fuerint: & dixerint omne malũ aduerſus vos,mentientes propter me. ca.5.

Gau-

Gaudete & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

c.11. IN illo tempore. Reſpondens Ieſus dixit. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ: quia abſcōdiſti hæc à ſapiētibus & prudētib⁹, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniā ſic placitū fuit ante te. Oīa mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filiū niſi pater: neq; patrē quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meū ſup vos, & diſcite à me, quia mitis ſū & humilis corde: & īuenietis requiē animab⁹ veſtris. Iugū enī meū ſuaue eſt, & onus meum leue.

Seq. ſancti euangelij ſm Lucam.

c.11. IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorū, & principibus ſacerdotum. Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autē veſtri occiderunt illos. Profecto teſtificamini ꝙ conſentitis operibus patrū veſtrorum: quoniā ipſi quidē eos occiderūt, vos autē ædificatis eorū ſepulcra. Propterea ſapiētia dei dixit. Mittā ad illos prophetas & apoſtolos, & ex illis occident & perſequētur: vt īquiratur ſanguis omniū prophetarū, qui effuſus eſt à cōſtitutione mūdi à generatione iſta, à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinē Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c.10 IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autē me ſpernit, ſpernit eū qui me miſit. Reuerſi ſunt autē ſeptuagintaduo cū gaudio, dicentes. Dñe, etiā dæmonia in nomine tuo ſubiiciuntur nobis. Et ait illis. Videbam ſatanam ſicut de cælo cadentē. Ecce dedi vobis poteſtatē calcandi ſuprà ſerpētes, & ſcorpiones, & ſuprà omnē virtutē inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamē in hoc nolite gaudere, quia Spiritus ſubiiciūtur vobis: gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. c.12.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Attendite à fermento phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Nihil autem opertum quod non reueletur: neq; abſconditum, quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: &, quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his q occidūt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant. Oſtendam autē vobis quē timeatis. Timete eum: qui, poſtquā occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennā. Ita dico vobis, hunc timete. Nōne quinq; paſſeres vęneūt dipondio: & vnus ex illis nō eſt in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri oēs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque confeſſus fuerit me corā hominibus, & filius hoīs cōfitebit eū corā angelis Dei.

COMMVNE
confeſſorum pontificū. Introitus.



STatuit ei dominus teſtamētum pacis: & principē fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in æternum. Pſalmus. Memento dñe (Pſal. 131.) Dauid: & omnis māſuetudinis ei⁹. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DA, quęſumus, omnipotēs de⁹: vt beati N. confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas: & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per dominum no.

Lectio libri Sapientię.

(Eccl. 44.) ECce ſacerdos magnus, qui ī diebus ſuis placuit deo, & inuētus eſt iuſtus: & in tempore iracūdię factus eſt reconciliatio. Non eſt inuētus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Ideo iureiurando fecit illū dominus creſcere in plebem ſuam. Benedictionē omniū gētium dedit illi, & teſtamentū ſuū confirmauit ſuper caput eius. Cognouit eum in benedictionibus ſuis: cōſeruauit illi miſericordiā ſuā: & inuenit gratiā corā oculis Dñi. Magnificauit eū ī cōſpectu regū, & dedit illi coronā gloriæ. Statuit illi teſtamentū ſempiternū: & dedit illi ſacerdotiū magnū: & beatificauit illū in gloria. Fungi ſacerdotio, & habere laudē in nomine ipſius: & offerre illi incēſum dignū: in odorē ſuauitatis. Gradu.

(Eccl. 44.) Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Alleluia, alla. ℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Alleluia.

¶ Tēpore paſchali omittitur grad. vſq; ad Alla. & ad eius verſum additur ſequēs ℣. Hic eſt ſacerdos quē coronauit dñs, alla. Poſt ſeptuageſimā. Tractus. Beatus vir, qui timet (Pſal. 111.) dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo ei⁹, & iuſtitia eius manet in ſęculū ſęculi.

Seq. ſancti euāgelij ſm Mattheum. (c. 25.)



IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Homo quidā peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talenta: alij autem duo, alij vero vnū. Vnicuiq; ſecundum propriā virtutē: & profectus eſt ſtatim. Abiit autē qui quinq; talēta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinq;. Similiter & qui duo talēta acceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autē vnū acceperat, abiens fodit in terrā, & abſcondit pecuniā dñi ſui. Poſt multū vero tēporis venit dñs ſeruorū illorū, & poſuit rationē cum eis. Et accedēs qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens. Dñe, quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce, alia quinq; ſuperlucratus ſum. Ait illi dñs eius: Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti

fidelis, ſupra multa te conſtituam:
intra in gaudium dñi tui. Acceſſit
autẽ & qui duo talenta acceperat,
& ait. Domine, duo talenta tradidi
ſti mihi: ecce, alia duo ſuperlucra-
tus ſum. Ait illi dñs eius. Euge ſer-
ue bone & fidelis: quia ſuper pauca
fuiſti fidelis, ſuprà multa te cõſtituã:
intra in gaudiũ domini tui. Offert.
Pſal. 88. Inueni Dauid ſeruum meũ, oleo
ſancto meo vnxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei, & brachium
meum confortabit eum. Secreta.

Sancti tui, q̃s dñe, nos vbiq; lętifi
cent: vt, dum eorũ merita recoli
mus, patrocinia ſentiamus. Per do.
Mat. 24. Cõio. Fidelis ſeruus & prudẽs, quẽ
conſtituit Dominus ſuper familiã
ſuam: vt det illis in tempore tritici
menſuram. Poſtcommunio.

Præſta, quæſumus, omnipotens
deus: vt de perceptis muneribus
gratias exhibẽtes, intercedente bea
to. N. confeſſore tuo atq; põtifice,
beneficia potiora ſumamus. Per d.

¶ De eodem cõi alia Miſſa. Introi.

Sacerdotes tui domine
induant iuſtitiã: & ſan
cti tui exultẽt: propter
Dauid ſeruum tuũ, nõ
auertas faciem Chriſti
Pſal. 131. tui. Pſalmus. Memẽto domine Da-
uid, & omnis manſuetudinis eius.
℣. Gloria patri & filio. Oratio.

Exaudi, quæſumus, domine pre
ces noſtras: quas in beati N. cõ
feſſoris tui atque pontificis ſolenni
tate deferimus: & qui tibi digne
meruit famulari, eius intercedenti-
bus meritis, ab omnibus nos ab-
ſolue peccatis. Per dominũ noſtrũ
Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſto-
li ad Hebręos.

Fratres. Plures facti ſunt ſacerdo ca. 7.
tes ſecundum legẽ, iccirco quod
morte prohiberẽtur permanere. Ie-
ſus autem eo quod maneat in ęter-
num, ſempiternum habet ſacerdo-
tium. Vnde & ſaluare in perpetuũ
poteſt, accedens per ſemetipſum ad
deum, ſemper viuens ad interpellã-
dum pro nobis. Talis enim dicebat
vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, in-
nocẽs, impollutus, ſegregatus a pec
catoribus, & excelſior cęlis factus.
Qui non habet quotidie neceſſita-
tem (quemadmodum ſacerdotes)
prius pro ſuis delictis hoſtias offer-
re, deinde pro populi. Hoc enim
fecit ſemel, ſe offerendo, dominus Pſal. 131.
noſter Ieſus Chriſtus. Grad. Sacer-
dotes eius induãt ſalutare: & ſan-
cti eius exultatione exultabunt. ℣.
Illud ptoducam cornu Dauid: pa-
raui lucernam Chriſto meo. Alle- Pſal. 109.
luia, alleluia. ℣. Iurauit dominus,
& non pœnitebit eum: tu es ſacer-
dos in æternum ſecundum ordinẽ
Melchiſedech, Alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omit-
titur, & ad eius verſum additur ſe-
quẽs ℣. Amauit eum dominus, &
ornauit eum, ſtolam gloriæ induit
eum, Alleluia. Poſt ſeptuageſimã.
Tractus. Beatus vir, vt ſupra in Miſ
ſa præcedenti. folio 470.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Matthęum.

In illo tempore: Dixit Ieſus di- c. 24.
ſcipulis ſuis. Vigilate, quia ne-
ſcitis qua hora dominus veſter
vẽturus ſit. Illud autem ſcitote, quo
niã ſi ſciret pater familias qua ho-

ra fur veniret: vigilaret vtiq;, & nõ ſineret perfodi domum ſuã. Ideo & vos eſtote parati: qa neſcitis qua hora fili' hominis vẽturus ſit. Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiã ſuã: vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniã ſup omnia bona ſua conſtituet eũ. Offert. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu ei'. Secr.

Pſal. 88.

SAncti N. confeſſoris tui atque pontificis, quæſumus domine, annua ſolẽnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placationis officia, & illũ beata retributio comitet, & nobis gratiæ tuę dona cõciliet. Per. Cõio. Beatus ſeru', quem cũ venerit dñs, inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis, ſuper omnia bona ſua cõſtituet eum. Poſtcõio.

Pſal. 24.

DEus fideliũ remunerator animarum, præſta: vt beati N. cõfeſſoris tui atque põtificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatẽ, precibus indulgentiam conſequamur. Per dominum noſtrum.

¶Item aliæ epiſtolæ & euãgelia pro Confeſſore pontifice.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebręos.

ca. 5.

FRatres. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cõſtituitur in iis quæ ſunt ad deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit iis qui ignorãt & errant, quoniã ipſe circũdatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam, & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquã ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebræos.

c. 13.

FRatres: Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum dei: quorũ intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Ieſus Chriſtus heri & hodie: ipſe & in ſæcula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimũ eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis: quæ nõ ꝓfuerũt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiũt. Quorũ enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per põtificẽ, horum corpora cremãtur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ populũ, extra portã paſſus eſt. Exeamus igitur ad eũ extra caſtra: improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentẽ ciuitatẽ: ſed futuram inquirimus. Per ipſum ergo offeram' hoſtiã laudis ſemper deo, ideſt, fructũ labiorũ confitentium noĩ eius. Beneficentiæ autẽ & cõmunionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur deus. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

Seq. ſancti euangelij ſm Lucam.

c. 11.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen

videant. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex fuerit: totum corpus tuum lucidū erit. Si aūt nequam fuerit, etiā corpus tuū tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te eſt, tenebrę ſint. Si ergo totū corpus tuū lucidū fuerit: nō habens aliquā partem tenebrarū, erit lucidū totū: & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

c.13. Seq. ſancti euang. ſm Marcum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Videte, vigilate, & orate. Neſcitis enim quādo tempus ſit. Sicut homo qui peregre ꝓfectus reliquit domū ſuā: & dedit ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſq; operis, & ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilate ergo: (neſcitis enim quādo dominus domus veniat: ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane) ne, cum venerit repēte, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

COMMVNE

Doctorum. Introitus.



IN medio eccłiæ aperuit os eius, & impleuit eū dominus ſpiritu ſapientię, & intellectus: ſtolā glorię induit eū. Pſal. 91. Pſalm⁹. Bonū eſt cōfiteri dño, & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui populo tuo æternæ ſalutis beatū N. miniſtrū tribuiſti: pręſta qs: vt quē doctorem vitę habuim⁹ in terris, interceſſorē habere mereamur in cœlis. Per domi.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

CAriſſime. Teſtificor corā deo & Chriſto Ieſu, q iudicatur⁹ eſt viuos & mortuos, ꝑ aduētū ipſius, & regnū eius ꝑdica verbū: inſta opportune, īportune: argue, obſecra, increpa, in oī patientia & doctrina. 2.c.4 Erit enim tēpus cū ſanā doctrinam nō ſuſtinebūt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros, pruriētes auribus: & à veritate qdē auditū auertent, ad fabulas aūt cōuertentur. Tu vero vigila, in oībus labora, opus fac euāgeliſtę, miniſteriū tuū imple. Sobrius eſto. Ego enī iam delibor: & tēpus reſolutionis meę inſtat. Bonū certamē certaui, curſum cōſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quā reddet mihi dñs in illa die, iuſtus index: non ſolum aūt mihi, ſed & iis qui diligunt aduentū eius.

Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquctur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplātabuntur greſſus eius. Pſal. 36. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eū dominus, & ornauit eū: ſtolam gloriæ induit eū. Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, & ad eius verſum additur ſequens ℣. Iuſtus germinabit ſicut Lilium, & florebit in ęternum ante dominū. Eccl. 45. Alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus. Beatus vir q timet dominum: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Glia & diuitię ī domo eius: & iuſtitia ei⁹ manet in ſclm ſeculi. Pſal. 111.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Matthęum.



Ma. 5. IN illo tē-
pore: Di-
xit Ieſus di-
ſcipulis ſuis.
Vos eſtis ſal
terrę. Quod
ſi ſal euanue
rit,in quo ſa
lietur? Ad nihilum valet vltra, niſi
vt mittatur foras, & cōculcetur ab
hominibus. Vos eſtis lux mūdi. Nō
poteſt ciuitas abſcondi ſupra mon
tem poſita. Neque accendūt lucer-
nam,& ponūt eam ſub modio, ſed
ſuper cādelabrum, vt luceat omni-
bus qui ī domo ſunt. Sic luceat lux
veſtra coram hominibus: vt videāt
opera veſtra bona, & glorificent pa
trem veſtrum qui in cœlis eſt. Noli-
te putare quoniam veni ſoluere le-
gem,aut prophetas:non veni ſolue
re,ſed adimplere. Amen quippe di-
co vobis,donec tranſeat cœlum, &
terra,iota vnum aut vnus apex nō
præteribit à lege:donec omnia fiāt.
Qui ergo ſoluerit vnum de manda
tis iſtis minimis, & docuerit ſic ho-
mines:minimus vocabitur ī regno
cœlorum. Qui autem fecerit & do-
Pſal. cuerit:hic magnus vocabitur in re-
91. gno cœlorum. Offertoriū. Iuſtus
vt palma florebit:ſicut cedrus, quę
ī Libano eſt,multiplicabitur. Secr.
SAncti tui N. nobis domine pia
non deſit oratio: quę & mune-
ra noſtra cōciliet, & tuā nobis in-
dulgentiam ſemper obtineat. Per d.
Mat. Cōio. Fidelis ſeruus & prudēs, quē
24. conſtituit dominus ſuper familiā
ſuam: vt det illis in tempore tritici
menſuram. Poſtcommunio.

VT nobis domine, tua ſacrifi-
cia dent ſalutem, beatus con-
feſſor tuus & doctor egregius preca
tor accedat. Per dominum noſtrū.

Alia epiſtola pro Doctoribus.

Lectio libri Sapientię.

IVſtus cor ſuum tradet ad vigilā- Eccl.
dum diluculo ad dominū q̄ fe- 9.
cit illum, & ī cōſpectu altiſſimi de-
precabitur. Aperiet os ſuum in ora
tione:& pro delictis ſuis deprecabi-
tur. Si enim domin⁹ magnus volue-
rit,ſpiritu intelligētiæ replebit illū:
& ipſe tanquā imbres emittet elo-
quia ſapientiæ ſuæ,& ī oratione cō
fitebitur domino. Et ipſe diriget cō-
ſilium eius & diſciplinam:& in ab-
ſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe pa-
lam faciet diſciplinā doctrinæ ſuę,
& in lege teſtamēti domini gloria-
bitur. Collaudabunt multi ſapien-
tiam eius,& vſque in ſæculum non
delebitur. Non recedet memoria
eius,& nomen eius requiretur à ge
neratione in generationem. Sapien
tiam eius enarrabunt gentes,& lau
dem eius enūciabit eccleſia.

COMMVNE

Confeſſ.non pontifi. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſa-
piētiam,& lingua eius
loquetur iudiciū: lex
dei eius in corde ipſi⁹. Pſal.
Pſalmus. Noli æmula 36.
ri in malignantibus, neque zelaue-
ris facientes iniquitatem. ℣. Gloria
patri, & filio, & ſpiritui ſctō. Orō.

DEus,qui nos beati N. confeſſo-
ris tui annua ſolennitate lętifi
cas,concede propitius: vt cuius na-

talitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 31. BEatus vir, qui inuentus eſt ſine macula:& qui poſt aurum nō abiit, nec ſperauit ī pecunię theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eū? fecit enim mirabilia ī vita ſua. Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt, & erit illi gloria ęterna. Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus: facere mala, & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino:& eleemoſynas illius enarrabit oīs eccleſia ſanctorum. Grad.
Pſal. 91. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annūciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem per noctem, Alleluia, allā. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tētationē: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, Alleluia.

¶Tempore paſchali omittitur Graduale, & additur ſequens ℣.
Eccl. 46. Amauit eum dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eū, Alleluia. Poſt ſeptuageſimam. Tractus. Beatus vir. vt ſuprà. folio 475.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 12. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dn̄m ſuum qn̄ reuertatur à nuptiis: vt cū venerit & pulſauerit, confeſtim aperiāt ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit dn̄s, inuenerit vigilātes. Amen dico vobis, ꝙ pręcinget ſe, & faciet illos diſcūbere, & trāſiens miniſtrabit illis. Et, ſi venerit in ſecūda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autē ſcitote, qm̄ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, & nō ſineret perfodi domum ſuā. Et vos eſtote parati: qa qua hora nō putatis, filius hominis veniet.

Offert. Veritas mea, & miſericordia mea cū ipſo: & ī nomine meo exaltabitur cornu eius. Pſal. 88. Secreta.

LAudis tibi domine hoſtias immolamus in tuorū cōmemoratione ſanctorum: quibus nos & pręſentibus exui malis confidimus, & futuris. Per domi. Cōio. Beatus ſeruus, quē cum venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis, ſuper oīa bona ſua cōſtituet eū. Mat. 24. Poſtcō.

REfecti cibo potuq; cœleſti, deꝰ noſter, te ſupplices exoramus: vt, in cuius hęc cōmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per dominum noſtrum &c.

¶ De eodem cōi alia miſſa. Introitꝰ.

IVſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur: plantatꝰ in domo domini, in atriis domꝰ dei noſtri. Pſal̄s. Pſal. 91. Bonum eſt cōfiteri dn̄o, & pſallere noī tuo altiſſime. ℣. Glia. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris, quas in beati N. confeſſoris tui ſolennitate deferimus: vt, qui noſtræ iuſtitiæ fiduciā non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominū.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Spectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & ho- 1 c. 4.

minibus. Nos ſtulti propter Chri-
ſtum, vos autem prudentes in Chri
ſto. Nos infirmi: vos autem fortes.
Vos nobiles, nos aũt ignobiles. Vſ-
que in hanc horã & eſurimus & ſi-
timus, nudi ſumus, & colaphis cędi
mur, & inſtabiles ſumus, & labora-
mus operantes manib⁹ noſtris. Ma-
ledicimur: & benedicimus. Perſecu
tionẽ patimur, & ſuſtinemus. Blaſ-
phemamur: & obſecramus. Tan-
quam purgamenta huius mũdi fa-
cti ſumus, omnium peripſema vſ-
que adhuc. Non vt confundã vos,
hæc ſcribo: ſed vt filios meos cariſſi
mos moneo. In Chriſto Ieſu domi-
Pſal. no noſtro. Graduale. Os iuſti medi
36. tabitur ſapiẽtiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium. ℣. Lex dei eius ĩ
corde ipſius: & non ſupplantabun
tur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣.
Pſal. Beatus vir, qui timet dominum: in
111. mandatis ei⁹ cupit nimis, Alleluia.
¶ [illegible] Graduale, o-
Eccl. [illegible] additur ſequens ℣. Iu-
45. ſtus germinabit ſicut Lilium: & flo
rebit in ęternũ ante dñm. Alleluia.
Poſt Septuageſimam. Tractus. Bea-
tus vir. ſupra. f. 473. Sequentia ſan-
ca. 12 cti euangelij ſecundum Lucam.
IN illo tempore: Dixit Ieſus diſci-
pulis ſuis. Nolite timere puſillus
grex, quia cõplacuit patri veſtro da-
re vobis regnum. Vendite quæ poſ-
ſidetis, & date eleemoſinam. Facite
vobis ſacculos qui non veteraſcũt,
theſaurum non deficientem in cę-
lis, quo fur nõ appropiat, neque ti-
nea corrũpit. Vbi enim theſaurus
veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.
Pſal. Offertorium. In virtute tua Domi-
20. ne lætabitur iuſtus, & ſuper ſalutare
tuum exultabit vehementer: deſide
rium aĩę eius tribuiſti ei. Secreta.
PRæſta nobis, q̃s omñs deus: vt no-
ſtrę humilitatis oblatio, & pro
tuorũ tibi grata ſit honore ſancto-
rum, & nos corpore pariter & men
te purificet. Per. Cõmunio. Amen Mat.
dico vobis, quod vos qui reliquiſtis 19.
omnia, & ſecuti eſtis me, centu-
plum accipietis, & vitam ęternam
poſſidebitis. Poſtcommunio.
QVæſumus omnipotens deus:
vt qui cœleſtia alimenta per-
cepimus: intercedente beato. N. cõ-
feſſore tuo, per hæc contra omnia
aduerſa muniamur. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum &c.
¶ Item alia epiſtola & euangelium
pro confeſſ. non pontifice.
Lectio epiſtolę beati Pauli apoſto-
li ad Philippenſes.
FRatres: Quæ mihi fuerunt lu-
cra, hæc arbitratus ſum propter
Chriſtum detrimenta. Veruntamẽ
exiſtimo omnia detrimentum eſſe
propter eminentem ſcientiam Ieſu
Chriſti domini mei: propter quem
omnia detrimentum feci, & arbi-
tror vt ſtercora, vt Chriſtum lucri-
faciam: & vt inueniar in illo non
habens meam iuſtitiam, quę ex le-
ge eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chri
ſti Ieſu, quæ ex Deo eſt iuſtitia in
fide: ad cognoſcendum illum, &
virtutem reſurrectionis eius, & ſo-
cietatem Paſſionis illius: cõfigura-
tus morti eius, ſi quo modo occur-
ram ad reſurrectionem, quę eſt ex
mortuis. Non qđ iam acceperim,
aut iam pfectus ſim: ſequor autẽ, ſi
quo modo cõprehendã, in quo &
cõprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



c.19. IN illo tēpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis Parabolam hāc. Homo quidam nobilis abiit ī regionem longinquam accipere ſibi regnum, & reuerti. Vocatis autē decem ſeruis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos. Negotiamini dū venio. Ciues aūt eius oderāt eū: & miſerūt legationem poſt illum, dicentes. Nolumus hūc regnare ſuper nos. Et factum eſt vt rediret accepto regno: & iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniā: vt ſciret quātum quiſque negotiatus eſſet. Venit aūt prim⁹, dicēs. Domine, mnā tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone: quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habēs ſuper decē ciuitates. Et alter venit, dicens, Dñe, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, ecce mna tua quam habui, repoſita eſt in ſudario. Timui enim te: quia homo auſter⁹ es: tollis quod non poſuiſti, & metis quod nō ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico ſerue nequā. Sciebas ꝙ ego homo auſterus ſum, tollens quod nō poſui, & metēs quod non ſeminaui: & quare nō dediſti pecuniam meam ad mēſam, & ego veniens cū vſuris vtiq; exegiſſem illā? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnā, & date illi qui decē mnas habet. Et dixerunt ei. Dñe habet decē mnas. Dico aūt vobis: qa oī habēti dabitur, & abūdabit: ab eo aūt qui nō habet, & qđ habet auferet ab eo.

COMMVNE

pro Abbatibus. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudiciū, lex dei eius in corde ipſius. Ps. Pſal. 36. Noli æmulari in malignantib⁹: neque zelaueris facientes iniquitatē. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

INterceſſio nos, qs domine beati N. Abbatis cōmendet: vt, quod noſtris meritis nō valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per dominū.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 45. Dilectus deo & hominibus, cuius memoria in benedictione eſt. Similem illū fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum, & iuſſit illi corā populo ſuo: & oſtendit illi gloriā ſuā. In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eū ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius, & induxit illum in nubē. Et dedit illi corā pręcepta & legem vitæ & diſciplinæ. Grad. Pſal. 20. Domine pręueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. Vitam petiit à te, & tribuiſti ei longitudinē Pſal. 91. dierū in ſeculum ſæculi. Alla, alleluia. ℣. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur. Alleluia. ¶ Tēpore paſcha. Graduale omittitur, & additur ſequēs ℣.

Iuſtus germinabit ſicut lilium: & flo-
rebit in æternum ante dñm. Alla.
Poſt Septuageſimam. Tractus. Bea
tus vir. ſuprà. folio 473.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Mattheum.

c. 19. IN illo tempore: Dixit Simon Pe-
trus ad Ieſum: Ecce, nos reliqui-
mus omnia, & ſecuti ſumus te:
quid ergo erit nobis? Ieſus autem
dixit illis: Amen dico vobis: quòd
vos qui ſecuti eſtis me, in regene-
ratione, cum ſederit filius hominis
in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis &
vos ſuper ſedes duodecim, iudican-
tes duodecim tribus Iſrael. Et om-
nis, qui reliquerit domum, vel fra-
tres, aut ſorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut vxorē, aut filios, aut agros
propter nomē meū: centuplum ac-
Psal. 20. cipiet, & vitam æternā poſſidebit.
Offert. Deſiderium animæ eius tri-
buiſti ei domine, & volūtate labio-
rum eius non fraudaſti eum: po-
ſuiſti in capite eius coronam de la-
pide precioſo. Secreta.

SAcris altaribus domine hoſtias
ſuperpoſitas ſanctus N. Abbas,
quæſumus, in ſalutem nobis proue-
nire depoſcat. Per dominū. Cōio.
Mat. 24. Fidelis ſeruus & prudens: quem
cōſtituit dominus ſuper familiam
ſuam: vt det illis in tempore triti-
ci menſuram. Poſtcōmunio.

PRotegat nos domine cum tui
perceptione ſacramenti beatus
N. Abbas pro nobis intercedendo:
vt, & cōuerſationis eius experiamur
inſignia, & interceſſionis ipſius per-
cipiamus ſuffragia. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtū filiū tuū.
Qui tecum viuit & regnat &c.

COMMVNE
Virginum.

¶ Pro virgine martyre. Introitus.



LOquebar de
teſtimoniis
tuis in conſpe-
ctu regum, &
non confunde-
bar: & medita-
bar in mādatis Psal. 118.
tuis, quę dilexi
nimis. ps. Beati
immaculati in via, qui ambulāt in
lege domini. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus qui inter cętera potentiæ
tuæ miracula, etiam ī ſexu fra-
gili victoriam martyrij contuliſti:
concede propitius: vt qui beatę N.
virginis & martyris tuę natalitia co-
limus: per eius ad te exempla gra-
diamur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientiæ. Eccl. 51.

COnfitebor tibi Domine rex, &
collaudabo te deū ſaluatorē
meū. Confitebor nomini tuo: quo-
niam adiutor & protector factus es
mihi: & liberaſti corpus meū à pdi-
tione: à laqueo linguę iniquæ, & la
biis operantium mendacium: & in
conſpectu perſequentium factus es
mihi adiutor. Et liberaſti me ſecun-
dū multitudinē miſericordiæ noīs
tui à rugientib⁹ pręparatis ad eſcā,
de manibus quęrētium aīam meā:
& de portis tribulationū quæ circū
dederūt me: à preſſura flammę quę
circundedit me, & in medio ignis
nō ſum æſtuata. De altitudine ven-
tris inferi: & à lingua coinquinata,
& à verbo mēdacij: à rege iniquo,
& à lingua iniuſta. Laudabit vſque

ad

ad mortē aīa mea dn̄m : qm̄ eruis
ſuſtinentes te:& liberas eos de ma-
Pſal. nu anguſtiæ dn̄e deus noſter. Grad.
44. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniqta-
tē. ℣. Propterea vnxit te Deus, Deus
tuus, oleo lętitię. Alleluia, allā. ℣.
Adducētur regi virgines poſt eā, ꝓ-
ximę eius afferentur tibi in lętitia,
Allā. ¶Tempore Paſchali, omitti-
tur Graduale, & additur ſequēs ℣.
Specie tua & pulchritudine tua, in-
tēde, proſpere, procede, & regna, Al-
leluia. Poſt Septuageſimā. Tract. Ve
ni ſponſa Chriſti, accipe coronam,
quā tibi dn̄s pręparauit in ęternū:
pro cuius amore ſanguinē tuū fu-
diſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti
iniquitatē: propterea vnxit te Deus,
deus tuus, oleo lætitiæ præ conſorti
bus tuis. ℣. Specie tua & pulchritu-
dine tua, intēde, proſpere, procede,
& regna. Seq. S. euāg. ſm Matth.



c.25. IN illo tēpo-
re: Dixit Ie-
ſus diſcipulis
ſuis Parabolā
hanc. Simile eſt
regnū cœlorū
decē virginib⁹,
quę accipiētes
lampades ſuas
exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ.
Quinque aūt ex eis erant fatuæ, &
quinque prudentes. Sed quinque fa
tuæ, acceptis lāpadibus, nō ſumpſe-
rūt oleum ſecum. Prudentes vero
acceperunt oleum in vaſis ſuis cū
lāpadibus. Morā aūt faciente ſpon-
ſo, dormitauerūt oēs & dormierūt.
Media aūt nocte clamor factus eſt:
Ecce ſpōſus venit, exite obuiam ei.
Tūc ſurrexerunt oēs virgines illę, &
ornauerūt lampades ſuas. Fatuæ au
tem ſapientibus dixerunt: Date no-
bis de oleo veſtro: quia lāpades no-
ſtrę extinguuntur. Reſponderunt
prudentes, dicentes. Ne forte nō ſuf
ficiat nobis & vobis: ite potius ad
vendentes, & emite vobis. Dum aūt
irent emere, venit ſpōſus: & quæ pa
ratæ erant, intrauerūt cū eo ad nu-
ptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime
vero veniunt & reliquę virgines, di-
centes. Domine, domine aperi no-
bis. At ille reſpondens, ait. Amen di
co vobis, neſcio vos: Vigilate itaq;:
quia neſcitis diem neque horam.
Offert. Afferētur regi virgines poſt
eā: ꝓximæ eius afferētur tibi. Secr. Pſal.
SVſcipe Domine munera, quę ī 44.
beatæ N. virginis & martyris tuę
ſolēnitate deferimus, cuius nos cōfi
dimus patrocinio liberari. Per do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum Pſal.
filium tuum. Cōio. Confundan- 118.
tur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatē
fecerunt in me: ego aūt in mādatis
tuis exercebor in tuis iuſtificationi-
bus, vt nō cōfundar. Poſtcōio.
AVxiliētur nobis domine ſum-
pta myſteria: & intercedente
beata N. virgine & martyre tua,
ſempiterna faciāt protectione gau-
dere. Per dominum noſtrum &c.

¶Item pro virgine & martyre alia
miſſa. Introitus.

ME expectauerunt peccato-
tores, vt perderent me, te
ſtimonia tua domine
intellexi: omnis conſum
mationis vidi finem, latum man-
datum tuum nimis. Pſal. Beati im Pſal.
maculati in via, qui ambulāt in le- 118.
ge domini. ℣. Gloria patri. Oratio

INdulgentiam nobis, quæſumus domine, beata N. virgo & martyr imploret: quę tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis. Per dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. DOmine deus meus exaltaſti ſu-
51. per terram habitationē meā,
& pro morte defluente deprecata ſum. Inuocaui dominū patrem domini mei, vt nō derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuū aſſidue, & collaudabo illud in confeſſione, & exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de tēpore iniquo. Propterea confitebor tibi, & laudem dicam nomini tuo, domine deus noſter. Grad. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo: deus in medio eius nō commouebitur. ℣. Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimus. Alleluia, alla. ℣. Hæc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentum. Alleluia.

¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. O quā pulchra eſt caſta generatio cū claritate, Alla. Poſt Septuageſimam. Tractus. Veni ſponſa Chriſti. vt ſupra in alia Miſſa. folio 479.

Seq. ſancti euang. ſēm Matthæum.

c. 13.



IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Simile eſt regnū cælorū theſauro abſcōdito in agro: quē qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quę habet & emit agrū illū. Iterum, ſimile eſt regnum cęlorum homini negotiatori, quærēti bonas margaritas. Inuēta autē vna precioſa margarita, abiit, & vēdidit omnia quę habuit, & emit eā. Iterū ſimile eſt regnū cęlorū ſagenę miſſę in mare, & ex omni genere piſciū congreganti. Quā, cum impleta eſſet educētes & ſecus litus ſedentes elegerunt bonos in vaſa, malos autē foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſæculi. Exibunt angeli, & ſeparabūt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Intellexiſtis hęc omnia? Dicunt ei. Etiam domine. Ait illis. Ideo, omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo
noua & vetera. Offerto. Diffuſa eſt Pſal.
gratia in labiis tuis, propterea bene 44.
dixit te deus in æternum, & in ſæculum ſæculi. Secreta.

HOſtias tibi Domine beatæ N. virginis & martyris tuæ dicatas meritis, benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrū.
Communio. Feci iudicium & iu- Pſal.
ſtitiam, domine: non calumnientur 118.
mihi ſuperbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſtcommunio.

DIuini muneris largitate ſatiati: quæſumus, domine deus noſter: vt intercedente beata N. virgine & martyre tua: in eius ſemper participatione viuamus. Per domi.

¶In communi pluriū vir. & mar. omnia dicuntur, vt ſuprà pro vna virgine & mart. excepta oratione quæ dicitur vt ſequitur, & epiſtola. De virginibus præceptum domini. quæ dicitur vt infra in cōmuni virgin. non mart. Folio 482. Oratio.

DA nobis, quæſumus, domine Deus noſter, ſanctarum virginum & martyrum tuarū N. & N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mēte nō poſſumus celebrare, humilibus ſaltē frequentemus obſequiis. Per. Secreta.

INtende, q̄ſumus domine, munera altaribus tuis pro ſanctorum virginum & martyrum tuarum N. & N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hęc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per do. Poſtcommunio.

PRæſta nobis, quęſum⁹ domine, intercedentibus ſanctis virginibus, atque martyribus tuis N. & N. vt, quod ore cōtingimus, pura mēte capiamus. Per dominum noſtrū.

¶Pro virgine tantum. Introitus.

DIlexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis. Pſal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Pſal. 44.

EXaudi nos de⁹ ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. virginis tuę feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per do.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2. ca. 10. & 12.

FRatres: Qui gloriatur in domino glorietur. Nō enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem deus commendat. Vtinam ſuſtineretis modicū quid inſipiētię meę: ſed & ſupportate me. Aemulor enim vos Dei ęmulatione. Deſpondi enim vos vni viro, virginē caſtā exhibere Chriſto. Grad. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere, procede, & regna. ℣. Propter veritatē & manſuetudinē, & iuſtitiā: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alla, alla, ℣. Adducētur regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi in lętitia, Alla.

¶Tempore paſchali omittitur Graduale, & additur ſequens ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende, proſpere procede, & regna, Alla.

Poſt ſeptuageſimam. Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā, quia cōcupiuit rex ſpeciem tuam, ℣. Vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in tēplū regis. Euang. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. vt ſup. in miſſa virg. & mar. fol. 479. Offerto.

Pſal. 44.

Filię regū in honore tuo, aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione perceptiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum.

Cōio. Quinque prudentes virgines acceperūt oleum in vaſis ſuis cū lāpadibus: media autē nocte clamor

Mat. 25.

ſactus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiã Chriſto domino. Poſtcõio.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius, quęſum⁹, interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominum.

¶ Itẽ pro virgine tm̃ alia Miſſa. Intr.

VVltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam, proximæ eius adducẽtur tibi in lætitia & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Pſal. 44.

EXaudi nos De⁹ ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę N. virginis tuę feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per do.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

.c.7 FRatres: De virginibus præceptũ domini non habeo, conſilium autem do, tanquam miſericordiã conſecutus à domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatẽ, quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem. Si autẽ acceperis vxorem, non peccaſti. Et, ſi nupſerit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt. Reliquum eſt, vt qui habẽt vxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam nõ poſſidentes: & qui vtũtur hoc mũdo, tanquam non vtantur. Preterit enim figura huius mundi. Volo autẽ vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt: quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. In Chriſto Ieſu domino noſtro. Gradu. Concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt dominus Deus tuus. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentũ, Alleluia.

Pſal. 44.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. O quã pulchra eſt, caſta generatio cũ claritate, Alleluia. Poſt Septuageſimã. Tractus. Audi filia. vt ſuprà in alia miſſa. fol. 481. Euangel. Simile eſt regnũ cęlorum theſauro abſcondito in agro. vt ſuprà in Miſſa virgin. & mar. f. 480. Offer. Afferentur regi virgines poſt eã, proximę ei⁹ afferẽtur tibi ĩ lętitia, & exultatione: adducẽtur in templũ regi dño. Secr.

Pſal. 44.

ACcepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore ſanctorum, quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per domi. Cõio.

Mat. 13.

Simile eſt regnum cælorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta autem vna precioſa margarita, vendidit omnia ſua, & comparauit eam. Poſtcõmunio.

SAtiaſti domine familiã tuã muneribus ſacris: eius, q̃ſumus, ſem

per interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominũ.

COMMVNE non virginum.

¶ Pro vna martyre non virg. Intr.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me, teſtimonia tua domine intellexi: omnis cõſummationis vidi finem, latum mãdatum tuum nimis. Pſal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. ℣. Gloria patri, & filio, & Spir. Oratio.

Pſal. 118.

Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti, concede propitius: vt, qui beatæ N. martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, quæſumus, domine deus noſter, ſanctarum martyrum tuarum N. & N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequẽtemus obſequiis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ. Epiſt. Confitebor tibi dñe rex. vt ſuprà. in miſſa virg. & martyr. folio 478.

Pſal. 44.

Gradu. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, proſpere procede, & regna, Alleluia.

¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, & additur ſequens ℣. Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet tę mirabiliter dextera tua. Alleluia. Poſt ſeptuageſimam. Tractus. Veni ſponſa Chriſti. vt ſuprà. fol. 479. Euang. Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcõdito in agro. vt ſup. f. 480. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum, & in ſæculum ſeculi, Alleluia. Secreta.

Svſcipe, domine, munera, quæ in beatæ N. martyris tuæ ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit.

Si fuerint plures. Secreta.

Intende, quæſumus, domine, munera altaribus tuis pro ſanctarũ martyrum tuarum N. & N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hęc beata myſteria illis gloriã contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui tecũ viuit & reg.

Cõmunio. Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa. Poſtcommunio. Pſal. 118.

Avxiliẽtur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata N. martyre tua: ſempiterna faciãt protectione gaudere. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Si fuerint plures. Poſtcommunio.

Præſta nobis, quæſumus domine, intercedentibus ſanctis martyrib⁹ tuis N. & N. vt, quod ore cõtingimus, pura mẽte capiamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui tecũ viuit, & reg.

PRO

PRO NEC VIRGI. nec martyre. Introitus.



COgnoui dñe quia ęquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas, à mãdatis enim tuis timui. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri.

Pſal. 118.

Oratio.

EXaudi nos Deꝰ ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatę N. feſtiuitate gudemꝰ: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrũ.

Lectio libri Sapientię.

MVlierem fortem qs inueniet? Procul, & de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri ſui: & ſpoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitę ſuę. Quęſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuũ ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portãs panẽ ſuũ. Et de nocte ſurrexit, deditq; prædam domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrũ, & emit eũ: de fructu manuũ ſuarum plantauit vineã. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: & roborauit brachium ſuum. Guſtauit & vidit qa bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manũ ſuã miſit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi: & palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſuę à frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibꝰ. Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quãdo ſederit cũ ſenatoribus terræ. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Cananeo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapientię: & lex clemẽtiæ in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuę: & panẽ otioſa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimã prędicauerũt: vir eius, & laudauit eã. Multę filię congregauerũt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Deum, ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuũ ſuarũ: & laudent eã in portis opera eius. Grad. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deꝰ in æternum. ℣. Propter veritatem & mãſuetudinẽ, & iuſtitiã, & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, allã. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intende proſpere, procede, & regna, allã. ¶ Tempore paſchali omittitur Graduale, & additur ſequens ℣. Propter veritatẽ, & manſuetudinẽ, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, Alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus. Audi filia. vt ſuprà. folio 481. Euang. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. vt ſuprà. f. 480. Offertoriũ. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in ſæculum ſæculi.

Pſal. 44.

Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacra-

tæ plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum : quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. &c.

Communio. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Poſt communio.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris : eius, quæſumus, inueruentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Item alia epiſtola pro vidua.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Timothæum. 1.c.5

CAriſſime. Viduas honora : quæ vere viduæ ſunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam vicē reddere parentibus. Hoc enim acceptum eſt coram Deo. Quæ autem vere vidua eſt & deſolata, ſperet in deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte & die. Nam quæ in deliciis eſt: viuēs mortua eſt. Et hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint. Siquis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis teſtimonium habens: ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.

IN ANNIVERſario Dedicationis ecclæ. Intr.



TErribilis eſt locus iſte: hic domus Dei eſt, & porta cęli & vocabitur aula Dei. Pſal. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri. Oratio. Pſal. 83.

DEus, qui nobis per ſingulos annos huius ſancti tēpli tui cōſecrationis reparas diē, & ſacris ſemp myſteriis repręſentas incolumes: exaudi pces populi tui: & pſta: vt, quiſquis hoc tēplũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lętetur. Per do. Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli.

IN diebus illis. Vidi ciuitatē ſanctã Ieruſalem, nouã, deſcendentē c.21.
de cælo, à deo paratam, ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. Et audiui vocē magnã de throno dicentē. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt: & ipſe deus cũ eis erit eorũ deus. Et abſterget deus omnē lacrymã ab oculis eorũ: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra, q̃ prima abierũt. Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Grad.

Locus iſte à deo factus eſt, inęſtimabile ſacramentum, irreprehenſibilis eſt. ℣. Deus, cui aſtat angelorum chorus, exaudi preces ſeruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Ado-

Pſal. 137. rabo ad templum ſanctum tuũ: & confitebor nomini tuo Dñe. Allã.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequẽs ℣. Bene fundata eſt domus Domini ſupra firmam petrã, Alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus.
Pſal. 124. Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion: non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem. ℣. Montes in circuitu eius, & dñs in circuitu populi ſui ex hoc, nunc, & vſq; in ſeculũ.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



c. 24. IN illo tẽpore: Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zacchę⁹: & hic erat princeps Publicanorum, & ipſe diues. Et quærebat videre Ieſum quis eſſet: & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens aſcendit in arborem ſicomorum vt videret eũ: quia inde erat tranſiturus. Et cũ veniſſent ad locũ, ſuſpiciens Ieſus vidit illũ, & dixit ad eũ. Zachęe, feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinãs deſcẽdit: & excepit illũ gaudens. Et cũ viderẽt omnes, murmurabãt, dicentes: quod ad hominem peccatorẽ diuertiſſet. Stans autem Zachęus dixit ad Ieſum. Ecce dimidium bonorũ meorũ dñe do pauperibus: & ſiquid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eo quod ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quęrere, & ſaluũ facere quod perierat. Offer. Dñe deus in ſimplicitate cordis mei lęt⁹ obtuli vniuerſa, & populũ tuũ, qui repertus eſt, vidi cũ ingẽti gaudio: de⁹ Iſrael cuſtodi hanc volũtatem dñe deus. Secr.

ANnue, q̃s domine, precib⁹ noſtris: vt, quicunque intra templi huius, cuius anniuerſariũ dedicationis diẽ celebramus, ambitũ cõtinemur, plena tibi atque perfecta corporis & animæ deuotione placeamus: vt, dum hęc vota pręſentia reddimus, ad ęterna pręmia te adiuuante peruenire mereamur. Per do.

Cõio. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dñs: ĩ ea oĩs qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulſanti aperietur. Poſtcõio.

DEus, qui de viuis & electis lapidibus ęternũ maieſtati tuæ præparas habitaculum: auxiliare populo tuo ſupplicanti: vt quod eccleſiæ tuæ proficit corporalibus ſpatiis, ſpiritualibus amplificetur augmentis. Per dominum noſtrũ.

¶ Infra octa. dedica. eccleſiæ, & in die octauę dicitur miſſa vt ſuprà in anniuerſario dedic. eccleſię, ſed infra octauam dicitur ſequens oratio de Sãcta Maria. Cõcede quæſum⁹. tertia Eccleſiæ. vel pro Papa.

¶ In ipſa die dedicat. Eccleſiæ miſſa dicitur vt ſuprà in Anniuerſario dedicationis, exceptis orationibus, quæ dicuntur vt ſequitur. Oratio.

DEus, qui inuiſibiliter omnia contines, & tamen pro ſalute generis humani ſigna tuæ potentię viſibiliter oſtendis: templũ hoc potentia tuę inhabitationis illuſtra: &

cōcede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunq; tribulatione ad te clamauerint, conſolationis tuę beneficia cōſequātur. Per dominum noſtrum. Secreta

DEus, qui ſacrandorum tibi autor es munerū, effunde ſuper hāc orationis domū benedictionē tuā : vt ab omnibus in ea inuocātibus nomen tuum, defenſionis tuę ſentiatur auxilium. Per. Poſtcōio.

QVęſumus, omnipotens deus: vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus : cunctis petentibus aures tuę pietatis accōmodes. Per dominum noſtrum.

¶In ipſa die Dedicationis altaris totum officium agitur vt ſuprà in Anniuerſario dedicationis Eccleſię pręter orationes, loco quarum dicuntur ſequentes. Oratio.

DEus, qui ex omni coaptatione ſanctorum, æternum tibi condis habitaculum: da ędificationi tuę incrementa cęleſtia: vt quorū hic reliquias pio amore complectimur, eorum ſemper meritis adiuuemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuū. Secreta.

OMnipotens ſempiterne deus, altare hoc nomini tuo ędificatum cæleſtis virtutis benedictione ſanctifica, & omnibus in te ſperantibus auxilij tui munus oſtende: vt, & hic ſacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

QVęſumus omnipotens deus, vt in hoc loco nomini tuo dedicato, cunctis petentibus aures tuę pietatis accommodes. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuū.

MISSAE VOTIVAE.

¶Sequentes miſſę votiuę, licet pro ſacerdotis deuotione quacunq; die dici poſſint per hebdomadā, quando feſtū duplex nō occurrit, (Quod tamē paſſim niſi rationabili de cauſa fieri nō debet, ſed quoad fieri poteſt miſſa cū officio cōueniat) cuiq; tamen diei ꝓpria miſſa poteſt aſſignari, vt ¶Feria ij. (niſi dicatur pro defunctis) miſſa de S. Trinitate.

¶Feria tertia, de Angelis.

¶Feria quarta, de Apoſtolis.

¶Feria quinta, de Spiritu ſancto.

¶Feria ſexta, de Cruce.

¶Sabbato de ſancta Maria. In ipſis non dicitur Gloria in excelſis. nec Credo niſi ꝓ publica eccleſię cauſa. In Miſſa autem beatę Mariæ, & in Miſſa Angelorum tantum dicitur. Gloria in excelſis Deo. &c.

¶Miſſa votiua de S. Trinitate. Intr.

BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiſcū miſericordiam ſuam. Pſalm. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. ℣. Gloria. Oratio. Pſ. 8.

OMnipotens ſempiterne deus, qui dediſti famulis tuis in cōfeſſione verę fidei, æternę Trinitatis gloriam agnoſcere, & in potentia maieſtatis adorare vnitatē, quæſumus: vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Gaudete, perfecti eſto- 2. ca. 13.

te, exhortamini, idem ſapite, pacē habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiſcū. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum
Da. 3. omnibus vobis. Amen. Graduale.
Benedictus es Domine, qui intueris abyſſos, & ſedes ſup Cherubim. ℣. Benedictus es Domine in firmamento cęli, & laudabilis in ſecula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis in ſecula, alleluia.

¶Tēpore paſchali Graduale omittitur vſque ad primum. Alleluia, & additur alius verſus vt ſequitur. ℣. Benedicamus patrem & filium cum ſancto Spiritu, alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus. Te deū patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te Spiritum ſanctū paraclitū, ſanctam & indiuiduam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus ſolus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarū actio, in ſæcula ſempiterna, ò beata Trinitas.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.
c. 15. & 16. In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, Spiritum veritatis qui à patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis: quia ab initio mecū eſtis. Hæc locutus ſum vobis, vt nō ſcandalizemini. Abſque ſinagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium prꝗſtare Deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerunt patrem neq; me. Sed hęc locutus ſum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis: Offer. Benedictus ſit deꝰ pater, vnigenitusque dei filius, ſanctus quoque Spiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Secreta.

Sanctifica, quæſumus domine deus noſter, per tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hoſtiam: & per eam noſmetipſos tibi perfice munus ęternū. Per. Prꝗfatio de ſancta Trinitate. Qui cum vnigenito. fol. 250. Communio. Benedicimus deum cęli, & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Poſtcommunio.

Proficiat nobis ad ſalutem corporis, & animę, domine deus noſter, huius ſacramenti ſuſceptio: & ſempiternę ſanctę Trinitatis, eiuſdemque indiuiduæ vnitatis confeſſio. Per dominum noſtrum. &c.

Tempore paſchali in fine Introitus, Offertorij, & Communionis, tā in ſuperiori, quam in ſequētibus miſſis, vbi non habetur, additur.

¶Pro gratiarū actione dicitur miſſa de ſancta Trinitate, vel de Spiritu Sancto, vel de ſancta Maria, additis ſequētibus orationibus. Oro.

Deus, cuius miſericordię non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, piiſſimæ maieſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: vt, qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerēs, ad prꝗmia futura diſponas. Per dominum noſtrum. Secreta.

ODorē domine ſacrificij huius cum gratiarum actionib⁹ ſuſcipe ſuauitatis,& præſta, vt, quos exaudire, & incolumes ſeruare dignatus es: ab omni in poſterū aduerſitate cuſtodias: & in tuo ſeruitio & amore concreſcant. Per dominum noſtrum. Poſtcōmunio.

DEus, qui neminē in te ſperantem, nimium affligi permittis ſed pium precibus præſtas auditū: pro poſtulationibus noſtris,votisq; ſuſceptis gratias agimus,te piiſſime deprecantes: vt per hæc quæ ſumpſimus, à cunctis eripi mereamur aduerſis. Per dominum noſtrum.

MISSA VOTIVA de Angelis.

Introitus.

BEnedicite dominum omnes angeli eius,potentes virtute: qui facitis verbum eius, ad audiēdam vocem ſermonum eius. Pſalm. Benedic anima mea domino,& omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. ℣. Gloria patri & filio. Pſal. 102. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorum miniſteria,hominūq; diſpenſas,cōcede propitius:vt quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per dominū noſtrum.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli.

Apo. 5.

IN diebus illis. Audiui vocē angelorum multorū in circuitu throni & animalium & ſeniorū: & erat numerus eorum millia millium,dicentium voce magna. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt,accipere virtutem,& diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem,& honorē, & gloriam,& benedictionem.Et omnem creaturā quæ ī cœlo eſt,& ſuper terram,& ſub terra, & quæ ſunt ī mari,& quę in eo: omnes audiui dicētes· Sedēti in throno,& agno,benedictio,& honor,& gloria, & poteſtas in ſęcula ſæculorū. Et quatuor animalia dicebant: Amē.Et vigintiquatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas: & adorauerūt viuentē in ſęcula ſęculorū. Grad. Laudate dominū de cęlis, laudate eum in excelſis. ℣. Laudate eū oēs angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Pſal. 148. Alleluia,allīa. ℣. In conſpectu angelorum pſallā tibi,adorabo ad tēplum ſanctum tuum,& confitebor nomini tuo,alleluia.¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur [illegible] ℣. Angelus domini deſcendit de cęlo, & accedēs reuoluit lapidem,& ſedebat ſuper eū, Allīa. Poſt Septuageſimā. Tractus. Benedicite dñm omnes Angeli eius: potentes virtute,qui facitis verbū eius. ℣. Benedicite domino omnes virtutes eius: miniſtri eius qui facitis voluntatē eius. ℣. Benedicite dño oīa opera eius, in omni loco dominationis eius benedic aīa mea dño. Pſal. 102.

Seq. ſancti euang. ſecundū Ioānem.

IN illo tempore: Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe: & dicit de eo.Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt Dicit ei Nathanael. Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Priuſquā te Philippus vocaret,cū eſſes ſub ficu vidi te. Rñdit ei Nathanael,& ait. Rabbi, tu es filius Dei,tu es rex Iſrael. Reſpōdit Ieſus,

& dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis cœlū apertum, & angelos Dei aſcendentes & deſcendētes ſupra filium hominis. Offerto. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa: & aſcendit fumus aromatum de manu Angeli in cōſpectu dei. Secreta.

HOſtias tibi domine laudis offerimus, ſuppliciter deprecātes: vt eaſdem angelico pro nobis interueniente ſuffragio, & placatus accipias, & ad ſalutem noſtram prouenire concedas. Per dominum no. Communio. Angeli, Archangeli, Principatus, & poteſtates, virtutes cœlorum, Throni, & Dominationes, Cherubim atque Seraphim, dominū benedicite in æternū. Poſtc.

REpleti, domine, benedictione cœleſti, ſuppliciter imploramus: vt, quod fragili celebramus officio, ſanctorum angelorum atque archangelorum nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per dominum no.

¶ Alia miſſa votiua de S. Michaele archāgelo, prout in eius Dedicatione menſe Septemb. folio 440.

¶ Miſſa votiua de ſanctis apoſtolis Petro, & Paulo. Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ps. Domine ꝓbaſtī me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā Pſal. 138 & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit, & coapoſtolum eius Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede: vt amborum meritis, æternitatis gloriam cōſequamur. Qui viuis.

Lectio Actuum Apoſtolorum. ca. 5.

IN diebus illis: Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat ſe cōiungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorū ac mulierum: ita vt in plateis eiicerent infirmos, & ponerēt ī lectulis & grabatis: vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obūbrarēt quēquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Cōcurrebat autem & multitudo vicinarū ciuitatū Ieruſalem, afferētes ęgros & vexatos à ſpiritibus immūdis: qui curabantur omnes. Grad. Conſtitues Pſal. 44. eos principes ſuper omnem terrā: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebūtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui De⁹: nimis confortatus eſt principatus eorum, Alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus. Qui ſeminant in lacrymis, in Pſal. 125. gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant mittētes ſemina ſua. ℣. Venientes aūt venient cū exultatione portantes manipulos ſuos. Sequentia ſancti euang. ſm Matthæum.

IN illo tēpore: Dixit Simon Pe-

trus ad Ieſum: Ecce, nos reliquim⁹ omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros ꝓpter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam ęternā poſſidebit. Offert. In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Secreta.

OFferimus tibi domine preces & munera: quæ, vt tuo ſint digna cōſpectu, apoſtolorum tuorum Petri & Pauli precib⁹ adiuuemur. Per do. Præfatio de apoſtolis. fol. 254. Cōmunio. Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicātes duodecim tribus Iſrael. Poſtcōio.

PRotege domine populum tuū: & apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli patrocinio confidentē perpetua defenſione conſerua. Per do.

Tempore paſchali dicitur miſſa vt in feſto ſancti Marci, prętcr orationem, Epiſtolam, & Euāgelium, quę dicuntur vt ſupra.

MISSA VOTIVA de Spiritu ſancto.

Introitus.

SPiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis. Pſalmus. Exurgat deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui corda fidelium, ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominum. in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti De⁹. Per omnia ſæcula ſeculorum. Amen.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis. Cū audiſſent Apoſtoli qui erant Ieroſolymis, quia recepit Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum. Nondum enim in quenquā illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritū ſanctū. Graduale. Beata gens, cuius eſt dominus deus eorum, populus quem elegit dominus in hæreditatem ſibi. ℣. Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fideliū: & tui amoris in eis ignē accende, alleluia. Pſal. 127.

¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractus. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. ℣. O quam bonus & ſuauis eſt Domine, ſpiritus tuus in nobis. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: & tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

c.14. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Siquis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, & Pater meus diliget eum,& ad eum veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus.Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonẽ quẽ audiſtis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me,patris. Hęc locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oĩa,& ſuggeret vobis oĩa quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrũ, neque formidet. Audiſtis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique,qa vado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nũc dixi vobis, priuſquã fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.Sed vt cognoſcat mũdus quia diligo patrem:& ſicut mandatũ dedit mihi
Pſal. pater, ſic facio. Offert. Confirma
67. deus, quod operatus es in nobis: à tẽplo ſancto tuo,qđ eſt in Ierſm tibi offerent reges munera. Secreta.

MVnera, quæſumus, domine, oblata ſanctifica: & corda noſtra ſancti Spiritus illuſtratione emũda. Per dominũ. in vnit. eiuſd. Præfatio. Qui aſcendens ſuper omnes cœlos. fol. 266. Communio. Fa
act. 2 ctus eſt repente de cœlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, vbi erant ſedentes: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, loquẽtes magnalia Dei. Poſtcommunio.

SAncti Spiritus, quęſumꝰ domine, corda noſtra mundet infuſio,& ſui roris intima aſperſione fęcundet. Per dominum. in vnitate.

¶ Ad poſtulandam gratiam Spiritus ſancti, dicitur miſſa vt ſup,cum ſequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cui omne cor patet, & oĩs voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum: purifica per infuſionem ſancti Spiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur. Per do. in vni.eiuſd. Secreta.

HAec oblatio, q̃s domine, cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per do. in vni. Poſtcõio.

COncede, quęſumus, omnipotens deus: ſanctum nos Spiritum votis promereri ſedulis: quatenus eius gratia,& ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorũ noſtrorum indulgentiam mereamur accipere. Per domi. in vnitate.

¶ Poteſt etiam in hac quinta feria dici miſſa votiua de Sãctiſſimo Sacramẽto, q̃ habetur ĩ eiꝰ feſto. f. 319.

MISSA VOTIVA
de S. Cruce. Introitus.

NOs autẽ gloriari oportet ĩ Cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: ĩ quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra: per quẽ ſaluati, & liberati ſumus. Pſalmus. Deus miſereatur noſtri, & benedi-

cat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus, qui vnigeniti filij tui precioſo ſanguine, viuificæ Crucis vexillum ſanctificare voluiſti: cōcede quæſumus, eos, qui eiuſdē ſanctæ Crucis gaudēt honore, tua quoque vbiq; protectione gaudere. Per eundem dominum noſtrum &c.

Tempore paſchali, loco ſupradictæ orationis dicitur ſequens Oratio.

DEus, qui pro nobis filium tuū crucis patibulum ſubire voluiſti, vt inimici à nobis expelleres poteſtatē: concede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gratiam conſequamur. Per eundem. Et ad Introitum Offertorium, & poſtcōmu. additur Alla. vt ſup in ꝑpria rub. dictū eſt.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

ca. 2. FRatres: Chriſt⁹ factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autē Crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomen: vt ī nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dn̄s Ieſus Chriſtus ī gloria eſt dei patris. Grad. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortē: mortem autem Crucis. ℣. Propter quod & de⁹ exaltauit illū: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomē. Alleluia, alla. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cœlorum, & dominum. Alleluia. ¶Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Dicite in gentibus, quia Domin⁹ regnauit à ligno, Alleluia.

Phil. 2.

Poſt Septuageſimam. Tractus. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi: quia per Crucem tuam redemiſti mundum. ℣. Tuam Crucem adoram⁹ Domine, tuam glorioſam recolimus Paſſionem; miſerere noſtri, q paſſus es pro nobis. ℣. O crux benedicta: quæ ſola fuiſti digna portare regem cœlorum, & dominum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis. Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis: & condemnabunt eū morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellādum, & crucifigendū: & tertia die reſurget. Offert. c. 20.

Protege Domine plebem tuā per ſignum ſanctæ crucis ab omnibus inſidiis inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem, & acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secreta.

HAec oblatio, quæſumus domine, ab omnibus nos purget offenſis: quæ in ara crucis immolata, etiam totius mundi tulit offenſam. Per dominū. Præfatio de cruce. Qui ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti. fol. 260.

Communio. Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter. Poſtcommunio.

ADeſto nobis domine deus noſter: & quos ſanctæ Crucis lætari facis honore, eius quoq; perpetuis defende ſubſidiis. Per dominū.

¶ Alia Miſſa de Paſſione dñi noſtri Ieſu Chriſti. Introitus.

HVmiliauit ſemetipſum dñs Ieſus Chriſt⁹ vſque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomē. ps. Miſericordias
Pſal. 88. domini in æternum cātabo: in generatione & generationem. ℣. Gloria patri, & filio, & Spir. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte: q de cœlis ad terrā de ſinu patris deſcendiſti, & ſanguinem tuū precioſum in remiſſionem peccatorū noſtrorum fudiſti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexterā tuam audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis & regnas &c.

c. 12. & 13 Lectio Zachariæ prophetæ.

HAec dicit domin⁹. Effundam ſuper domum Dauid, & ſup omnes habitantes Ieruſalem, ſpiritū gratiæ, & miſerationis: & aſpicient in eum quem confixerunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum: & dolebunt ſuper eū vt doleri ſolet in morte primogeniti. In illa die erit plāctus magnus in Ieruſalē: & dicetur. Quot ſunt plagæ iſtę ī medio manuū tuarū? Et dicet. His plagatus ſum in domo eorū qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper paſtorē meū, & ſuper virū cohęrentē mihi, dicit Dñs exercituū: Percute paſtorē, & diſpergētur oues. Ait dñs omnipotēs. Gradua. Improperiū expectauit cor meū, & miſeriam: & ſuſtinui, qui ſimul mecum contriſtaretur, & nō fuit: conſolantem me quęſiui, & nō inueni. ℣. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Alľ. alľ. ℣. Aue rex noſter: tu ſolus noſtros es miſeratus errores: patri obediens ductus es ad crucifigendum: vt agnus māſuetus ad occiſionem, Alľ. ¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Tibi gloria oſanna: tibi triumphus & victoria: tibi ſummæ laudis & honoris corona, Alleluia. Poſt Septuageſimam. Tractus. Vere languores noſtros ipſe tulit, & Iſa. 54.
dolores noſtros ipſe portauit. ℣. Et nos putauimus eū quaſi leproſum, & percuſſum à deo, & humiliatū. ℣. Ipſe autē vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. ℣. Diſciplina pacis ſuper eum: & liuore eius ſanati ſumus.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tēpore: Sciens Ieſus, quia c. 19
iam omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dixit: Sitio. Vas ergo poſitū erat aceto plenū, hyſſopo circūponētes obtulerūt ori eius. Cū ergo accepiſſet Ieſus acetū, dixit. Cōſummatū eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritū. Iudæi ergo quoniā paraſceue erat, vt non remanerēt in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura: & alterius, qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderūt eum iam mortuum, non

fre-

fregerunt eius crura, ſed vnus mili-
tum lancea latus eius aperuit, & cō
tinuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui
vidit, teſtimonium perhibuit: &
Pſal. verum eſt teſtimonium eius. Offer.
21. Inſurrexerūt in me viri iniqui abſ-
que miſericordia, quæſierūt me in-
terficere: & non pepercerunt in fa-
ciem meam ſpuere: lanceis ſuis vul
nerauerunt me, & cōcuſſa ſunt om
nia oſſa mea. Secreta.

OBlatū tibi domine ſacrificiū, intercedente vnigeniti filij tui paſſione, viuificet nos ſemp & muniat. Qui tecum. Cōio. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerūt oīa oſſa mea. Poſtcōio.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui, qui hora ſexta pro redemptione mundi crucis patibulum aſcendiſti, & ſanguinem tuum præcioſum in remiſſionem peccatorū noſtrorum fudiſti, te humiliter deprecamur: vt poſt obitum noſtrum paradiſi ianuas nos gaudēter introire concedas. Qui viuis & regnas &c.

MISSA VOTIVA.

de ſancta Maria ab Aduentu vſque ad Natiuitatem. Introitus.



ROrate cę
li deſu-
per, & nubes
pluant iuſtū:
aperiatur ter
ra: & germi-
Pſal. net Saluato-
84. rē. p̄s. Bene-
dixiſti domine terram tuā, auertiſti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

DEus, qui beatæ Mariæ virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante carnē ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem dominum noſtrum &c.

Lectio Iſaię prophetæ.

IN diebus illis: Locutus eſt do- ca. 7.
minus ad Achaz, dicens. Pete ti-
bi ſignum à domino deo tuo ī pro
fundum inferni, ſiue in excelſum
ſupra. Et dixit Achaz. Non petam:
& non tentabo dominum. Et dixit.
Audite ergo domus Dauid. Nūqd
parum vobis eſt, moleſtos eſſe ho-
minibus: quia moleſti eſtis & deo
meo? Propter hoc dabit dominus
ipſe vobis ſignum. Ecce virgo con-
cipiet, & pariet filium, & vocabitur
nomē eius Emanuel. Butyrū & mel
comedet, vt ſciat reprobare malū,
& eligere bonū. Grad. Tollite por Pſal.
tas principes veſtras, & eleuamini 23.
portę æternales, & introibit rex glo-
riæ. ℣. Quis aſcendet in montē domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, & mundo corde. Alleluia, all'a. ℣. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Miſſus eſt Ange ca. 1.
lus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileę, cui nomen Nazareth: ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cū audiſſet, turbata eſt ī ſermone eius,

& cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio? Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelũ. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis, eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit ĩpoſſibile apud Deũ omne verbum. Dixit autẽ Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. **Offert.** Aue maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. **Secreta.**

IN mentibus noſtris, quæſumus domine, verę fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine, Deum verum, & hominem confitemur: per eiuſdem ſalutiferę reſurrectionis potentiã, ad ęternã mereamur peruenire lætitiam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viu. **Præfatio.** Et te in veneratione beatæ Mariæ. **quæ in ſequentibus quoque Miſſis de S. Maria dicitur. f. 254.**

Iſa. 7. **Communio.** Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. **Poſtcõmunio.**

GRatiam tuam, quæſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui Angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius & crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eũd. ¶ **A Natiuitate dñi vſque ad Purificationem. Intro.**

VVltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius adducentur tibi, in lætitia & exultatione. **Pſalmus.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, & Spir. **Oratio.** Pſal. 44.

DEus, qui ſalutis æternæ beatæ Marię virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti, tribue quæſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quã meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: Qui tecum vi.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Titum.

CAriſſime: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei: nõ ex operibus iuſtitię q̃ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtũ Saluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ, In Chriſto Ieſu Domino noſtro. **Gradu.** Speciosus forma præ filiis hominum:

diffuſa eſt gratia ĩ labiis tuis. ℣. Eru
ctauit cor meum verbum bonũ: di
co ego opera mea regi: lingua mea
calamus ſcribæ velociter ſcribentis.
Alleluia, allẽ. ℣. Poſt partũ virgo
inuiolata permanſiſti, dei genitrix
intercede pro nobis, allẽ. Poſt Se-
ptuageſimam. Tractus. Gaude Ma-
ria virgo. vt in ſequenti Miſſa.

Seq. ſancti euangelij ſm Lucam.

ca. 2. IN illo tempore: Paſtores loque-
bantur adinuicem. Tranſeamus
vſq; Bethleem: & videamus hoc
verbum quod factũ eſt: quod fecit
dñs, & oſtendit nobis. Et venerunt
feſtinantes: & inuenerunt Mariam
& Ioſeph, & infantẽ poſitũ in pręſe
pio. Videntes autẽ cognouerũt de
verbo qđ dictũ erat illis de puero
hoc. Et omnes qui audierũt, mirati
ſunt: & de his, quę dicta erãt à paſto
ribus ad ipſos. Maria autẽ cõſerua-
bat omnia verba hęc, cõferẽs in cor
de ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glo-
rificantes, & laudantes Deũ in om-
nibus quę audierant, & viderant, ſi-
cut dictnm eſt ad illos. Offert. Fe-
lix namque es ſacra virgo Maria, &
oĩ laude digniſſima: qa ex te ort⁹ eſt
ſol iuſtitiæ, Chrs deus noſter. Secr.

MVneribus noſtris, qſumus do
mine, precibuſque ſuſceptis,
& cæleſtibus nos munda myſteri-
is, & clementer exaudi. Per domi
nũ no. Communio. Beata viſcera
Mariæ virginis, quę portauerũt ęter
ni patris filium. Poſtcommunio.

HAec nos cõio dñe purget à cri
mine: & intercedẽte beata Dei
genitrice Maria, cæleſtis remedij fa-
ciat eſſe conſortes. Per eundem do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ A purific. vſq; ad Paſcha. Introi.

SAlue ſancta parens, eni-
xa puerpera regem: qui
cęlum terramque regit
ĩ ſæcula ſęculorũ. Pſal.
Eructauit cor meũ ver- Pſal. 44.
bum bonum: dico ego opera mea
regi. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quę
ſumus, dñe deus, perpetua mẽ-
tis & corporis ſanitate gaudere: &
glorioſa beatæ Mariæ ſemper virgi-
nis interceſſione, à pręſenti liberari
triſtitia, & ęterna pfrui lætitia. Per
dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Lectio libri Sapientiæ.

AB initio & ante ſęcula creata Eccl. 24.
ſum: & vſq; ad futurũ ſclm
nõ deſinã: & in habitatione ſancta
coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Siõ
firmata ſum: & in ciuitate ſanctifi-
cata ſimiliter requieui: & in Ieruſa
lem poteſtas mea. Et radicaui in po
pulo honorificato: & in partes dei
mei hereditas illius: & in plenitu-
dine ſanctorũ detentio mea. Grad.
Benedicta & venerabilis es virgo
Maria: quę ſine tactu pudoris inuẽ-
ta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei
genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, ĩ
tua ſe clauſit viſcera factus homo.
Alleluia, alleluia. ℣. Virga Ieſſe flo
ruit, virgo Deum, & hominem ge-
nuit: pacem deus reddidit: in ſe re-
concilians ima ſummis, Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus. Gau-
de Maria virgo, cunctas hęreſes ſola
interemiſti. ℣. Quę Gabrielis archã
geli dictis credidiſti. ℣. Dum virgo
deum & hominem genuiſti, & poſt
partũ virgo ĩuiolata permãſiſti. ℣.
Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. c.11.

IN illo tẽpore. Loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud. Offert. Fęlix nãque es ſacra virgo Maria, & omni laude digniſſima: quia ex te ort⁹ eſt ſol iuſtitię, Chriſtus deus noſter. Secreta.

TVa domine propitiatione & beatę Marię ſemper virginis interceſſione: ad perpetuam atque præſentem hæc oblatio nobis proficiat proſperitatem & pacem. Per. Communio. Beata viſcera Mariæ virginis, quæ portauerunt ęterni patris filium. Poſtcommunio.

SVmptis domine ſalutis noſtræ ſubſidiis, da, q̃s beatæ Marię ſemper virginis patrociniis nos vbique protegi, in cuius veneratione hæc tuę obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Paſcha vſque ad Pentec. Introi.

SAlue ſancta parẽs, enixa puerpera regem: qui cælum terramque regit in ſæcula ſęculorum, al
Pſal. 44. leluia. Pſal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri & filio, & ſpiritui ſancto. Oro.

COncede nos famulos tuos, quęſumus domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lętitia. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientiæ.

ABinitio, & ante ſęcula creata c.24.
ſum: & vſque ad futurum ſęculum non deſinam: & in habitatione ſancta, coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Syon firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine ſanctorum detentio mea. Alleluia, alleluia. ℣. Virga Ieſſe floruit: virgo deum & hominem genuit: pacem deus reddidit: in ſe reconcilians ima ſummis: alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tẽpore: Stabant iuxta cru c.19.
cẽ Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtãtẽ, quẽ diligebat, dicit matri ſuę. Mulier, ecce filius tuus: Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuã. Offert. Beata es virgo Maria, quæ omnium portaſti creatorẽ: genuiſti qui te fecit, & in ęternum permanes virgo, Alleluia. Secreta.

TVa domine propitiatione, & B. Marię ſemp̃ virginis interceſſione: ad perpetuã atq; præſentem hęc oblatio nobis proficiat proſperitatẽ & pacẽ. Per. Cõio. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filiũ all'a. Poſtcõ.

SVmptis domine ſalutis noſtræ ſubſidiis, da q̃ſumus, beatæ Ma-

riæ ſemper virginis patrociniis nos vbiq; protegi, in cuius veneratione hęc tuę obtulim⁹ maieſtati. Per do.

¶ A Pentecoſte vſque ad Aduentum. Introitus.

SAlue ſancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum terramque regit ĩ ſæcula ſęculorũ. Pſal.
Pſal. 44. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & fil. Oratio.

COncede nos famulos tuos quę ſumus, dñe deus, perpetua mẽtis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione, à pręſenti liberari triſtitia, & ęterna pfrui lætitia. Per.

Lectio libri Sapientiæ.

Eccl. 24. AB initio & ante ſęcula creata ſum: & vſq; ad futurũ ſclm nõ deſinã: & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Siõ firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius: & in plenitudine ſanctorũ detentio mea. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę ſine tactu pudoris inuẽta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quẽ totus nõ capit orbis, ĩ tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti, dei genitrix intercede pro nobis, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 11. IN illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portauit, & vbera q̃ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimmo, beati qui audiũt verbum dei, & cuſtodiunt illud. Offert. Aue Maria Lu. 1
gratia plena, dominus tecum: benędicta tu in mulierib⁹, & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

TVa domine propitiatione: & beatæ Mariæ ſemper virginis interceſſione: ad perpetuam atque pręſentem hęc oblatio nobis proficiat proſperitatem & pacem. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

Communio. Beata viſcera Mariæ virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Poſtcommunio.

SVmptis domine ſalutis noſtræ ſubſidiis, da, quęſumus beatæ Mariæ ſemper virginis patrociniis nos vbique protegi, in cuius veneratione hæc tuę obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum &c.

ALIAE MISSAE

votiuæ pro diuerſis, quacunq; die dicẽdæ, niſi fuerit dominica, vel officiũ duplex: quę tamen paſſim nõ dicantur niſi vrgenti de cauſa, vt ſuprà dictũ eſt de aliis miſſis votiuis.

¶ Miſſa pro quacunque neceſſitate. Introitus.

SAlus populi ego ſum, dicit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorũ dominus in perpetuum. Pſal. Attendite popule meus legem meam: Pſal. 77.
inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

INeffabilem miſericordiam tuã domine nobis clemẽter oſtẽde:

vt ſimul nos, & à peccatis omnibus
exuas, & à penis quas pro his mere-
mur eripias. Per dominum noſtrũ.

Lectio Ieremiæ prophetę.

SI iniquitates noſtræ cõtenderint
contra nos: domine fac propter
nomẽ tuum: qm multæ ſunt auer-
ſiones noſtrę. Tibi peccauimus, ex-
pectatio Iſrael, ſaluator eius in tem
pore tribulationis. Tu autem in no
bis es dñe, & nomen tuum inuoca-
tum eſt ſuper nos: ne derelinquas
Pſal. nos domine deus noſter. Grad. Li-
43. beraſti nos dñe ex affligentib⁹ nos:
& eos qui nos oderunt, confudiſti.
℣. In Deo laudabimur tota die, &
Pſal. nomini tuo confitebimur in ſæcu-
78. la. Alleluia, alleluia. ℣. Propitius
eſto dñe peccatis noſtris: ne quãdo
dicant gentes, vbi eſt de⁹ eorũ: alla.
¶Tempore paſchali. Graduale o-
mittitur, & additur ſequens ℣. E-
xultabo, & lætabor in miſericordia
tua: quoniam reſpexiſti humilita-
tem meam, ſaluaſti de neceſſitati-
Pſal. bus animam meam, Alleluia. Poſt
24. Septuageſimam. Tractus. De ne-
ceſſitatib⁹ meis eripe me Domine:
vide humilitatem meam, & laborẽ
meũ: & dimitte oĩa peccata mea.
℣. Ad te domine leuaui animam
meam, deus meus in te confido,
non erubeſcam: neque irrideat me
inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi q
te expectant, non confundentur:
confundantur omnes facientes va-
na. Euang. Habete fidem Dei. vt ſu
pra, in feſto Sancti Gregorij Thau-
maturgi. Folio 452. Offertorium.
Pſal. Si ambulauero in medio tribula-
137. tionis, viuificabis me domine: &
ſuper iram inimicorum meorum
extendes manum tuam, & ſaluum
me fecit dextera tua. Secreta.

PVrificet nos domine, quæſum⁹,
muneris præſentis oblatio: & di
gnos ſacra participatione perficiat. Pſal.
Per dominum. Communio. Me- 118.
mento verbi tui ſeruo tuo domi-
ne, in quo mihi ſpem dediſti: hæc
me cõſolata eſt in humilitate mea.

Poſtcommunio.

PRæſta, quæſum⁹ domine: vt ter-
renis affectib⁹ expiati, ad ſuper-
ni plenitudinẽ ſacramẽti, cuius li-
bauimus ſancta, tendamus. Per domi.

¶Miſſa pro peccatis. Introitus.

MIſereris omniũ Dñe,
& nihil odiſti eorũ quę
feciſti: diſſimulans pec
cata hominũ ꝓpter pę-
nitentiam, & parcens
illis, quia tu es dominus deus no- Pſal.
ſter. Pſalmus. Miſerere mei Deus, 56.
miſerere mei: quoniam in te con-
fidit anima mea. ℣. Gloria patri &
filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

EXaudi, quæſumus, domine ſup
plicium preces, & confitentium
tibi parce peccatis: vt pariter nobis
indulgentiam tribuas benignus, &
pacem. Per dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum filium tuum &c.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apo-
ſtoli ad Romanos.

FRatres: Condelector legi dei ſe- ca. 7.
cundum interiorem hominem.
Video autem aliam legẽ in mẽbris
meis, repugnantẽ legi mentis meę:
& captiuantem me in lege peccati,
quæ eſt in mẽbris meis. Infelix ego
homo, quis me liberabit de corpo-
re mortis huius? Gratia Dei per Ie-
ſum Chriſtum dominũ noſtrum.

Pſal 78. Gradu. Propitius eſto domine peccatis noſtris, ne quando dicant gentes, vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos De⁹ ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui domine libera nos. Alſ'a, alſ'a. ℣. Deus iudex
Pſ. 7. iuſtus, fortis, & patiens; nunquid iraſcetur per ſingulos dies? alleluia.
¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequẽs ℣. Auditui
Pſal. 50. meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabũt oſſa humiliata, Alleluia.
Pſal. 129. Poſt Septuageſimam. Tractus. De profundis clamaui ad te domine, Domine exaudi vocẽ meã. ℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationẽ ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine, dñe quis ſuſtinebit?

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 11. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid ſerpentem pro piſce dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cũ ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis pater veſter de cęlo, dabit Spiritum bonum petentibus ſe? Offer.
Pſal. 101. Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te pueniat. Secr.

HOſtias tibi domine placationis & laudis offerim⁹: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Communio. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti, aperietur, alſ'a. Poſtcõio. Mat. 7.

PRæſta nobis æterne ſaluator: vt percipientes hoc munere veniã peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominum noſtrum. &c.

¶ Miſſa pro eligendo ſummo Pontifice, ſede vacante, dicitur de Spiritu ſancto, vel vt ſequitur. Introit⁹.

SVſcitabo mihi ſacerdotem fidelẽ, qui iuxta cor meũ & animã meam faciet, & ædificabo ei domũ fidelẽ, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus. Pſal's. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio. Pſal. 131.

SVpplici domine humilitate depoſcimus: vt ſacroſanctæ Romanæ eccleſię cõcedat pontificem illum tua immẽſa pietas: qui & pio in nos ſtudio ſemper tibi placitus, & tuo populo pro ſalubri regimine ſit aſſidue ad gloriam tui nominis reuerendus. Per dominum noſtrũ.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebræos.

FRatres: Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ Dei: vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nanq; põtifex ex hominibus aſſumptus, pro hominib⁹ cõſtituitur in his quę ſunt ad deũ: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorãt & errant: quoniã & ipſe circũdatus eſt infirmitate. Et propterea 4.4. & 5.

debet, quemadmodum & pro populo, ita pro ſemetipſo offerre pro
c.14. peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorē: ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationesque ad eum, qui poſſit eum ſaluum facere à morte, cū clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſui reuerētia. Graduale. Pontifex ſacerdos magnus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus ī ſacerdotio cōſecratæ ſunt, veſtitusque eſt ſanctis veſtibus: debuit per omnia fratrib⁹ ſimilari. ℣. Vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos ſit ſanctus, ſicut ego ſum dominus, qui ſanctifico vos, Alleluia. ¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequēs ℣. Ego ſum paſtor bon⁹ & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ, Alla.
Pſal. Poſt Septuageſimam. Tractus. Surge domine in requiem tuam, tu, &
67. arca ſanctificationis tuę. ℣. Sacerdotes tui induātur iuſtitiam, & ſancti tui exultatione exultabūt. ℣. Propter Dauid ſeruum tuum nō auertas faciem Chriſti tui.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate, Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in ęternū, ſpiritum veritatis, quē mundus nō poteſt accipere: quia non videt eū, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eū: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū: & mūd⁹ iā me nō videt. Vos aūt videbitis me: qa ego viuo, & vos viuetis. Offert. Non participentur ſancta, donec exurgat pontifex in oſtēſione, & veritate. Secreta.

TVa nobis Domine abundantia pietatis indulgeat: vt per ſacra munera, quę tibi reuerenter offerimus, gratū maieſtati tuæ pontificem ſanctę matris Eccleſię regimini preeſſe gaudeamus. Per domi. Cōio. Veſte ſancta vtetur pōtifex, qui fuerit cōſtitutus, & qui ingredietur tabernaculū teſtimonij, vt miniſtret in ſanctuario. Poſtcōmunio.

PReciosi corpis & ſanguinis tui nos Domine ſacramento refectos, mirifica tuę gratia maieſtatis de illius ſummi pontificis conceſſione lætificet: qui & plebem tuam virtutibus inſtruat, & fidelium mētes ſpiritualium aromatum odore perfundat. Qui viuis & regnas cum Deo pa. in vnitate Spiritus ſancti.

¶ In die creationis & coronationis Papę, & eiuſdem diei anniuerſario, dicitur Miſſa vt in Cathedra beati Petri fol. 364 cum oratione. Deus omnium fidelium. fol. 512. omiſſis orationibus Sāctorū Petri & Pauli. ¶ In Anniuerſario creationis Epi dicitur ſequens Miſſa. Introi. Sacerdotes tui. de cōi cōfeſſ. pōtifi. fol. 471.

omiſſa oratione feſti, cuius loco dicitur Oratio. Deus omniū fid. 512. ſicut pro Papa, & vbi dicitur Eccleſiæ tuæ preeſſe voluiſti. nominet eccleſiam cui præeſt, dicens. Eccleſiæ. N. vel huic preeſſe voluiſti. Epiſtola dicitur Omnis pontifex. de cōmuni conf. ponti. fol. 472. & Euāg. Videte, vigil. de eodem cōi. f. 473.

¶ Miſſa ad tollendū Schiſma, vel p quacūq; neceſſitate Eccleſiæ. Intr.

SAluos nos fac, domine deus noſter: & congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua. Pſalmus.
Pſal. 105. Confitemini domino, quoniā bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui errata corrigis, & diſperſa congregas, & congregata conſeruas: quęſumus, ſuper populum Chriſtianū tuę vnionis gratiam clementer infunde: vt diuiſione reiecta, vero paſtori eccleſiæ tuæ ſe vniens, tibi digne valeat famulari. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

ca. 4. FRatres: Obſecro vos, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cū omni humilitate & māſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in caritate: ſoliciti ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus Spiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Domin⁹, vna fides, vnum baptiſma. Vnus deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & ī omnibus nobis: Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij dei, in virum perfectū, & in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli, fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuētionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & conuexum per omnem iūcturam ſubminiſtrationis, ſecundū operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in ędificationem ſui in caritate. Hoc igitur dico & teſtificor in dn̄o: vt iam nō ambuletis ſicut & gētes ambulāt in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratū habentes intellectum, alienati à via dei per ignorantiā, quę eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitię, in operationem immūditiæ oīs, in auaritiam. Vos autē nō ita didiciſtis Chriſtū: ſi tamē illū audiſtis, & in ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas ī Chro Ieſu Dn̄o noſtro.

Grad. Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalē: & abundantia diligētibus te. Pſal. 121. ℣. Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Alleluia, all'a. ℣. Lauda Ieruſalem dominum, lauda deum tuū Syō, All'a. Pſal. 147.

¶ Tēpore paſcha. Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Qui poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te, alleluia.

Pſal. 75. Poſt Septuageſimã. Tractus. Notus in Iudęa deus, in Iſrael magnũ nomen eius. ℣. Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

Ca. 17. IN illo tempore: Subleuatis Ieſus oculis in cælũ, dixit. Pater ſancte, ſerua eos in noĩe tuo quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut & nos. Cum eſſem cũ eis, ego ſeruabã eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, vt ſcriptura ĩpleretur. Nũc autem ad te venio: & hęc loquor in mũdo, vt habeãt gaudiũ meũ impletũ in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonẽ tuũ: & mũdus eos odio habuit, quia non ſunt de mũdo, ſicut & ego non ſum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos à malo. De mũdo non ſunt: ſicut & ego non ſum de mũdo. Sãctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundũ, ita & ego miſi eos ĩ mundum, & pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Nõ pro eis autẽ rogo tã tũ, ſed & pro iis qui crediturí ſunt per verbum eorũ in me: vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipſi in nobis vnũ ſint: vt credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quã dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnũ, ſicut & nos vnũ ſumus. Ego in eis, & tu ĩ me: vt ſint conſummati in vnum. Offert. Det vobis deus idipſum ſapere in alterutrum, vt vnanimes vno ore honorificetis deum noſtrum. Secreta.

MVnera hæc pro vnione populi Chriſtiani tibi dñe oblata ſanctifica: per quę vnitatis & pacis ĩ eccleſia tua nobis dona cõcede. Per. Cõio. Vnꝰ panis & vnũ corpꝰ multi ſumus, oẽs qui de vno pane & de vno calice participamus. Poſtcõio.

HAec tua dñe ſumpta ſacra cõmunio, ſicut fideliũ in te vnionem ꝓſignat: ſic in tua eccleſia vnitatis q̃ſumus operetur effectum. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

¶ Miſſa contra paganos. Introitus.

EXurge, quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finẽ: quare faciem tuam auertis? obliuiſceris tribulationem noſtram? adhæſit in terra vẽter noſter: exurge dñe, adiuua nos & libera nos. Pſal. Deus aurib9 noſtris audiuimus: patres noſtri annũciauerũt nobis. ℣. Gloria. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, ĩ cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnium iura regnorũ, reſpice in auxiliũ Chriſtianorũ: vt gentes paganorũ, quę in ſua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia cõterantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Epiſt. In diebus illis, Orauit Mardoch. in feria quarta poſt ſecundam Dominicã Quadrageſimæ. fol. 112. Gradu. Sciant gentes, quoniam nomẽ tibi Deus: Pſal. 82. tu ſolus altiſſimus ſuper omnẽ terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciẽ vẽti. Alleluia, alleluia. ℣. Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos, Alleluia.

¶ Tēpore paſchali Graduale omit-
titur,& additur ſequens ℣. De⁹ vir-
tutum conuertere,reſpice de cœlo,
& vide,& viſita vineam iſtā:& perfi
ce eam,quam plātauit dextera tua,
Allā. Poſt Septuageſimā. Tractus.
Pſal. 78. A diuua nos deus ſalutaris noſter,
& propter gloriam nominis tui do
mine libera nos:& ꝓpitius eſto pec-
catis noſtris propter nomen tuum.
℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi
eſt deus eorum? & innoteſcat corā
oculis noſtris. ℣. Vltio ſanguinis
ſeruorum tuorum qui effuſus eſt,
intret in conſpectu tuo gemitus cō-
peditorum. Euang. Quis veſtrum
habebit. vt in Rogationibus. f. 298.
Pſal. 17. Offer. Populum humilem ſaluum
facies,& oculos ſuperborum humi
liabis: quoniam quis Deus præter
te Domine. Secreta.

SAcrificium domine, quod im-
molamus intēde: vt propugna
tores tuos ab omni eruas pagano-
rum nequitia, & in tuæ protectio-
nis ſecuritate conſtituas. Per domi.
Pſal. 118. Cōmunio. In ſalutari tuo anima
mea, & in verbū tuum ſperaui: qn̄
facies de perſequētib⁹ me iudiciū?
iniqui perſecuti ſunt me, adiuua
me domine deus meus. Poſtcōm.

PRotector noſter aſpice deus, &
propugnatores tuos paganorū
defende periculis: vt ab omnibus
perturbationibus ſemoti, liberis ti-
bi mentibus ſeruiant. Per dominū.

¶ Miſſa tempore belli. Introitus.

REminiſcere miſerationū
tuarum domine, & mi-
ſericordię tuæ quæ à ſæ-
culo ſunt: ne vnquā do-
minentur nobis inimici noſtri, li-
bera nos deus Iſrael ex omnib⁹ an- Pſal. 24.
guſtiis noſtris. ps. Ad te domine le-
uaui animam meam: de⁹ meus in
te confido non erubeſcam. ℣. Glo-
ria patri & filio. Oratio.

DEus qui conteris bella, & im-
pugnatores in te ſperantiū po
tentia tuæ defenſionis expugnas: au
xiliare famulis tuis implorantibus
miſericordiam tuam: vt omnium
inimicorum feritate depreſſa, inceſ
ſabili te gratiarum actione laude-
mus. Per dominum noſtrum &c.

Lectio Ieremię prophetę.

IN diebus illis: Acceſſerunt om- c. 24.
nes principes bellatorum: dixe-
runtque ad Ieremiam prophetam.
Ora pro nobis ad dominum deū
tuum. Et factum eſt verbum domi
ni ad Ieremiam. Vocauitque Ionas
filiū Careę, & omnes principes bel-
latorum, & vniuerſum populum
à minimo vſq; ad magnum. Et di-
xit ad eos. Hæc dicit dominus deus
Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt pro-
ſternerem preces veſtras in conſpe-
ctu eius. Si quieſcentes manſeritis
in terra hac, ædificabo vos, & non
deſtruam: plantabo,& non euellā.
Iam enim placatus ſum ſuper ma-
lo, quod feci vobis. Nolite timere à
facie regis Babylonis, quem vos pa
uidi formidatis. Nolite metuere
eum, dicit dominus: quia vobiſ-
cum ſum ego, vt ſaluos vos faciā,
& eruam de manu eius. Et dabo vo
bis miſericordias, & miſerebor ve-
ſtri: & habitare vos faciam in ter-
ra veſtra: Dicit dominus omnipo-
tens. Graduale. Tu es deus, qui fa- Pſal. 76.
cis mirabilia ſolus: notam feci-
ſti in gentibus virtutem tuam. ℣.

Liberaſti in brachio tuo populum
psal. 58. tuũ: filios Iſrael & Ioſeph. Alleluia,
alla. ℣. Eripe me de inimicis meis
Deus meus, ab inſurgentibus in me
libera me. Alla. ¶ Tẽpore paſchali
Graduale omittitur, & additur ſe-
quens ℣. Ego autem cantabo for-
titudinem tuam: & exaltabo ma-
ne miſericordiam tuam. Alleluia.

Poſt Septuageſimam. Tractus.

psal. 102. Domine non ſecundum peccata
noſtra, quę fecimus nos, neque ſe-
cundum iniquitates noſtras retri-
Psal. 78. buas nobis. ℣. Dñe ne memineris
iniquitatum noſtrarũ antiquarũ:
cito anticipent nos miſericordię
tuę, quia pauperes facti ſumus ni-
mis. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris
noſter: & propter gloriam nominis
tui dñe libera nos, & propitius eſto
peccatis noſtris propter nomẽ tuũ.
c. 24. Sequentia ſancti euang. ſẽm Matth.

IN illo tempore: Acceſſerunt ad
Ieſum diſcipuli ſecreto dicẽtes.
Dic nobis, quando hæc erunt?
& quod ſignum aduẽtus tui &
cõſummationis ſęculi? Et reſpõdẽs
Ieſus, dixit illis. Videte ne quis vos
ſeducat. Multi enim venient in no-
mine meo, dicentes. Ego ſum Chri-
ſtus: & multos ſeducent. Audituri
enim eſtis prælia, & opiniones præ-
liorum. Videte ne conturbemini.
Oportet enim hęc fieri: ſed nondũ
eſt finis. Conſurget enim gens in gẽ-
tem, & regnum in regnum: & erũt
peſtilentię, & fames, & terræmotus
Psal. 17. per loca. Hæc autem omnia, initia
ſunt dolorũ. Offer. Populũ humi-
lem ſaluum facies domine, & ocu-
los ſuperborũ humiliabis: quoniã
quis deus pręter te Domine? Secr.

SAcrificiũ domine quod immo
lamus, intende placatus: vt ab
omni nos eruat bellorũ nequitijs,
& in tuę protectionis ſecuritate cõ-
ſtituat. Per dominum. Cõmunio. Psal. 30.
Inclina aurem tuam, accelera, vt
eruas nos. Poſtcommunio.

DEus regnorũ oĩum, regumque
dominator: qui & nos percu-
tiẽdo ſanas, & ignoſcẽdo cõſeruas:
prætẽde nobis miſericordiã tuã: vt
trãquillitate pacis tua poteſtate ſer
uata, ad remedia correctionis vta-
mur. Per dominum noſtrum, &c.

¶ Miſſa pro pace. Introitus.

DA pacem dñe ſuſtinenti
bus te, vt prophetę tui fi
deles inueniãtur: exaudi
preces ſerui tui, & plebis
tuę Iſrael. Pſalmus. Lętatus ſum in psal. 121.
his quę dicta ſunt mihi: in domum
Domini ibimus. ℣. Gloria Patri, &
filio, & Spiritui ſancto. &c. Oratio.

DEus, a quo ſancta deſideria,
recta cõſilia, & iuſta ſunt ope-
ra: da ſeruis tuis illam quam mun-
dus dare non poteſt pacem: vt cor-
da noſtra mandatis tuis dedita, &
hoſtium ſublata formidine, tempo
ra ſint tua protectione tranquilla.
Per dominum noſtrum Ieſum &c.

Lectio libri Machabęorum.

IN diebus illis. Orationem facie- 2. c. 1.
bant ſacerdotes: dum offerrent
ſacrificium pro populo Iſrael: Io-
natha inchoante, cęteris autem re-
ſpondentibus, & dicentibus, Bene-
faciat vobis deus: & meminerit te-
ſtamenti ſui: quod ad Abraã, Iſaac,
& Iacob locutus eſt ſeruorum ſuo-
rum fideliũ: & det vobis cor oĩbus,
vt colatis eum, & faciatis eius vo-

luntatem. Adaperiat cor veſtrum
in lege ſua, & in præceptis ſuis: & fa
ciat pacem. Exaudiat orationes ve-
ſtras, & reconcilietur vobis: nec vos
deſerat in tempore malo, Dominus
Deus veſter. Graduale.
Pſal. 121. Rogate quæ ad pacē ſunt Ieruſalē:
& abundantia diligentibus te. ℣.
Fiat pax in virtute tua, & abundan-
tia in turribus tuis. Alleluia, alle-
luia. ℣. Lauda Ieruſalem dominū,
lauda Deum tuum Syon, Alleluia.
¶ Tempore paſch[illegible] Graduale o-
mittitur, & ad [illegible] ſequens ℣.
Qui poſuit fines tuos pacem, & adi
pe frumenti ſatiat te, alleluia.
Poſt [illegible] Tractus.
Pſal. 75. Notus in Iudęa Deus: in Iſrael ma-
gnū nomen eius ℣ Et factus eſt in
pace locus eius: & habitatio eius in
Syon. ℣. Ibi confregit potentias: ar-
cum, ſcutum, gladium, & bellum.
Sequentia ſancti euang. ſm Ioan.
c. 20. IN illo tempore. Cum ſero eſſet
die illo, vna ſabbathorum, &
fores eſſent clauſæ, vbi erant di-
ſcipuli cōgregati propter metū
Iudęorum: venit Ieſus, & ſtetit in
medio, & dicit eis. Pax vobis. Et cū
hoc dixiſſet, oſtendit eis manus &
latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli vi-
ſo domino. Dicit ergo eis iterum.
Pax vobis. Sicut miſit me pater, &
ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet,
inſufflauit: & dixit eis. Accipite Spi
ritum ſanctum. Quorum remiſeri-
tis peccata, remittūtur eis: & quo-
rū retinueritis, retenta ſunt. Offert.
Pſal. 134. Laudate dominū, quia benignus
eſt: pſallite nomini eius: quoniam
ſuaue eſt: omnia quæcunq; voluit,
fecit in cœlo & in terra. Secreta.

DEus, qui credentes in te popu-
los nullis finis concuti terrori-
bus: dignare preces & hoſtias dicatę
tibi plebis ſuſcipere: vt pax à tua pie
tate conceſſa, chriſtianorum fines
ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros,
Per dominum noſtrum. &c. Cōio.
Pacem meā do vobis, pacem meā
relinquo vobis. Poſtcommunio.
DEus auctor pacis, & amator:
quem noſſe viuere: cui ſeruire
regnare eſt: protege ab omnibus
impugnationibus ſupplices tuos:
vt, qui in defenſione tua confidi-
mus, nullius hoſtilitatis arma ti-
meamus. Per dominum noſtrum.
¶ Miſſa pro vitanda morta-
litate. Introitus.
REcordare domine te-
ſtamēti tui, & dic an-
gelo percutienti: ceſ-
ſet iam manus tua, &
non deſoletur terra,
& ne perdas omnē animam viuen- Pſal.
tem. Pſalmus. Qui regis Iſrael, intē- 79.
de: qui deducis velut ouem, Ioſeph.
℣. Gloria Patri, &c. Oratio.
DEus, qui non mortem, ſed pæ-
nitentiam deſideras peccato-
rum: populum tuum ad te reuertē-
tem propitius reſpice: vt, dum ti-
bi deuotus exiſtit, iracundię tuæ
flagella ab eo amoueas. Per domin.
Lectio libri Regum.
IN diebus illis. Immiſit dominus c. 2.
peſtilentiam in Iſrael de mane
vſque ad tempus conſtitutum: &
mortui ſunt ex populo, a Dan vſq;
Berſabeę, ſeptuaginta millia viro-
rum. Cunque extendiſſet manum
ſuam angelus domini ſuper Ieruſa-
lem, vt diſperderet eam: miſertus

eſt dominus ſuper afflictionem populi ſui, & ait angelo percutienti. Sufficit nunc, Contine manũ tuã. Erat autẽ angelus domini iuxta aream Areuna Iebuſei. Dixitque Dauid dominum: cũ vidiſſet angelum cedentem populum. Ego ſum qui peccaui: ego, qui inique egi. Iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur obſecro manus tua cõtra me: & cõtra domum patris mei. Venit autẽ Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei. Aſcende, & conſtitue altare domino in area Areuna Iebuſæi. Et aſcendit Dauid, iuxta ſermonem Gad, quem præceperat ei dominus. Et propitiatus eſt dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

Pſal. 48. Grad. Miſit dominus verbũ ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de morte eorum. ℣. Confiteãtur domino miſericordię eius, & mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alla. ℣. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aquę vſque ad animam meam. Alleluia. ¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Saluabo populum meũ Iſrael in die malo: & ero eis ĩ Deũ in veritate & iuſtitia, Alleluia. Poſt

Pſal. 102. Septuageſimã. Tract⁹. Domine nõ ſecundũ peccata noſtra, quę fecim⁹ nos: neque ſecundũ iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine

Pſal. 78. ne memineris iniquitatũ noſttarũ antiquarum: cito anticipẽt nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum. Euãgelium. Surgens Ieſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. In feria v. Dominicæ iij. Quadrageſimæ. folio 126.

Offertorium. Stetit pontifex inter mortuos & viuos, habens thuribulum aureũ in manu ſua, & offerẽs incẽſi ſacrificiũ: placauit irã Dei, & ceſſauit quaſſatio à dño. Secreta.

SVbueniat nobis domine ſacrificij pręſentis oblatio: quę nos & ab erroribus vniuerſis potenter abſoluat, & à totius eripiat perditionis incurſu. Per dominum. Cõio.

Multitudo languentium, & qui vexabãtur à ſpiritib⁹ immũdis, veniebant ad eum: quia virt⁹ de illo exibat, & ſanabat omnes. Poſtcõio.

EXaudi nos de⁹ ſalutaris noſter: & populum tuum ab iracundię tuæ erroribus liberum miſericordię tuæ fac largitate ſecurũ. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ.

¶ Miſſa pro infirmis. Introitus.

EXaudi de⁹ orationem meam, & ne deſpexeris deprecationẽ meã: intende in me, & exaudi me. Pſalũs. Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpir. Oratio. Pſal. 54.

OMnipotens ſempiterne deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus miſericordiæ tuę imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referant actiones. Per dominũ no.

Lectio epiſtolę beati Iacobi apli.

FRatres: Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Aequo animo eſt?

pſallat. Infirmatur qs in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ,& orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra: & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Gradu. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde. Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat, Alleluia. Verſus tẽpore paſchali, & Tractus poſt ſeptuageſimam, vt ſuprà in miſſa tempore belli. fol.585. Euang. Cũ introiſſet Ieſus Caphar. vt in feria v. poſt Cineres. fol.91. Offer. Exaudi deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, & exaudi me. Secreta.

DEus, ſub cuius nutibus vitæ noſtrę momenta decurrunt: ſuſcipe preces & hoſtias famulorũ tuorum, pro quibus miſericordiã tuã ęgrotãtibus imploramus: vt, de quorum periculo metuimus, de eorum ſalute lætemur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Cõmunio. Illumina faciem tuam ſuper ſeruum Pſal. 30. tuum, & ſaluum me fac in tua miſericordia domine: non cõfundar, quoniam inuocaui te. Poſtcõio.

DEus, infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutem: vt, ope miſericordiæ tuæ adiuti, eccl'ię tuæ ſanctæ incolumes repreſentari mereãtur. Per d.

¶Miſſa pro ſponſo, & ſponſa. Intr.

DEus Iſrael coniũgat vos: & ipſe ſit vobiſcum, qui miſertus eſt duob⁹ vnicis: & nunc Domine fac eos plenius benedicere te. ps. Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in Pſal. 127. viis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui tam excellenti myſterio, coniugalem copulam cõſecraſti, vt Chriſti & eccleſiæ ſacramentum præſignares in fœdere nuptiarum: pſta quæſumus, vt, quod noſtro miniſtratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem dominum noſtrum. &c.

Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut domino: quoniã ca. 5. vir caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt eccleſię. Ipſe, ſaluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita mulieres viris ſuis in omnibus. Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuã odio habuit: ſed nutrit & fouet eã, ſicut & Chriſtus eccleſiam. Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc, relin-

quet homo patrem & matrem ſuã: & adhærebit vxori ſuæ. Et erũt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia. Veruntamẽ & vos ſinguli, vnuſquiſq; vxorẽ ſuam ſicut ſe ipſum diligat: vxor autem timeat virũ ſuũ. Grad. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. ℣. Filij tui ſicut nouellæ oliuarũ in circuitu mẽſę tuę. Alľa, alľa. ℣. Mittat vobis dñs auxiliũ de ſancto: & de Sion tueatur vos, alľa.

Psal. 127.

¶Tẽpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣. Benedicat vobis dominus ex Sion, qui fecit cęlum & terrã, Alľa. Poſt Septuageſimam. Tractus. Ecce ſic benedicetur omnis homo qui timet dñm. ℣. Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. ℣. Et videas filios filiorum tuorum: pax ſuper Iſrael.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.

c. 19. IN illo tempore: Acceſſerunt ad Ieſum phariſæi tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa? Qui reſpondens, ait eis. Non legiſtis, quia q fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? & dixit. Propter hoc, relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhęrebit vxori ſuę: & erũt duo in carne vna. Itaque iã nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus cõiunxit, homo nõ ſeparet. Offer. In te ſperaui domine, dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

Psal. 43.

SVſcipe, quęſumus domine, pro ſacra connubij lege munus oblatum: & cuius largitor es muneris, operis eſto diſpoſitor. Per dominũ. ¶Dicto Pater noſter Sacerdos antequã dicat. Libera nos q̃s dñe. Stãs in cornu Epiſtolę, verſus ſpõſum & ſpõſam ante altare genib' flexos, dicit ſup eos ſequẽtẽ orõnẽ. Oremus.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, & inſtitutis tuis quibus propagationem humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte: vt, quod te autore iungitur, te auxiliãte ſeruetur. Per dominũ. Oremus.

DEus qui poteſtate virtutis tuæ de nihilo cuncta feciſti: qui diſpoſitis vniuerſitatis exordiis, homini ad imaginem Dei facto, ideo inſeparabile mulieris adiutorium condidiſti: vt, fœmineo corpori de virili dares carne principium, docẽs quod ex vno placuiſſet inſtitui nunquam licere diſiungi. Deus, qui tam excellenti myſterio coniugalẽ copulam conſecraſti: vt Chriſti & eccleſiæ ſacramentum præſignares in fędere nuptiarum. Deus, per quẽ mulier iungitur viro, & ſocietas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quæ ſola nec originalis peccati pœnam, nec per dilunij eſt ablata ſententiam. Reſpice propitius ſuper famulam tuã, quæ maritali iungenda conſortio, tua ſe expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis & pacis: fidelis & caſta nubat in Chriſto, imitatrixq; ſanctarum permaneat fœminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro ſuo. Sapiens, vt Rebecca. Lõgęua & fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibus ſuis ille autor præuaricationis vſurpet. Nexa fidei, man-

datiſque

datiſque permaneat vni throno iũ-
cta. Contactus illicitos fugiat. Mu-
niat infirmitatem ſuam robore di-
ſciplinæ. Sit verecundia grauis, pu-
dore venerabilis, doctrinis cæleſti-
bus erudita. Sit fœcunda in ſobole,
ſit probata & innocens. Et ad bea-
torum requiem, atq; ad cæleſtia re-
gna perueniat. Et videant ambo fi-
lios filiorum ſuorum, vſque ad ter-
tiam & quartã generationem: & ad
optatã perueniat ſenectutem. Per.
Tunc conuerſus ad medium alta-
ris, frangat hoſtiam more ſolito, &
proſequatur Miſſam. Cõmunio.
Pſal. 127. Ecce ſic bñdicetur omnis homo, q
timet dñm: & videas filios filiorũ
tuorum: pax ſuper Iſrael. Poſtcõio.

QVæſumus omnipotens deus,
inſtituta prouidẽtiæ tuæ pio fa
uore comitare: & quos legitima ſo
cietate connectis, longæua pietate
cuſtodi. Per dominum noſtrum.
Poſtq̃ ite miſſa eſt, Sacerdos antequã
det benedictionem, conuerſus ad
ſponſum & ſponſam dicat.

DEus Abraham, deus Iſaac, &
deus Iacob, ſit vobiſcum: &
ipſe adimpleat benedictionem ſuã
in vobis: vt videatis filios filiorum
veſtrorum vſq; ad tertiam & quar-
tam generationem: & poſtea vitã
ęternam habeatis ſine fine, adiuuã-
te domino noſtro Ieſu Chriſto: qui
cum eodem patre & ſpiritu ſancto
viuit & regnat Deus, per omnia
ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
¶ Moneat Sacerdos oratione graui,
vt ſibimetipſis ſeruent fidem: Ora-
tionis tempore: & præſertim ieiu-
niorum ac ſolennitatum, caſti ma-
neant: & vir vxorem, atque vxor vi-
rum diligat: & in timore Dei per-
maneant. Poſtea eos aſpergat, &
det benedictionem: & dicat, vt ſo-
litum eſt, Euangelium ſancti Ioan-
nis. In principio erat verbum.

ORATIONES

diuerſę dicẽdę in miſſa ad libitũm
Sacerdotis, cũ iis quę ĩ propriis miſ
ſis aſſignãtur, quãdo nõ eſt duplex.
¶ Ad poſcẽda ſuffragia ſctõrũ. Oro.

CΟncede, quæſum⁹ ops
deus: vt interceſſio nos
sãctę dei genitricis Ma-
rię, ſanctorumq; om-
nium Apoſtolorum,
martyrum, confeſſorum, atq; virgi-
num: & omniũ electorũ tuoꝝ, vbi-
que lętificet: vt, dum eorum me-
rita recolimus, patrocinia ſentia-
mus. Per eundem dominũ. Secreta.

OBlatis domine placare muneri
bus: & intercedentibus omni-
bus ſanctis tuis, à cunctis nos defen
de periculis. Per do. Poſtcõmunio.

SVmpſimus dñe, beatæ Mariæ
ſemper Virginis, & omniũ ſan-
ctorum tuorũ memoriam recolen
tes, ſacramenta cęleſtia: prę ſta, q̃s,
vt, quod tẽporaliter gerimus, æter-
nis gaudiis conſequamur. Per do.
Alia Oratio, vt ſuprà. Oratio.

ACunctis nos, q̃s dñe, mentis &
corporis defende periculis: &
intercedẽte glorioſa Virgine Dei ge
nitrice Maria, cum beątis apoſtolis
tuis Petro & Paulo, atq; beato N. &
omnib⁹ ſanctis, ſalutẽ nobis tribue
benignus, & pacem: vt deſtructis
aduerſitatibus & erroribus vniuer-
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat li
bertate. Per eundem do. Secreta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt, per huius ſacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in præſenti & gloriam in futuro. Per domi. Poſtcommunio.

MVndet & muniat nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis: à cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos. Per eundem do.

Pro omni gradu eccleſię. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratię tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem. Secreta.

DA famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, conſolationem vitę, gubernationem perpetuam: vt tibi ſeruientes, ad tuam iugiter miſericordiā peruenire mereantur. Per do. Poſtcommunio.

LIbera, quęſumus domine à peccatis, & hoſtibus tibi famulos ſupplicantes: vt in ſancta conuerſatione viuentes, nullis afficiātur aduerſis. Per dominum noſtrum. &c.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorem eccleſiæ tuę prēeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumus, verbo & exemplo quib⁹ prēeſt, proficere: vt ad vitā, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum. Secreta.

OBlatis, quęſumus domine placare muneribus: & famulum tuum N. quem paſtorē eccleſiæ tuę preeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per do. Poſtcommunio.

HAec nos, quæſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: & famulum tuū N. quē paſtorem eccleſiæ tuæ eſſe voluiſti, vna cum commiſſo ſibi grege ſaluet ſemper, & muniat. Per domi.

Pro Imperatore. Oratio.

DEus regnorum omniū, & Chriſtiani maxime protector imperij: da ſeruo tuo, Imperatori noſtro N. triumphum virtutis tuę ſciēter excolere, vt qui conſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per dominum. Secreta.

SVſcipe Domine preces, & hoſtias eccleſię pro ſalute famuli tui ſupplicantis: & in protectione fidelium populorum antiqua brachij tui operare miracula: vt ſuperatis pacis inimicis, ſecura tibi ſeruiat Chriſtiana libertas. Per d. Poſtcō.

DEus, qui ad prędicandum ęterni regis Euangelium, Romanum imperium præparaſti: prætēde famulo tuo Imperatori noſtro N. arma cęleſtia: vt pax eccleſiarū, nulla turbetur tēpeſtate bellorū. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium tuum. Qui tecū viuit & reg.

Pro Rege. Oratio.

QVęſumus omnipotens deus, vt famulus tuus N. rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiā omnium percipiat incrementa: quibus de-

center ornatus, & vitiorum monſtra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, gratioſus valeat peruenire. Per dominum no. Secreta.

MVnera, q̄s domine, oblata ſanctifica: vt, & nobis vnigeniti tui corpus & ſanguis fiant: & regi noſtro ad obtinendam animę corporiſque ſalutem, & ad peragendū iniunctum officium, te largiente, vſquequaque proficiant. Per eundem dominum. Poſtcommunio.

HAec domine oblatio ſalutaris famulum tuum N. regem noſtrū ab omnibus tueatur aduerſis: quaten⁹ eccleſiaſticę pacis obtineat tranquillitatem: & poſt iſtius temporis decurſum, ad ęternam perueniat hęreditatē. Per dominum no.

Pro Prælatis, & congregationibus eis commiſſis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, q facis mirabilia magna ſolus, prætende ſuper famulos tuos, & ſuper cōgregationes illis commiſſas, Spiritum gratię ſalutaris: &, vt in veritate tibi placeant, perpetuū eis rorem tuę benedictionis infunde. Per domi. in vnitate eiuſdem. Secreta.

HOſtias domine famulorū tuorū placatus intende: & quas in honorē nominis tui deuota mente pro eis celebram⁹ proficere ſibi ſentiant ad medelā. Per do. Poſtcōio.

QVos cœleſti recreas munere, perpetuo dn̄e comitare præſidio: &, quos fouere non deſinis, dignos fieri ſempiterna redemptione concede. Per dominum noſtrū.

Pro congregatione & familia. Orō.

DEfende, quęſumus domine, B. Maria ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiā: & toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clementer inſidiis. Per do. Secr.

SVſcipe quęſumus, clemēter omnipotens deus oblationem noſtrę deuotionis: & per virtutem huius ſacramēti famulos tuos à cūctis, protege aduerſitatibus. Per. Poſtcō.

SVmptis redēptionis noſtræ muneribus: pręſta, quæſumus omnipotens Deus, eorum nobis celebratione, tuę protectionis contra omnes aduerſitates ſubſidium. Per dominum noſtrū. Pro concordia in congregatione ſeruāda. Oratio.

DEus largitor pacis & amator caritatis: da famulis tuis verā cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, quę nos pulſant, tentationibus liberemur. Per. Secreta.

HIs ſacrificiis domine, quęſumus concede placatus: vt, qui propriis oramus abſolui delictis, non grauemur externis. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

SPiritum nobis domine tuę caritatis infunde: vt quos vno pane cęleſti ſatiaſti, tua facias pietate cōcordes. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem Spiritus ſan. &c.

¶ Cōtra perſecutores Eccl'ę. Oratio.

ECcleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum. Secreta.

PRotege nos domine tuis myſteriis ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Poſtcōio.

Quęſu-

QVæſumus, domine de^9 noſter: vt, quos diuina tribuis partici patione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per domi.

Contra perſecutores, & male agentes. Oratio.

HOſtium noſtrorũ, quæſumus domine, elide ſuperbiam, & eorum contumaciam dexterę tuæ virtute proſterne. Per do. Secreta.

HVius domine virtute myſterij, & à propriis mũdemur occultis, & ab inimicorum liberemur inſidiis. Per domi. Poſtcommunio.

PRotector noſter, aſpice deus: & ab inimicorum nos defende periculis: vt omni perturbatione ſemota, liberis tibi mentibus ſeruiamus. Per dominum noſtrum, &c.

Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, & miſericors de^9, à bellorum nos, quæſumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta præſtabis, ſi pacem dederis mentis & corporis. Per. Secreta.

SAcrificiũ domine, quod immolamus, placatus intende: vt, & ab omni nos bellorum eruat nequitia, & in tuæ protectionis ſecuritate conſtituat. Per d. Poſtcomunio.

SAcroſancti corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti refectione vegetati: ſupplices te rogamus omnipotens deus: vt, hoc remedio ſingulari, ab omni peccatorum nos contagione purifices: & à periculorum munias incurſione cunctorum. Per eundem dominũ.

Pro quacunque neceſſitate, & re obtinenda. Oratio.

DEus refugium noſtrum, & virtus, adeſto piis eccleſiæ tuę precibus, auctor ipſe pietatis: & pręſta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per do. Secreta.

DA miſericors De^9: vt hęc ſalutaris oblatio, & à ꝓpriis nos reatibus indeſinẽter expediat, & ab oĩb^9 tueatur aduerſis. Per do. Poſtcõio.

SVmpſimus domine ſacri dona myſterij, humiliter deprecantes: vt, quæ in tui cõmẽmoratione nos facere pręcepiſti, in noſtræ proficiãt infirmitatis auxiliũ. Qui viuis & reg.

Pro quacũq; tribulatione. Oratio.

NE deſpicias, oþs deus, populũ tuũ in afflictione clamãtẽ: ſed ꝓpter gloriã nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus. Per do. Secreta.

SVſcipe domine ꝓpitius hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominũ. Poſtcommunio.

TRibulationem noſtram, quæſumus domine, propitius reſpice: & iram tuę indignationis, quã iuſte meremur, auerte. Per domi.

Tempore famis, & peſtis. Oratio.

DA nobis, quæſumus Domine, pię ſupplicationis effectum: & peſtilentiã, famẽq; ꝓpitiatus auerte: vt, mortaliũ corda cognoſcant, & te indignante talia flagella ꝓdire, & te miſerãte ceſſare. Per d. Secr.

DEus, qui humani generis vtrãque ſubſtantiam præſentium munerum & alimento vegetas, & renouas ſacramento: tribue quęſumus: vt eorũ & corporibus noſtris ſubſidiũ non deſit, & mentibus. Per dominum noſtrũ. Poſtcõmunio.

GVberna, quæſumus dñe, tẽporalibus alimentis, quos dignaris ęternis informare myſteriis. Per.

Ad pluuiam petendam. Oratio.

DEus, in quo viuimus, moue- mur, & ſumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt præſentibus ſubſidiis ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per dominum no. Secreta.

OBlatis, quæſumus domine, placare muneribus: & opportunum nobis tribue pluuiæ ſufficientis auxilium. Per d. Poſtcõmunio.

DA nobis, quæſumus domine, pluuiam ſalutarem: & aridã terræ faciem fluentis cæleſtibus dignanter infunde. Per dominũ no.

Ad ſerenitatem petendam. Oratio.

AD te nos domine clamantes exaudi: & aeris ſerenitatem nobis tribuę ſupplicantibus: vt, qui iuſte ꝑ peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua prȩueniente, clementiam ſentiamus. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

PRæueniat nos, quæſumus domine, gratia tua ſemper & ſubſequatur: & has oblationes, quas pro peccatis noſtris nomini tuo cõſecrandas deferimus, benignus aſſume: vt, per interceſſionem ſanctorum tuorum, cunctis nobis ꝓficiant ad ſalutem. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

QVęſumus omipotens deus clementiam tuam: vt, inundantiam coerceas imbrium, & hilaritatem vultus in nobis impertiri digneris. Per dominum noſtrum.

Ad tẽpeſtates repellendas. Oratio.

A Domo tua, quęſumus dñe, ſpiritales nequitię repellãtur: & aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Per dominum. Secreta.

OFferimus tibi domine laudes, & munera, pro conceſſis beneficiis gratias referentes, & pro cõcedendis ſemper ſuppliciter deprecantes. Per do. Poſtcommunio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui nos & caſtigando ſanas, & ignoſcẽdo cõſeruas, prȩſta ſupplicibus tuis: vt, & trãquillitatibus huius optatę cõſolationis lętemur, & dono tuę pietatis ſemper vtamur. Per.

Pro peſte animalium. Oratio.

DEus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus ſolatia ſurrogaſti: ſuppliciter te rogamus: vt, ſine quibus non alitur humana conditio, noſtris facias vſibus non perire. Per do. Secreta.

SAcrificiis Domine placatus oblatis, opem tuam noſtris temporibus clementer impende. Per dominum noſtrum. Poſtcõmunio.

BEnedictionem tuã domine populus fidelis accipiat: qua corpore ſaluetur, & mente: & congruam tibi ſemper exhibeat ſeruitutem: & propitiationis tuæ beneficia ſemper inueniat. Per dominũ no.

Pro remiſſione peccatorũ. Oratio.

DEus qui nullum reſpuis, ſed quantumuis peccantibus, per pœnitentiam pia miſeratione placaris: reſpice propitius ad preces humilitatis noſtrȩ: & illumina corda noſtra: vt tua valeamus implere prȩcepta. Per dominũ. Secreta.

PRęſens ſacrificiũ domine quod tibi pro delictis noſtris offerimus, ſit tibi munus acceptum: & tam viuentibus, quam defunctis, proficiat ad ſalutem. Per dominũ noſtrum. Poſtcommunio.

Exaudi

EXaudi preces familię tuę omnipotens deus:& præſta: vt ſancta hęc, q̄ à te ſumpſimus, incorrupta in nobis te donante ſeruentur. Per.

Pro petitione lacrymarū. Oratio.

OMnipotens,& mitiſſime deus, qui ſitienti populo fontem viuētis aquæ de petra ꝓduxiſti: educ de cordis noſtri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata noſtra plangere valeamus, remiſſionemq; peccatorum, te miſerante, mereamur accipere. Per domi. Secreta.

HAnc oblationem, quæſumus domine deus, quam tuę maieſtati pro peccatis noſtris offerimꝰ, reſpice propitius: & produc de oculis noſtris lacrymarum flumina: quibus debita flammarū īcēdia valeant extingui. Per do. Poſtcōio.

GRatiam Spiritus ſancti domine deus cordibus noſtris clementer infunde: quæ nos gemitibus lacrymarum efficiat maculas noſtrorum diluere peccatorum: atque optatę nobis, te largiente, indulgentiæ præſtet effectum. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdē.

Pro tribulatione peccatorū. Orō.

INeffabilem miſericordiam tuā nobis domine clementer oſtende: vt, ſimul nos & à peccatis omnibus exuas: & à pœnis, quas pro his meremur, eripias. Per. Secreta.

PVrificet nos, quęſumus domine, muneris præſentis oblatio: & dignos ſacra participatione perficiat. Per domi. Poſtcommunio.

PRæſta, q̄s domine: vt, terrenis affectibus expiati: ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per do.

Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiam ſancti Spiritus tuorū cordibus fidelium infudiſti: da famulis & famulabus tuis, pro quibꝰ tuam deprecamur clementiam, ſalutem mentis & corporis: vt te tota virtute diligant,& quę tibi placita ſunt, tota dilectione perficiāt. Per dominū. in vnitate eiuſdē &c. Secr.

MIſerere, q̄s domine, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuæ offerimus maieſtati: vt per hæc ſancta, ſupernę benedictionis gratiam obtineant: & gloriam ęternę beatitudinis acquirant. Per do. Poſtcōio.

DIuina libantes myſteria, quęſumꝰ domine: vt hęc ſalutaria ſacramenta illis proficiant ad proſperitatem, & pacem, pro quorum, quarumque dilectione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dominum.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, caritatiſque amator & cuſtos: da omnibus inimicis noſtris pacem caritatēque verā, cunctorumque eis remiſſionem tribue peccatorum: noſque ab eorū inſidiis potenter eripe. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

OBlatis, quęſumus domine, placare muneribus: & nos ab inimicis noſtris clementer eripe: eiſque indulgentiam tribue delictorum. Per domi. Poſtcommunio.

HAec nos communio domine eruat à delictis: & ab inimicorum defendat inſidiis. Per dominū.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris, & viam famulorū

tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: vt, inter omnes vię & vitę huius varietates tuo ſemper protegãtur auxilio. Per dominũ. Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes, quas tibi offerim⁹ pro famulis tuis, benignus aſſume: vt viam illorũ, & pręcedẽte gratia tua dirigas, & ſubſequente comitari digneris: vt, de actu atq; incolumitate eorum, ſecundum miſericordię tuę presſidia, gaudeamus. Per domi. Poſtcõio.

TVa domine famulos tuos ſperantes in te quæ ſumpſimus, ſacramẽta cuſtodiãt, & cõtra omnes aduerſos tueantur incurſus. Per d.

Pro nauigantibus. Oratio.

DEus, qui tranſtuliſti patres noſtros per mare rubrum, & trãſuexiſti eos per aquam nimiã, laudẽ tui nominis decantãtes: te ſuppliciter deprecamur: vt, in naui famulos tuos repulſis aduerſitatibus, portu ſemper optabili, curſuq; trãquillo tuearis. Per dominum. Secreta.

SVſcipe, quęſumus domine, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hoſtiarum: & tua myſteria celebrantes ab omnibus defende periculis. Per do. Poſtcõio.

SAnctificati diuino myſterio maieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur, & petimus: vt, quos donis facis cæleſtibus intereſſe, per ſignum ſanctę Crucis & à peccatis omnib⁹ abſtrahas, & à periculis cũctis miſeratus eripias. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, ſalus ęterna credentiũ: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus miſericordiæ tuę imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referant actiones. Per do. Secreta.

DEus, ſub cuius nutibus vitę noſtræ momenta decurrunt: ſuſcipe preces & hoſtias famulorum tuorũ, pro quibus miſericordiã tuã ęgrotantibus imploramus: vt, de quorũ periculo metuimus, de corũ ſalute lętemur. Per do. Poſtcõio.

DEus, infirmitatis humanę ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutẽ: vt, ope miſericordiæ tuæ adiuti, eccleſiæ tuę ſanctę incolumes repręſentari mereantur. Per d.

Pro conſtituto in carcere. Oratio.

DEus, qui beatum Petrum à vinculis abſolutum, illæſum abire feciſti: famuli tui in captiuitate poſiti vincula diſſolue: & eũ ipſius meritis illæſum abire concedas. Per dominum no. Secreta.

SVper has, quęſumus domine, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: quę captiui noſtri vincula ſoluat: & de eius liberatione nos cito lætificet. Per do. Poſtcõmunio.

PReces noſtras, quęſumus domine, clementer exaudi: & per hęc ſacramenta quæ ſumpſimus, famulum tuum à vinculis ſuæ captiuitatis abſolue. Per dominum noſtrũ.

Pro tentatis & tribulatis. Oratio.

DEus, qui iuſtificas impium, & non vis mortem peccatorum: maieſtatem tuã ſuppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes cęleſti protegas benignus auxilio, & aſſidua prote-

ctione

ctione conſerues: vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus à te ſeparentur. Per dominũ. Secr.

HVius, quæſumus Domine, virtute myſterij, & à propriis nos mũda delictis, & famulos tuos ab omnibus abſolue peccatis. Per dominum no. Poſtcommunio.

PVrificent nos, quæſumus domine, ſacramenta quæ ſumpſimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos eſſe concede: vt, qui conſcientiæ reatu conſtringuntur, cæleſtis remedij plenitudme glorientur. Per dominum. Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotens, & mitiſſime deus, reſpice ꝓpitius preces noſtras, & libera corda noſtra de malarum tentationibus cogitationum: vt ſancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem. Secreta.

HAs tibi domine offerimus oblationes pro ſalute noſtra: quatenus animas noſtras ab immundis cogitationibus purges, illæſasq; cuſtodias: & ſancti Spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Poſtcõmunio.

DEus qui illuminas omnẽ hominem venientem in hũc mũdum, illumina, quæſumus, corda noſtra gratiæ tuæ ſplẽdore: vt digne maieſtati tuę miniſtrare, teque ęterna charitate diligere valeamus. Per dominum noſtrum. Ad poſtulandam charitarem. Oratio.

DEus, qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe: da cordibus noſtris inuiolabilem tuæ caritatis affectum: vt deſideria de tua inſpiratione concepta, nulla poſſint tentatione mutari. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secreta.

DEus, qui nos ad imaginẽ tuam ſacramentis renouas, & præceptis: perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis: vt charitatis donum, quod feciſti à nobis ſperari, per hæc quæ offerimus ſacrificia, facias apprehendi. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Poſtcommunio.

SAncti Spiritus gratia, quęſumus domine, corda noſtra illuminet: & perfectæ charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per domi. Ad poſtulandam patientiã. Oratio.

DEus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hoſtis contriuiſti ſuperbiam: da nobis, quæſumus, quę idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: ſicque exemplo eius, nobis aduerſantia ęquanimiter tolerare. Per eundem do. Secreta.

MVnera noſtrę oblationis, quęſumus domine, placatus ſuſcipe: quæ, vt nobis patientię donum condonare digneris, maieſtati tuæ deuota offerimus actione. Per dominum no. Poſtcommunio.

SAcroſancta domine ſumentes myſteria: amiſſam nobis quæſumus, reconcilient gratiam: atque munus patientiæ in illatis omnib⁹, ſemper & vbique protegendo impertiant. Per dominum noſtrum. Ieſum Chriſtum filium tuum &c. Ad poſtulandã cõtinentiã. Oratio.

VRe igne ſancti Spirit⁹ renes noſtros, & cor noſtrum, domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus. Per dominum. in vni. eiuſdem. Secreta.

DIrumpe domine vincula peccatorum noſtrorũ: &,vt ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate poſſimus, retribue quę ante tribuiſti: & ſalua nos per indulgentiam, quos dignatus es ſaluare per gratiam. Per. Poſtcommunio.

DOmine adiutor, & protector noſter, adiuua nos: & refloreat caro noſtra vigore pudicitię,& ſanctimonię nouitate:ereptamque de manu tartari in reſurrectionis gaudium iubeas præſentari.Per do.

Pro ſalute viuorum. Oratio.

PRætende domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij:vt te toto corde perquirant, & quæ digne poſtulant conſequi mereantur.Per dominum noſtrum. Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus benignus aſſume: &, vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio: pręſta quæſumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per do. Poſtcommunio.

DA fidelibus tuis, quæſumus domine, in tua fide & ſinceritate conſtantiã: vt in caritate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur.Per domi.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui viuorũ dominaris ſimul & mortuorum: omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus: quoſq; vel pręſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis: pietatis tuæ clemẽtia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Secr.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quæſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum quos in oratione cõmendatos ſuſcepimus, & nomina omnium fidelium beatæ prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per do. Poſtcommunio.

PVrificent nos, quęſumus omnipotens & miſericors deus, ſacramenta quæ ſumpſimus: & intercedentibus omnibus ſanctis tuis,præſta: vt hoc tuum ſacramentum nõ ſit nobis reatus ad pænam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium,ſit contra omnia mundi pericula firmamentum: ſit viuorum atque mortuorum fidelium,remiſſio omnium delictorũ. Per domi.

Finis Orationum ad libitum Sacerdotis.

PROPRIVM MISSARVM PRO DEFVNCTIS.

¶ In Commemoratione omnium fidelium Defunctorum. Introitus.

Pſal. 64. REquiem æternam dona eis domine: & lux ꝑpetua luceat eis. Pſal. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ieruſalem: exaudi orationem meã, ad te omnis caro veniet. Deinde abſolutè repetitur Requiem æternam &c. Oratio.

FIdelium, deus, omnium cõditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

15. FRatres: Ecce, myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus: ſed nõ omnis immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) & mortui reſurgẽt incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionẽ: & mortale hoc, induere immortalitatẽ. Cũ autẽ mortale hoc induerit ĩmortalitatẽ: tũc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum eſt: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtũ Dñm noſtrũ. Grad. Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Abſolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui. Sequentia.

DIes iræ, dies illa,
Soluet ſeclum in fauilla:
Teſte Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor eſt futurus,
Quando iudex eſt venturus,
Cuncta ſtricte diſcuſſurus.
Tuba mirum ſpargens ſonum
Per ſepulcra regionum,
Coget omnes ante Thronum.
Mors ſtupebit & natura,
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.
Liber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum ſedebit,
Quicquid latet apparebit.
Nil inultum remanebit.

Quid

Quid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix iuſtus ſit ſecurus.
Rex tremendæ maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Ieſu pie,
Quod ſum cauſa tuæ viæ.
Ne me perdas illa die.
Quęrens me, ſediſti laſſus.
Redemiſti, crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.
Iuſte iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis,
Ante diem rationis.
Ingemiſco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti:
Mihi quoque ſpem dediſti.
Preces meę non ſunt dignę:
Sed tu bonus fac benigne.
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum præſta:
Et ab hędis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro ſupplex & accliuis:
Cor contritum quaſi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrymoſa dies illa,
Qua reſurget ex fauilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus.
Pie Ieſu Domine,
Dona eis requiem, Amen.

Seq. ſancti euang. ſm Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, & turbis Iudęorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora, & nunc eſt, quãdo mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam ĩ ſemetipſo: ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo: & poteſtatem dedit ei iudicium facere: qa filius hoĩs eſt. Nolite mirari hoc, qa venit hora, in qua omnes qui ĩ monumentis ſunt audient vocem filij Dei. Et procedẽt qui bona fecerũt, in reſurrectionẽ vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Offert. Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, & de ꝓfundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repreſentet eas in lucem ſanctam: Quam olim Abrahę promiſiſti, & ſemini eius. ℣. Hoſtias & p̃ces tibi domine laudis offerimꝰ: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriã facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitam. Quam olim Abrahæ. Secreta.

HOſtias, q̃s Dñe, quas tibi ꝓ animabus famulorũ famularũq; tuarum offerimus, propitiatus intẽde: vt, quibus fidei chriſtianæ meritum contuliſti, dones & pręmium. Per. Communio. Lux æterna luceat eis domine, cum ſanctis tuis ĩ ęternũ: quia pius es. ℣. Requiẽ æternã dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcõio.

ANimabus, quęſumus domine, famulorum famularũque tuarum oratio proficiat ſupplicantium: vt eos & à peccatis omnibus

exuas, & tuę redemptionis facias
eſſe participes. Qui viuis & regnas.
Dicto Dominus vobiſcum. dicitur
Requieſcant in pace. ℞. Amen. &
non datur benedictio. Sed dicto ſe-
cretè. Placeat tibi. &c dicitur euã-
gel. ſecundum Ioannem. In prin-
cipio erat verbum. &c.

¶ in die obitus, ſeu depoſitionis de-
functi. Introitus.

REquiem ęternam do-
na eis domine: & lux
ꝑpetua luceat eis. Pſal.
Te decet hymnus deus
in Sion, & tibi redde-
tur votum in Ieruſalẽ.: exaudi ora-
tionem meam, ad te omnis caro ve
niet. Requiem ęternam. Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſere-
ri ſemper & parcere: te ſuppli
ces exoram⁹ pro anima famuli tui
N. quam de hoc ſęculo hodie mi-
grare iuſſiſti: vt non tradas eam in
manibus inimici, neque obliuiſca-
ris in finem: ſed iubeas eam à ſan-
ctis angelis ſuſcipi, & ad patriam pa
radiſi perduci: vt quia ĩ te ſperauit,
& credidit, non pęnas ęternas ſuſti-
neat, ſed gaudia ſempiterna poſſi-
deat. Per do. Lectio epiſtolæ beati
Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

1.c.4. FRatres: Nolumus vos ignorare
de dormientibus, vt non con-
triſtemini, ſicut & cęteri qui ſpem
nõ habent. Si enim credimus quod
Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita
& deus eos qui dormierunt per Ie-
ſum, adducet cum eo. Hoc enim
vobis dicim⁹ ĩ verbo domini, quia
nos qui viuimus, qui reſidui ſum⁹,
in aduentu domini non præuenie-
mus eos qui dormierunt. Quoniã
ipſe dominus in iuſſu, & in voce ar
changeli, & tuba Dei deſcendet de
cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt
reſurgent primi. Deinde nos qui
viuimus, qui relinquimur, ſimul
rapiemur cum illis in nubibus ob-
uiam Chriſto in aera: & ſic ſemper
cum domino erimus. Itaque con-
ſolamini inuicẽ ĩ verbis iſtis. Grad.
Requiem æternam dona eis domi
ne, & lux perpetua luceat eis. ℣. In
memoria æterna erit iuſtus: ab au-
ditione mala non timebit. Tract.
Abſolue domine animas omniũ
fideliũ defunctorum ab omni vin-
culo delictorum. ℣. Et gratia tua il
lis ſuccurrente, mereantur euade-
re iudiciũ vltionis. ℣. Et lucis æter-
nę beatitudine perfrui. Sequentia,
Dies iræ. vt ſuprà. folio 520.

Sequentia ſancti euangelij ſe-
cundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Martha c.11.
ad Ieſum. Domine ſi fuiſſes hic,
frater meus nõ fuiſſet mortuus.
Sed & nunc ſcio, quia quęcun-
que popoſceris à Deo, dabit tibi
deus. Dicit ei Ieſus. Reſurget frater
tuus. Dicit ei Martha. Scio quia re
ſurget in reſurrectione, in nouiſſi-
mo die. Dicit ei Ieſus. Ego ſum re-
ſurrectio & vita. Qui credit in me:
etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Et
omnis qui viuit, & credit in me:
non morietur in æternum. Credis
hoc? Ait illi. Vtique domine, ego
credidi quia tu es Chriſtus filius dei
viui, qui in hunc mundum veni-
ſti. Offertoriũ. Domine Ieſu Chri-
ſte rex glorię, libera animas omniũ
fidelium defunctorum de pęnis in-
ferni, & de profundo lacu: libera

eas de ore leonis, nc abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam. Quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius. ℣. Hoſtias, & preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitam. Quã olim Abrahæ. Secreta.

PRopitiare, quęſumus domine, animæ famuli tui N. pro quo tibi hoſtiam laudis immolamus, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes: vt per hęc piæ placationis officia, peruenire mereatur ad requiẽ ſempiternam. Per dominũ noſtrũ.

Cõio. Lux ęterna luceat eis domine, cum ſanctis tuis in æternũ: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcõio.

PRęſta, quęſum⁹, oĩps deus: vt anima famuli tui N. quæ hodie de hoc ſęculo migrauit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter & vitam capiat ſempiternam. Per dominum no.

¶ In die tertio, ſeptimo, & trigeſimo depoſitionis defuncti, dicitur miſſa vt ſuprà, exceptis orationib⁹, quæ dicuntur vt infrà. Oratio.

QVæſumus domine: vt animę famuli tu i, cuius depoſitionis diem tertiũ, vel ſeptimum, vel trigeſimũ, commemoramus, ſanctorũ atq; electorũ tuorũ largiri digneris conſortiũ, & rorẽ miſericordię tuæ perennem infundas. Per. Secreta.

MVnera, quæſumus dñe, quę tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remediis purgata cæleſtibus, in tua pietate requieſcat. Per do. Poſtcõio.

SVſcipe domine preces noſtras pro anima famuli tui: vt ſiquæ ei maculę, de terrenis contagiis adheſerunt, remiſſionis tuę miſericordia deleantur. Per dominũ noſtrũ.

¶ In Anniuerſario defunctorũ. Int.

REquiem æternam dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. Pſal. Te decet hymnus de⁹ in Sion, & tibi reddetur votum in Ieruſalem: exaudi orationẽ meam: ad te omnis caro veniet. Requiẽ æternam. &c. Oratio.

DEus, indulgentiarum domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diem cõmemoramus, refrigerij ſedẽ, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio libri Machabæorum. 2. ca.

IN diebus illis. Vir fortiſſimus Iu- 2.
das, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymã, offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. (Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) Et quia conſiderabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimã haberent repoſitã gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt à

peccatis ſoluantur. Grad. Requiē ęternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tract. Abſolue domine animas omniū fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorū. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis æternæ beatitudine perfrui. Sequentia. Dies irę. vt ſupra. dicatur ad libitū Sacerdotis. Seq. ſancti euangelij ſm. Ioannem.

ca. 6. In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorū. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, nō eiiciam foras. Quia deſcendi de cęlo, non vt faciam voluntatem meā, ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt autem volūtas eius, qui miſit me patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hęc eſt autem voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filiū, & credit in eum: habeat vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Offertoriū. Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ, libera animas omnium fideliū defunctorū de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam: Quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini eius. ℣. Hoſtias & preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitam. Quam olim. Secreta.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus ſacrificiū laudis: vt eas ſanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per dominum. Communio. Lux ęterna luceat eis domine, Cum ſanctis tuis in æternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcommunio.

Precta, quæſumus domine: vt animę famulorum famularumque tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diem cōmemoramus, his purgatę ſacrificiis, indulgentiam pariter & requiem capiāt ſempiternam. Per dominū noſtrū.

¶ Si pro vno fiat Anniuerſarium, prędictæ Orationes dicantur in ſingulari numero.

¶ In miſſis quotidianis defunctorum. Introitus.

Requiem ęternam dona eis domine: & lux ꝑpetua luceat eis. Pſal. Te decet hymnus deus in Siō, & tibi reddetur votum in Ieruſalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem ęternam, &c.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Oratio.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes, famulos tuos pontificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta, quęſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Per dominū noſtrū.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam: vt noſtræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo trãſierunt: beata Maria ſemper virgine intercedente, cum omnibus ſanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis conſortiũ peruenire concedas. Pro fidelibus defunctis generalis. Orõ.

FIdelium, deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumq; tuarũ remiſſionem cunctorũ tribue peccatorum: vt indulgentiam, quã ſemper optauerunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & reg.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis Apoſtoli.

c.14. IN diebus illis: Audiui vocem de cælo, dicentem mihi. Scribe. Beati mortui, qui in domino moriuntur. A modo iam dicit Spiritus, vt requieſcãt à laboribus ſuis. Opera enim illorũ ſequuntur illos. Grad. Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Abſolue domine animas omniũ fidelium defunctorũ ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudiciũ vltionis. ℣. Et lucis æterne beatitudine perfrui.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudęorũ. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicẽtes. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ieſus. Amen, amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Offer. Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurũ: ſed ſignifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam. Quã olim Abrahę promiſiſti, & ſemini eius. ℣. Hoſtias, & preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas dñe de morte trãſire ad vitam. Quã olim.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Secreta.

SVſcipe domine, q̃s, pro animabus famulorum tuorum pontificum, ſeu ſacerdotum, quas offerimus hoſtias: vt, quibus in hoc ſęculo pontificale, ſeu ſacerdotale donaſti meritum, in cæleſti regno ſanctorum tuorum iubeas coniungi conſortio. Per dominũ noſtrũ.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Secreta.

DEus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, ſuſcipe propitius

preces humilitatis noſtræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorũ, quibus tui nominis dediſti cõfeſſionem, per hæc ſacramenta ſalutis noſtræ, cunctorum remiſſionẽ tribue peccatorũ.

Pro fidelibus defunctis. Secreta.

HOſtias, quęſumus dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularũq; tuarũ offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei chriſtianę meritum contuliſti, dones & præmium. Per dominum. Cõio.

Lux æterna luceat eis dñe, cũ ſanctis tuis in ęternũ: quia pius es. ℣. Requiẽ ęternã dona eis dñe, & lux perpetua luceat eis. Cũ ſanctis tuis.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Poſtcommunio.

PRoſit, quæſumus domine, animabus famulorum tuorum pontificum, ſeu ſacerdotum, miſericordię tuæ implorata clementia: vt eius, in quo ſperauerunt, & crediderunt, æternum capiant te miſerante conſortium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pro defunctis fratibus, propinquis, & benefactoribus. Poſtcõmunio.

PRęſta, quæſumus, omnipotens & miſericors deus: vt animę fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorũ, pro quibus hoc ſacrificiũ laudis tuę obtulimus maieſtati, per huius virtutẽ ſacramẽti à peccatis oĩbus expiatę, lucis perpetuę, te miſerante, recipiant beatitudinẽ.

Pro fidelibus defunctis.
Poſtcommunio.

ANimabus, quæſumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat ſupplicantium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuę redẽptionis facias eſſe participes. Qui viuis & reg. &c.

¶ Epiſtolę, & Euang. ſuperius poſita in vna Miſſa pro defunctis, dici poſſunt, etiã in alia Miſſa ꝓ defunctis.

ORATIONES
diuerſæ pro defunctis.

¶ In die Depoſitionis, & anniuerſario Summi Pontificis, dicitur prima Miſſa, vt infrà. f. 529. pręter orationes, quæ dicũtur vt ſup. Oratio.

DEus qui inter ſummos ſacerdotes famulũ tuũ N. ineffabili tua diſpoſitione cõnumerari voluiſti: præſta, quæſum⁹: vt qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, ſanctorum tuorum pontificum conſortio perpetuo aggregetur. Per eundem do. Secreta.

SVſcipe, q̃s Domine, pro anima famuli tui N. ſummi pontificis quas offerimus hoſtias: vt cui ĩ hoc ſęculo pontificale donaſti meritũ, in cæleſti regno ſanctorum tuorũ iubeas iũgi cõſortio. Per. Poſtcõio.

PRoſit, q̃s Domine, animę famuli tui N. ſummi pontificis miſericordię tuę implorata clemẽtia: vt eius ĩ quo ſperauit & credidit, ęternũ capiat te miſerãte cõſortiũ. Per.

Pro defuncto Epiſcopo dicitur prima Miſſa, vt ſuprà. folio 520.
Oratio vt infrà. Oratio.

DEus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes, famulum tuum epiſcopali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus: vt eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio. Per dominum noſtrum. Secreta.

SVſcipe domine, quæſumus, pro anima famuli tui epiſcopi, quas offerimus hoſtias: vt cui in hoc ſęculo epiſcopale donaſti meritum, in cęleſti regno ſanctorum tuorum iubeas coniungi conſortio. Per dominum noſtrũ. Poſtcommunio.

PRoſit, quęſumus domine, animę famuli tui Epiſcopi miſericordiæ tuæ implorata clementia: vt ei⁹ ĩ quo ſperauit & credidit, ęternũ capiat te miſerante conſortiũ. Per.

Pro defuncto Sacerdote dicitur eadem oratio: ſed vbi dicitur pontificali, dicatur Sacerdotali. Si fuerĩt plures, dicatur vt ſupra in quarta Miſſa folio 524. Pro defuncto epiſcopo alia. Oratio.

DA nobis dñe, vt animã famuli tui epiſcopi, quam de ſeculi eduxiſti laborioſo certamine, ſanctorum tuorum cœtui tribuas eſſe conſortem. Per domi. Secreta.

ANnue nobis domine, vt animæ famuli tui epiſcopi hæc proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum. Poſtcõio.

HIs ſacrificiis, q̃ſumus op̃s deus, vt purgata anima & Spiritus famuli tui epiſcopi, ad indulgentiã & refrigerium ſempiternum peruenire mereatur. Per dominum no.

Pro defunctis ſacerdotib⁹ alia. Oro.

PRæſta, q̃s dñe, vt animę famulorum tuorũ ſacerdotum, quos in hoc ſæculo commorantes ſacris muneribus decoraſti, in cęleſti ſede glorioſa ſemp exultẽt. Per. Secr.

SVſcipe, quęſumus domine, pro animabus famulorum tuorum ſacerdotũ quas offerimus hoſtias: vt quibus ſacerdotale donaſti meritum, dones & pręmium. Per dominum noſtrum. Poſtcõmunio.

PRæſta, quæſumus omnipotens deus: vt animas famulorũ tuorum ſacerdotum in congregatione iuſtorum, æternæ beatitudinis iubeas eſſe conſortes. Per dominum.

Pro vno defuncto. Oratio.

INclina domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc ſęculo migrare iuſſiſti, in pacis ac lucis regione cõſtituas, & ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſortem. Per dominum. Secreta.

ANnue nobis, quęſumus domine: vt, animæ famuli tui hæc proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per do. Poſtcõmunio.

ABſolue, quęſumus domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gl̃ia, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per do.

Pro vna defuncta. Oratio.

QVęſumus domine, ꝑ tua pietate, miſerere animæ famulæ tuę: & à contagiis mortalitatis exutam, in ęternę ſaluationis partẽ reſtitue. Per d. Secreta.

HIs ſacrificiis, q̃s dñe, anima famulæ tuæ à peccatis omnibus exuatur, ſine quibus à culpa nemo liber extitit: vt per hęc pię placationis officia perpetuam miſericordiã conſequatur. Per d. Poſtcõmunio.

INueniat, q̃s domine, anima famulę tuę lucis ęternę conſortiũ: cuius perpetuę miſericordię conſe-

cuta eſt ſacramẽtum. Per dominũ.

Pro patre & matre. Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrẽ honorare pcepiſti: miſere clementer animabus patris, & matris meæ: eorumque peccata dimitte: meque eos in æternę claritatis gaudio fac videre. Per domi. Secreta.

SVſcipe ſacrificiũ domine, quod tibi pro animabus patris & matris meæ offero: eiſque gaudiũ ſempiternum in regione viuorum cõcede: meque cum illis felicitati ſanctorum coniunge. Per. Poſtcõio.

COeleſtis participatio domine ſacramenti, animabus patris & matris meæ requiem & lucẽ obtineat perpetuam: meq; cum illis gratia tua coronet ęterna. Per do.

Pro defunctis fratrib⁹, propinquis, & benefactoribus. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam: vt noſtræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo trãſierũt: beata Maria ſemper virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis: ad perpetuæ beatitudinis conſortiũ peruenire concedas. Per dominum noſtrum. Secreta.

DEus cuius miſericordiæ non eſt numerus, ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum, quibus tui nominis dediſti confeſſionem: per hęc ſacramenta ſalutis noſtræ, cunctorum remiſſionem tribue peccatorum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Poſtcommunio.

PRæſta, quæſumus omnipotens & miſericors deus: vt animę fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuæ obtulimus maieſtati: per huius virtutem ſacramenti, à peccatis omnibus expiatæ, lucis perpetuæ te miſerante recipiant beatitudinem. Per domi.

Pro his, qui in cęmeterio requieſcunt. Oratio.

DEus cuius miſeratione animę fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbiq; in Chriſto quieſcẽtibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lętentur. Per eũdẽ do. Secr.

PRo animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium catholicorum, hic & vbique in Chriſto dormientium, hoſtiam Domine ſuſcipe benignus oblatã: vt hoc ſacrificio ſingulari, vinculis horrendę mortis exutę vitam mereantur ęternam. Per eumdem dominum noſtrum. Poſtcõmunio.

DEus fidelium lumen animarũ, adeſto ſupplicationibus noſtris, & da famulis & famulabus tuis, quorum corpora hic & vbiq; in Chriſto requieſcunt, & refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundẽ do.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

FIdelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famulorumquę tuarũ remiſſionem cũctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, piis ſupplica-

tionibus cōſequātur. Qui vi. Secr.

HOſtias, quęſum⁹ domine, quas tibi pro animabus famulorū famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei chriſtianę meritum contuliſti, dones & pręmium. Per. Poſtcōio.

ANimabus, quęſumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat ſupplicantium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuę redēptionis facias eſſe participes. Qui viuis & regnas.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis abſolutę, tranſire mereantur ad vitam. Per dominum. Secreta.

ANnue nobis domine: vt animabus famulorum famularumque tuarum, hęc proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſtrum. Poſtcōmunio.

DEus, cui ſoli competit medicinam præſtare poſt mortē: pręſta q̄s: vt animę famulorū famularūq; tuarū terrenis exutę cōtagiis, ī tuæ redēptionis parte numerentur.

Alia pluralis vt ſuprà. Oratio.

ANimabus, quæſumus domine, famulorum famularumque tuarum miſericordiam concede perpetuam: vt eis proficiat in æternum, quod in te ſperauerunt & crediderunt. Per dominū. Secr.

HIs domine, quæſumus, placatus intēde muneribus: & quod ad laudem tui nominis ſupplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per. Poſtcōio.

SVpplices domine pro animabus famulorum famularumq; tuarum preces effundimus, obſecrantes: vt quicquid conuerſatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorū ſede lætātium conſtituas redemptorū. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū.

Finis Orationes diuerſæ pro Defunctis.

ORDO AD FACIENdum aquam benedictam.

¶ Die Dominica, in Sacriſtia preparato ſale & aqua, Sacerdos celebraturus Miſſam, vel alius ad hoc paratus, alba vel ſuperpelliceo indutus cum ſtola circa collum, ſupprimo dicit ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cęlum, & terram. Deinde abſolutè incipit exorciſmum ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis per Deum ✠ viuū: per Deum ✠ verum: per Deum ✠ ſanctum: per Deum qui te per Eliſęum prophetam in aquā mitti iuſſit, vt ſanaretur ſterilitas aquę, vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium, & ſis omnibus ſumentibus te ſanitas animæ, & corporis: & effugiat atque diſcedat à loco, in quo aſperſum fueris, omnis phantaſia, & nequitia vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque Spiritus immundus adiuratus, per eum qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen. Oratio.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam ſalis, quam in vſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione Spiritalis nequitiæ. Per Chriſtum dominū noſtrū.

Exorciſmus aquę & dicat abſolutè.

EXorcizo te creatura aquę in nomine dei ✠ patris oīpotētis, & ī noīe ✠ Ieſu Chriſti filij eiꝰ Dn̄i noſtri, & in virtute Sancti ✠ Spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugādā omnē poteſtatē inimici, & ipſum inimicū eradicare & explantare valeas cū angelis ſuis apoſtaticis, ꝑ virtutē eiuſdē dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i: q̄ vēturꝰ eſt iudicare viuos & mortuos, & ſęculū per ignē. ℟. Amen. Oratio.

DEus, qui ad ſalutem humani generis, maxima quæq; ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemēto huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua myſteriis tuis ſeruiens, ad abigendos dæmones: morboſque pellendos, diuinę gratiæ ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fideliū, hæc vnda reſperſerit, careat omni immūditia, liberetur à noxa: non illic reſideat Spiritus peſtilens, non aura corrumpens: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici: & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantiū inuideat, aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit īpugnationibus defenſa. Per Chriſtū dominū noſtrum. Hic mittat ſal in aquam in modum crucis, dicendo ſemel.

COmmiſtio ſalis & aquę pariter fiat: in nomine pa ✠ tris & fi ✠ lij & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amē. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum Spiritu tuo. Oratio.

Deus

DEus inuictæ virtutis auctor, & inſuperabilis īperij rex, ac ſemper magnificus triumphator: qui aduerſæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis ſęuitiam ſuperas: qui hoſtiles nequitias potenter expugnas: te domine tremētes & ſupplices deprecamur ac petimus, vt hanc creaturā ſalis & aquę dignanter aſpicias: benignus illuſtres: pietatis tuæ more ſanctifices: vt vbicunq; fuerit aſperſa, per inuocationem ſancti nominis tui, omnis infeſtatio immūdi Spiritus abigatur: terrorque venenoſi ſerpētis procul pellatur: & præſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuā poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per dominū. in vnitate eiuſdē.

¶Finita benedictione, Sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio conuenientis aſcendit ad altare, & ibi ad gradus cum miniſtris genuflexus, accipit à Diacono aſperſorium, & primo ter aſpergit altare: deinde ſe & miniſtros incipiens añam. Aſpges me. & Chorus proſequitur, Domine hyſſopo &c. vt infrà. Interim celebrans aſpergit clerum, deinde populum dicens Pſal. Miſerere. cum Gloria pa. antiphona. A ſperges me domine hyſſopo: & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Pſa ſs. Miſerere mei deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. ℣. Gloria patri, & filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Et repetitur antiphona. A ſperges me domine. Supradicta antiphona prędicto modo dicatur in aſperſione aquæ benedictæ in Dominicis per totum annū: excepto quod in Dominica de paſſione, & in Dominica palmarum, non dicitur. Gloria patri, & filio, & Spiritui ſancto. Sed poſt pſalmum. M iſerere mei. repetitur immediate Antiph. A ſperges me domine. Excepto etiā tempore paſchali, ſcilicet à dominica paſchę vſque ad Pentecoſten, quo tempore cantatur communiter antiphona. V idi aquā egredientem de templo à latere dextro. alleluia: & omnes, ad quos peruenit aqua iſta, ſalui facti ſunt, & dicēt, alleluia, alleluia. Pſalmus. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſęculum miſericordia eius. ℣. Gloria patri, & filio. &c. Repetitur antiphona. V idi aquam. In octaua vero pentecoſtes reſumitur. A ſperges me domine. Finitis antiphonis ſupradicto modo: ſacerdos qui aſperſit aquam reuerſus ad altare ante gradus altaris ſtās dicat, ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. Tempore paſchali additur. Alleluia. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cum Spiritu tuo. O rem us. Oratio.

EXaudi nos, domine ſancte, pater omnipotens, ęterne Deus: & mittere digneris ſanctum angelum tuum de cęlis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio agni Paſchalis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine

ne domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

Et ſic dicatur ante omnes benedictiones. Oratio.

DEus, qui per famulũ tuũ Moyſen, in liberatione populi tui de Aegypto agnũ occidi iuſſiſti in ſimilitudinem domini noſtri Ieſu Chriſti, & vtrosque poſtes domorũ de ſanguine huius agni perũngi prę cepiſti: ita bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus: ꝑ reſurrectionem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Et mox aſpergit aqua benedicta.

Benedictio panis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. vt ſuprà. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, panis angelorum, panis viuus, & æternæ vitæ, bene ✠ dicere dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quinque panes ĩ deſerto: vt omnes ex eo digne guſtantes, inde corporis & animæ deſiderabilem percipiant ſanitatem. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio nouorum fructuum.

℣. Adiutorium. vt ſuprà. Oratio.

BEne ✠ dic domine hunc nouum fructum N. & preſta: vt, qui ex eo in tuo ſancto nomine veſcentur, corporis & animæ ſalute potiantur. Per Chriſtum dominũ noſtrum.

Et aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio ad quodcunque comeſtibile.

℣. Adiutorium. vt ſuprà. Oratio.

BEne ✠ dic domine creaturam iſtam N. vt ſit remedium ſalutare generi humano: & præſta ꝑ inuocationem ſancti nominis tui: vt quicunque ex ea ſumpſerint, & corporis ſanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per Chriſtum dominũ.

Aſpergat id cum aqua benedicta.

Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium. vt ſuprà. Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui, bene ✠ dic cãdelas iſtas ſupplicationibus noſtris: infunde eis domine per virtutem ſanctæ cru ✠ cis benedictionem cœleſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talemque benedictionem ſignaculo ſanctæ cru ✠ cis accipiant, vt quibuſcũque locis accenſæ, ſiue poſitę fuerint, diſcedant principes tenebrarum & contremiſcant, & fugiant pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus illis: nec præſumant amplius inquietare aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis & regnas in ſęcula ſæculorũ.

Aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio loci.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. vt ſuprà. Oratio.

BEne ✠ dic domine Deus omnipotens locum iſtũ: vt ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mãſuetudo, plenitudo legis, & gratiarũ actio Deo patri & filio & ſpiritui sãcto, & hec benedictio maneat ſuper hũc locũ, & ſuper habitãtes in eo. Per Chrm.

Aſper-

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio domus nouę.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. vt ſuprà. Oratio.

TE Deum patrem omnipotentem ſuppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene✠dicere & ſanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis domine de rore cęli abundantiam, & de pinguedine terræ vitę ſubſtantiam: & deſideria voti eorum ad effectum tuæ miſerationis perducas. Ad introitū ergo noſtrum bene✠dicere & ſanctificare digneris hanc domū, ſicut benedicere dignatꝰ es domū Abraham, Iſaac, & Iacob, & intra parietes domꝰ iſtius angeli tuæ lucis inhabitēt, eāq; & eius habitatores cuſtodiant. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio thalami.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. vt ſuprà. Oratio.

BEne✠dic Dñe thalamū hunc: & omnes habitātes in eo, in tua pace conſiſtant, & in tua volūtate permaneāt, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtū dominū noſtrū. ℟. Amen.

Poſtea aſpergat thalamū aqua benedicta.

Benedictio nouę nauis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. vt ſuprà. Oratio.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris, & bene✠dic nauim iſtā dextera tua ſancta, & omnes qui ī ea vehētur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulātis in diluuio. Porrige eis domine dexteram tuam, ſicut porrexiſti beato Petro ambulanti ſuprà mare: & mitte ſanctum Angelum tuum de cælis qui liberet & cuſtodiat eam ſemper à periculis vniuerſis, cum omnibus quę in ea erunt: & famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſemper, curſuque trāquillo tuearis: tranſlatiſque, riteq; perfectis negociis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat nauim aqua benedicta.

BENEDICTIO

Sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cælum & terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui per Moyſen famulū tuū pontificalia, & ſacerdotalia atq; leuitica veſtimenta, ad explendum miniſteriū eorū in conſpectu tuo, ad honorem & decorē nominis tui fieri decreuiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: & hęc indumenta ſacerdotalia, deſuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per noſtrę humilitatis ſeruitutem purifica✠care, bene✠dicere, & conſe✠crare digneris: vt diuinis cultibus & ſacris myſteriis apta & benedicta exiſtāt: hiſque ſacris veſtibus pontifices, ſacerdotes, ſeu leuitæ tui īduti ab omnibus impulſionibus ſeu tentatio-

nibus malignorum ſpirituum muniti & defenſi eſſe mereātur: tuisq; myſterijs apte & condigne ſeruire & inhærere, atque in his tibi placite & deuote perſeuerare tribue. Per Chriſtum dn̄m noſtrum. ℟. Amē.

Alia Oratio.

Deus, inuictę virtutis auctor, & omnium rerū creator ac ſanctificator: intende propitius preces noſtras: & hęc indumenta leuiticæ & ſacerdotalis gloriæ miniſtris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conſe ✠ crare & ſanctifi ✠ care digneris: omnesque eis vtentes tuis myſterijs aptos, & tibi in eis deuote & amabiliter ſeruientes, gratos effici concedas. Per Chriſtum dn̄m no. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

Domine deus omnipotens, qui veſtimenta pontificibus ſacerdotibus, & leuitis in vſum tabernaculi fęderis neceſſaria, Moyſen famulum tuum agere iuſſiſti, eumq; ſpiritu ſapientiæ ad id peragēdum repleuiſti, hæc veſtimenta in vſum & cultū myſterij tui ſanctifi ✠ care, bene ✠ dicere, & cōſe ✠ crare digneris: atq; miniſtros altaris tui, qui ea induerint, ſeptiformis ſpiritus gratia dignanter repleri, atque caſtitatis ſtola, beata facias cum bonorū fructu operum myſterij congruentis immortalitate veſtiri. Per Chriſtum dominum noſtrū. ℟. Amen.

Deinde aſpergit ipſa indumenta aqua benedicta.

FINIS.

Series chartarum.

✠ ✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes ſunt Quaterniones, præter ✠✠✠✠ Duernionem.

AL DVS

VENETIIS, Ex Bibliotheca Aldina.
M D LXXIIII.